This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

X 52 D

יהוה

INSTITVTIO THEOLOGICA
ANDOVER. FVNDATA MDCCCVII.
Ps. CXIX. 169.
כדברך הבינני
JOH. XVII. 17.
ὁ λογος ὁ σος αληθεια εστι
ΑΚΡΟΓΩΝΙ
ΧΡΙΣΤΟΥ.

155. 1

THESAURUS
ELLIPSIUM LATINARUM

SIVE VOCUM

QUAE IN SERMONE LATINO SUPPRESSAE
INDICANTUR ET EX PRAESTANTISSIMIS SCRIPTORIBUS
ILLUSTRANTUR

AUCTORE

ELIA PALAIRET.

EDITIONEM PLURIMIS LOCIS EMENDATAM

CURAVIT

MARTINUS RUNKELIUS.

LIPSIAE.
LIBRARIA BAUMGAERTNERIA.

1830.

PRAEFATIO
EDITORIS LIPSIENSIS.

Qui nunc in Germania primum editur thesaurus ellipsium latinarum, *) aliud subiit fatum, quam Lamberti Bosii de ellipsibus graecis liber, quem multi viri docti locupletaverunt et saepius in lucem emiserunt. Hunc autem Palaireti libellum ante novam Barkeri editionem plurimos latuisse credam, meritoque tandem protractus videtur. Non dubitandum quidem est, magnam partem ellipsium, si eas accuratius inspiciamus, veras non esse ellipses, sed vel ἀποσιωπήσεις vel nihil in iis deesse, (de qua re notissima est summi Hermanni dissertatio de ellipsi et pleonasmo in L. Gr., cf. quoque clariss. Schaefer. ad Eurip. Orest. Pors. 887.) tamen utile est, omnes illas locutiones uno quasi obtutu adspicere, indeque de tota hac grammaticae artis parte subtilius quaeri poterit. Ita enim comparatus est hic liber, ut nihil ponat, quam exempla, in quibus res vel concinne, vel plene elocuta invenitur, nullis adiectis emendationum vel explicationum commentis, quae molem eius inutiliter augerent. Duplex libelli dos est, quod omnia quam

*) Primum Londini prodiit ap. Io. Nourse 1760. 324. pp. sine praef. et ind., rursum editus e recensione E. H. Barkeri Lond. ap. Whittaker. 1829. XVI. 247. pp.

brevissime disposita habet, et quod locum phraseologiae latinae tenere potest, non contemnendam illam iis, qui latine scribendo operam dant.

De Palaireto ipso nihil paene novimus, quam eum primum pastorem ecclesiae gallicanae Tornacensis, deinde Ioanni episcopo Bangorae a sacris et in regia aede vicarium fuisse. Plures conscripsit libros, de quibus cf. biograph. and liter. anecd. of W. Bowring, printer, by Nichols p. 269, 283, 583. (1782), et mortuus est a. 1765. Febr. 2. Barkerus in nova recensione omnes errores typothetarum, quibus prima scatebat editio, repeti curavit, ne maximos quidem emendans, (ut in loco quodam Ciceronis *a Borneo* pro *a Piraeo* legebatur); ita ut saepius virum doctissimum et laboriosissimum miratus fuerim, cuius addenda maximam partem e Sanctii Minerva adnotationeque Perizoniana desumpta saepius ut omnino non apta eieci. Meum autem credidi, vel errores illos corrigere vel locos scriptorum, a Palaireto e lectione corrupta allatos, emendare, aut alia exempla magis indubia in eorum reponere locum. Indicem denique verborum huic accommodavi editioni, quod Barkerus in sua neglexerat, eumque locupletavi; rarius autem novas addidi ellipses, quum ipse, si mihi liber de doctrina ellipsium apud latinos conscribendus fuerit, plurima longe aliter administrassem.

Scripsi Lipsiae mense Augusto a. MDCCCXXX.

ELIAE PALAIRETI PRAEFATIO.

BENEVOLO LECTORI SALUTEM.

Qui litteras humaniores modo a limine salutarunt, perspectum habent, quantum ad linguam Latinam probe callendam *Ellipsium* cognitio conducat. Id in Graecis clariss. *Lambertus Bos*, Musarum ocellus, cuius opusculi, vere aurei, luculentissimam editionem, Deo dante, parabimus, invicte demonstravit. Idem in Latinis praestare nobis visum fuit. Eo magis, partim quod plerique ex putidis grammaticae regulis, prout hodie iuventuti obtruduntur, in studio praestantissimae linguae magis caecutiant, quam proficiant; partim quod viri, vel doctissimi, *Ellipses* non animadvertentes, toto coelo in illustrandis vel edendis priscis auctoribus aberrent, et invita Minerva temerarias emendationes pro genuinis lectionibus propinent. Id aliquando speciali dissertatione evincemus, ubi plena manu istius temeritatis exempla profundemus. Aliquot hic, speciminis tantum gratia, exhibere liceat, ne fucum lectori facere videamur.

A, Ab, deficit in *vindicare*. Iustin. 7, 5, 7. *Quam* (matrem) *scelerum suorum* SUPPLICIIS *liberorum contemplatio* VINDICAVERAT. Hic citra necessitatem Schefferus Sebisii coniecturam laudat, legentis *a scelerum suorum*

suppliciis. Saepius *a*, *ab*, in hoc verbo deficere solet. Testis est Curt. 9, 10, 18. FAME *duntaxat* VINDICATUS *exercitus:* pro *a fame.* Plenius Liv. 1, 26. *Ubi non sua decora eum* A *tanta* FOEDITATE *supplicii* VINDICENT. [Gronovius *a scelerum* edidit: ita in Curtii loco *a fame* plurimi legunt. M. R.]

AC, vel ATQUE, in *simul.* Modius hanc ellipsin non perspiciens temerat Curtium 6, 3, 9. *Omnes hi,* SIMUL *terga nostra viderint, sequentur.* Interpunctione mutata voculam *si* intrudit, et legit: *Omnes hi simul, si terga nostra viderint, sequentur.* Haec quisquiliae sunt. *Simul,* pro *simul ac,* vel *simul atque,* ponitur. Id ostendimus in opusc. nostro p. 6.

ACIES, vel OCULI, in *intendere.* Aurel. Victor Epit. 1, 20. observat Caesarem Augustum corpore toto pulcrum fuisse, *sed oculis magis, quorum aciem clarissimorum siderum modo vibrans, libenter accipiebat cedi ab* INTENDENTIBUS *tamquam solis radiis adspectui suo.* Ibi feminarum aeternum decus, Anna Fabri, incassum pronuntiat, pro *intendentibus* quosdam melius *intuentibus* reponere. Supple *aciem,* vel *oculos,* in *intendentibus,* et lectio sana erit. Elliptice usurpavit Val. Flacc. 6, 600. *Tantum effata, magis campis* INTENDERE *suadet, dum datur, ardentesque viri percurrere pugnas.* Plene Cic. Tusc. 4, 17, 38. *Atque idem — in omnes partes* ACIEM INTENDIT. Plin. Epist. 2, 20, 3. *Ubi audiit, componit vultum,* INTENDIT OCULOS, *movet labra, agitat digitos.*

AES, in *parare.* Phaedr. 4, 4, 41. *Deformis cultum vendet, ut vinum* PARET: quod, notante Scheffero, in *ut vinum petat* a Gronovio mutatur. Bentleius, qui dicta-

torie ubique agit, reponit *ut vinum bibat.* Sic Codd. antiquissimorum veneranda auctoritas arietatur. *Paret,* pro *emat,* supponit ellipsin vocis *aere.* Exemplum dedimus p. 12. [Sed non ob ellipsin vocem *paret* mutant interpretes; est ob repetitam eandem vocem in sequenti versu. M. R.]

Animus, in *deficere.* Val. Flacc. 5, 447. Deficit *in thalamis, turbataque pellice coniux Pallam, et gemmiferae donum exitiale coronae apparat.* Nobiliss. Heinsius verba *deficit in thalamis* mutat in *deficitur thalamis.* Lectio ex Codd. consensu optima est, modo attendas ellipsin, pro *deficit animo in thalamis.* Similiter Flor. 2, 2. *Nec deerant, qui ipso punici maris nomine ac terrore* deficerent: sc. *animo.* Plenius ap. Liv. 26. *Cohortatus suos, ne* animo deficiant.

Apud, in *assidere,* cum accusativo. Aurel. Victor de Caes. 10, 3. *Deductos in spectaculum* se *utrimque* assidere *iussit.* Contra omnium Codd. fidem *secum utrimque assidere* legendum autumat Gruterus. Quam falsum sit, patet ex Plauto Rud. 2, 6, 48. ubi ellipsis suppletur: *Qui* apud *carbones* assident — *semper calent.* Elliptice autem usurpavit Sallust. Iug. 11. *Dextra* Adherbalem assedit: pro *apud Adherbalem.* Item Val. Flacc. 5, 536. Me *gravis* assidet *hostis:* pro *apud me.*

Aures, in *accipere.* Aurel. Victor de Caes. 41, 16. *In Persas tendens, a quis bellum irrumpere* acceperat, *rure proximo — excessit.* Cl. Sylburgius Andreae Schotti vestigia premens, aptius *occoeperat* legi censet, sed frustra. *Acceperat* idem est ac *audierat,* idque elliptice pro *acceperat auribus.* Exempla vide in opusculo nostro p. 30.

Causa, saepiuscule ante genitivos casus deficit. Petron. 49. p. 246. *Ego* crudelissimae severitatis *non potui me tenere.* Hic Heinsio haeret aqua, cui videtur excidisse vox *metu*, vel *re*, vel *spectaculo.* Goesius autem supplere ita non dubitat: *Ego plenus crudelissimae severitatis.* Melius perspexit Schefferus vocem *causa* supplendam esse. Confer et nos p. 37. s.

De, in *gratulari*, cum ablativo casu. Coelius ap. Cic. Fam. 8, 13, 1. Gratulor *tibi* affinitate *viri, medius fidius optimi*: ubi *affinitatem* legit Lambinus. Quam temerarium id sit, patebit ex iis, quae dedimus p. 56.

Dico, in *haec.* Val. Flacc. 5, 245 — 249. *Membra toris rapit ille tremens, patriumque precatur Numen, et Eoo surgentes litore currus.* Haec tibi, *fatorum genitor, tutela meorum Omnituens: tua nunc terris, tua lumina toto Sparge mari.* Mirifice in hoc loco luxuriat doctorum manus, sensum verborum, *haec tibi*, non adsequentium. Vossius legit *hei mihi factorum*, etc. Heins. *Eia age*, vel *haec bibe*, sc. *auribus*, reponi posse censet. Pius lectionem veram retinens, supplet *credo, committo.* Bronkh. ad Tibull. 4, 6, 3. monet subaudiri *sint.* Rectius eruditissimus Burmannus verissimam ellipsin perspexit; ex eius mente, *haec tibi*, est pro, *haec tibi dico.* Eum consule sis.

In, in *penetrare.* Curt. 4, 3, 26. *Ubi loricam corpusque fervens arena penetraverat:* pro *in loricam corpusque.* Ibi Heins. ait, forte legendum, *loricam inter corpusque.* Frustra est, uti et Acidalius, qui scribere iubet *corpus usque.* Vide nos p. 99.

Item in *stupere.* Val. Flacc. 5, 376. *Insolito* stupuit duce: pro *in duce.* Nobiliss. Heinsius contra Codd.

fidem ellipsin praepositionis *in* non animadvertens, refingit ita: *in solo stupuit duce.* Absolute quoque loquutus est 7, 742.

——— ——— *Variis* STUPET *Aea deorum*
PRODIGIIS ——— ———

pro *in variis — prodigiis.* Item Horat. Serm. 1, 4, 28. STUPET *Albius* AERE: pro *in aere.* Plenius 1, 6, 17. *Qui* STUPET IN *titulis et imaginibus.*

INVENIO, in *unde?* cum accusativo. Lucan. 7, 28. *Unde pares somnos populis noctemque beatam?* Sulpitius, Ascensius et alii, *pares* hic non ut adiectivum, sed ut verbum, pro *disponas*, vel *parare posses*, sumpserunt. Ridiculum sane! Sensus e limpido fluet, si attendatur ellipsis, pro *unde invenies pares somnos*, etc. Similiter Seneca Contr. 11. UNDE *talem patrem?* sc. *inveniam.* Ovid. Her. 12, 84. *Sed mihi tam faciles* UNDE, *meosque Deos?* sc. *inveniam.* Confer quae dedimus p. 101.

LATUS, in *laevum.* Val. Flacc. 4, 211. *In* LAEVUM *patet.* Nulla ratione Heinsius codici suo adscripsit, *in laevam patet.* Supple *latus* in *laevum*, et res in vado erit. Vide nos p. 107.

LITTERAE vel TABELLARIUS, in *mittere.* Iustin. 5, 3, 7. *Statim igitur Athenas* MITTIT, *ex continenti se cum exercitu venturum.* Alii voces alienas, quas ignorant Codices, intrudentes mallent: *mittit, qui nuntiarent — se — venturum.* Supple tu ex genio linguae *litteras*, vel *tabellarium*, in *mittit.* Vide nos p. 110. [et Graev. ad Iustin. M. R.]

LOCA, in *omnia.* Val. Flacc. 2, 582. *Vigili simul* OMNIA *ludo festa vident.* Sine Codd. auctoritate Hein-

sius a Valerii manu esse arbitratur, *Vigili sollemnia ludo festa vident.* Supple *loca* in *omnia.* Sic 1, 617. *Piceoque premit nox* OMNIA *coelo:* 7, 328. *Oblataque contra* OMNIA.

LOCUS, in *destinatus.* Dictys Cretensis 3, 18. *Ulyxes cum Merione* DESTINATUM *confixere.* Anna Fabri temere *destinatum* in *destinatam* transmutat. Supple *locum,* et auctoritas Codd. salva erit. Simili ratione *destinata* pro *destinata loca* dixit Eumenius Paneg. Const. 8, 1. *Non enim ulla Persarum Cydonumve tela tam certis iactibus* DESTINATA *fixerunt.* [Sueton. Aug. 98. *Ad* DESTINATUM LOCUM *contendit.*]

MERUM, in *saucius.* Iustin. 1, 8, 8. *Nam cognitis his, per noctem* SAUCIOS *opprimit.* Lectionem hanc suspectam habet Freinshemius, qui pro *saucios* autumat legendum esse *sopitos.* *Saucios* hic elliptice pro *saucios mero* exstat. Vide nos p. 122.

MORS, vel FATUM, in *functus,* in Symposii Aenigm. 82. *Fraus iuvenis* FUNCTI: sc. *morte,* vel *fato.* Temerarie contra omnium Codd. fidem Cl. Heumannus pro *functi* reponit *pulcri.* Sic possumus miscere quadrata rotundis. Vide nos p. 125.

NOS, quandoque in verbis deficit. Apul. 8. Met. p. 127. *Et nos quidem cuncti pavore deterriti, tegumentis frondis et arboribus latenter* ABSCONDIMUS: sc. *nos.* Pro *abscondimus* editio in usum Delphini insulsissime, contra omnium Codd. fidem, passivo sensu dat *abscondimur.*

PER, in *triduum.* Iustin. 12, 3, 1. *Exercitui suo* TRIDUUM *luctum indixit.* Sebisius legit *tridui* [quod in

Gronovianam receptum est. M. R.] sed incassum. *Triduum* elliptice est pro *per triduum*. Plene dixit Scribon. 71. p. 122, 140. PER *triduum*. Elliptice autem Cic. de Leg. 2, 22, 57. *Habendas* TRIDUUM *ferias*: pro *per triduum*.

POST, in *quam*. Oros. 4, 11. *Pyrrhus quinto demum anno*, QUAM *venerat, ab Italia victus aufugit*. Ibi temerarie alii pro *quam* legunt *quo*. Sexcenties *quam* pro *postquam* post nomina numeralia occurrit. Exempla in opusc. nostro vide sis p. 153.

POTIUS, ante *quam*. Val. Flacc. 8, 191. *Sint age tanti, Aesonide, quaecunque morae,* QUAM *saeva subire saxa iterum*. Coniicit Heins., sed citra necessitatem, legendum *sint mage tanti*. Lectio, quae in omnibus Codd. prostat, sanissima erit, si notetur usitatissima ellipsis vocis *potius* ante voculam *quam*. Supple eam in *tanti*. Vide quae dedimus p. 153.

PRIUS, in *quam*. Plaut. Amph. 2, 2, 36. *Gravidam ego illam hic reliqui, quam abeo*: pro *prius quam*: ubi frustra alii *quum* pro *quam* substituunt. Confer nos p. 157.

RATIO, in *qua*. Nepos 1, 3, 1. *Pontem fecit in Istro flumine,* QUA *copias traduceret*. Pro *qua* Schottus legit *quo*, ut ad *pontem* referatur. Emendatio haec, quamvis speciosa, elegantiam styli Nepotis enecat. *Qua* usurpatur pro *qua ratione*. Vide nos p. 163.

SE, vel SESE, plus vice simplici in verbis deficit. Lucan. 4, 242. *Fervet, et a tepido vix* ABSTINET *ira magistro*. Sunt qui legant, *vix abstinet ora magistro*: sed quum de feris in plurali numero loquutus sit, dicendum

fuerit *fervent* et *abstinent* contra legem carminis. Lectio bene habebit, si *se* vel *sese* in *abstinet* suppleas. Similiter Seneca Oct. 472. *Pulcrum — est fera caede* ABSTINERE: sc. *se*, vel *sese*. Addit Nepos 25, 22, 3. *Quum biduum cibo* SE ABSTINUISSET. Caes. B. G. 8, 44. *Paucis diebus* SESE *cibo* ABSTINUIT.

Curt. 9, 4, 27. *Iam* ADMOVEBAT *rex*: sc. *se*, vel *gressus*, uti ostendimus in opusc. nostro p. 172. Unde frustra est Heins., fortasse reponendum esse *admovebatur* adnotans.

Plaut. Truc. 2, 5, 1. *Ut miserae matres sollicitaeque ex animo sunt* CRUCIANTQUE: sc. *se*. Ibi Gronovius, quis credat? legi vult *cruciantur*que. Plenius locutus est Horat. Sat. 1, 2, 22. *Non* SE *peius* CRUCIAVERIT. [Illa Gronovii coniectura a metro comprobari videtur. M. R.]

Curt. 3, 1, 6. *Qui denuntiarent, ni* DEDERENT, *ipsos ultima esse passuros*. Heinsius interpunctionem tollit, legens, *ni dederent ipsos*. Prave quidem: *ipsos* non connectendum cum *dederent*, sed cum *ultima esse passuros*. *Se* deficit in *dederent*. Revolve quae notavimus in opusc. nostro p. 172.

Plautus Amphitr. 1, 1, 77. *Tela* FRANGUNT: sc. *se*. Inutilis [Falsa. M. R.] est emendatio Baptistae Pii exhibentis *franguntur*. Vide nos p. 173.

Val. Flacc. 2, 365. *Et magnis cum fratribus Eurus intonat Aegaeo*, TENDITQUE *ad litora pontus*. Mirifice hic evagantur docti. Pro *pontus* veteres quaedam editiones habent *pontum*; unde Vossius legit *truditque* (sc. Eurus) *ad litora pontum*. Heins. corrigit, aut *tendique*

aut *tenditque — pontum.* Quot doctae nugae! Sensus facillimus est, et lectio sanissima. *Tenditque* (sc. se) *ad litora pontus.* Exemplum dedimus p. 174.

SED, quum *non* vel *nec* praecedit, in variis locis supplendum est. Lucan. 2, 85. NON *ille favore Numinis,* INGENTI *superum protectus ab ira:* pro *non — sed ingenti.* Magnus Grotius hanc ellipsin non perspiciens, contra omnium Codd. fidem textum tentat, et pro *ab ira* legit *at ira.* Id. 4, 775. NON *vulneribus, nec sanguine solum,* TELORUM *nimbo peritura, et pondere ferri:* pro *non — sed telorum:* ubi perperam Aldus et Stephanus, ellipsi voculae *sed* non animadversa, *et* in *at* mutarunt, ita:

——————————— *Nec sanguine solum*
Telorum nimbo peritura, AT *pondere ferri.*

Quam ficulnae tales emendationes sint, liquebit ex opusc. nostro p. 176.

SERMO, vel TEXTUS, in *brevi.* Phaedr. Fab. L. 3. Prol. v. 33. *Nunc fabularum cur sit inventum genus,* BREVI *docebo:* pro *brevi sermone,* vel *brevi textu.* Exempla dedimus in opusc. nostro p. 177. Unde patet frustra Heins. adnotare, fortasse pro *brevi* legendum esse *breviter.*

SOL, in formula *in supremum.* Iustin. 31, 2, 3. *Quum — in foro Carthaginiensium obversatus* IN SUPREMUM *fuisset, appropinquante vespere, equum conscendit.* Id Graev. et Gronov. invita Codd. auctoritate refingunt, legentes *in supremam,* ut subaudiatur *diei horam.* Lectio sana et optima est, si propria ellipsis attendatur. *In supremum:* sc. *solem.* Exemplum dedimus in opusc. nostro p. 182.

SUM. Quandoque *super* elliptice pro *super est* prostat. Gratius Cyn. v. 287. *Vix oneri* SUPER *illa suo.* Hic Heins. lectionem receptam, omniumque Codd. fide et optimis exemplis fultam, susque deque habens temerat, legens *vix oneri* PAR *illa suo.* Vide nos p. 189.

TAM, ante *quam.* Iustin. 12, 8, 14. *Quorum non studiis deficiatur,* QUAM *annis:* pro *non tam studiis — quam annis.* Hanc voculae *tam* ellipsin admitti posse negat Tanaq. Faber. Mirum oscitationis exemplum! Vide nos p. 192. [Sed a Fabro nil tale dicitur. M. R.]

TEMPORA, in *extrema.* Aurel. Victor de Caes. 13, 11. *Quum terrae motu gravi apud Antiochiam ceteraque Syriae* EXTREMIS *adficeretur.* Viri docti illud *extremis* non capientes fluctus movent in simpulo. Sylburg. et Anna Fabri totum locum, totam constructionem quassant, et alia verba intrudunt. Gruter. non nihil speciosius, quamvis incassum, legit *extremius.* Lectio sanissima est, modo suppleas *temporibus* in *extremis.* En clarissimum exemplum! Nepos Phoc. 2, 1. *Eidem quum prope ad annum octogesimum prospera pervenisset fortuna, extremis* TEMPORIBUS *in odium pervenit suorum civium.*

TENUS, in *qua.* Lucan. 10, 82. *Quem formae confisa suae Cleopatra sine ullis Tristis adit lacrimis, simulatum compta dolorem,* QUA *decuit, veluti laceros dispersa capillos, et sic orsa loqui.* Frustra est hic illustr. Grotius *quam decuit* cum aliis pro *qua decuit* legens, ut sint verba admirantis. Veterrimus codex, ut monuit Cl. Oudendorp. *qua decuit* habet. Est autem *qua* elliptice pro *qua tenus.* Similiter Vell. Paterc. 2, 37, 2. QUA *Luculli armis erat infractus.* Vide alia in opusc. nostro p. 199.

VALE, in *supremum*. Plaut. Asin. 3, 3, 4. *Mater* SUPREMUM *mihi tua dixit*. Turnebus pro *supremum* contendit *supremam* esse legendum, subintellecta voce *tempestatem*. Apage! lectio firmo talo stat, si *vale* subintelligas, ut ostendimus in opusc. nostro p. 201.

VEREOR, in *sed ne*. Cic. de Fin. 5, 3, 8. SED NE, *dum huic obsequor, vobis molestus sim*. Lambinus ex auctoritate propria, nullo Cod. annuente, interposuit, *sed verendum, ne*. Plus vice simplici *sed ne*, pro *sed vereor, ne*, optimis scriptoribus usurpatur. Id ostendimus in opusc. nostro p. 205.

VIA, in *eadem*. Iustin. 12, 8, 17. *Itaque caesis hostibus, cum gratulatione in* EADEM *reverterunt:* pro *eadem via*. Vide nos p. 206. Hic Vossius, qui Codices ad mollitiem nasi cerei redigit, pro *in eadem*, verius putat legi *indidem*. Credat Iudaeus Apella! [Sed ibi *castra* subintelligi ex antecedentibus patet. M. R.]

USQUE, in *in*, cum accusativo. Iustin. 12, 4, 7. *Quae consuetudo* IN *successores quoque Alexandri mansit*. „Mihi vehemens suspicio est," inquit Tanaq. Faber, „legi debere, *in successores usque*, etc. et ita scripsisse Iustinum puto." [*in successoribus* Gronoviana. M. R.] Hic bonus dormitat Homerus. *In* apud optimos auctores saepius elliptice pro *usque in* usurpatur. Ita Plinius, qui, ni fallor, Latine sciebat, ait Ep. 3, 5, 11. *Studebat* IN *coenae tempus:* pro *usque in coenae tempus*. Val. Flacc. 2, 59. *Adde, quod* IN *noctem venti veloque marique incumbunt magis:* pro *usque in noctem*. Terent. Eun. 1, 2, 110. IN *hoc biduum, Thais, vale:* pro *usque in hoc biduum*. Vice versa, *usque*, pro *usque in* occurrit. Iustin. 2, 5, 8. USQUE *tempora Iancyri regis:* ubi alii temere *usque ad tempora* legunt.

Sed e deverticulo in viam, ne pluribus te moremur. In maius iuventutis commodum observationes nostras duobus indicibus adornavimus, quorum prior auctores, *) alter singula verba, et formulas, quibus lux affunditur, continet. Pauca [? M. R.] operarum vitia, quae nobis invitis irrepserunt, quum ea cuique emendare in promptu maxime sit, oculis subiicere noluimus. Vale, B. L. conaminibus nostris fave, et

——————— *Si quid novisti rectius istis*
Candidus imperti; si non, his utere mecum.

ELIAS PALAIRET.

*) [Hunc ut omnino inutilem omisi. M. R.]

ELLIPSES LINGUAE LATINAE.

A vel AB, *durch, von*, subintelligitur in diversis adverbiis, casibus ablativis et verbis.

I. In adverbiis, ut (1) in MANE, *früh morgens*. Plin. Ep. 1, 5. *Rogo mane videas Plinium domi*. Scribon. 271. *Semel mane*: pro *a mane*. *Plaut. Mil. Glor. 2, 6, 23. A *mane ad vesperum*. Hirt. de B. Af. 42. *Quum milites* A *mane diei ieiuni stetissent defatigati*.

(2) In PROCUL, *fern*. Tacit. Ann. 4, 57, 1. *Sed certus procul urbe degere*: pro *ab urbe*. Auson. Parent. 23, 14. *Hispana tum regione procul*: pro *ab Hispana*. *Ovid. Her. 4, 75. *Sint procul* A *nobis iuvenes, ut foemina, compti*. Cic. Tusc. 1, 17. *Sive dissipantur procul* A *terris*.

(3) In PROXIME, *nahe bei*. Iul. Obseq. 119. p. 174. *Proxime Pompeio in castris sedenti*: pro *a Pompeio*. *Colum. 1, 6. *Omnes tamen quam proxime alter* AB *altero debent habitare*.

II. In casibus ablativis, ut (1) in DEXTRA, *rechts*. Liv. 4, 32. *Dextra montibus, laeva Tiberi amne septus*. Plin. 2, 11. *Dextra laevaque large amplectens montem*: pro *a dextra*. *Plaut. Amph. 1, 1, 89. AB *dextra maximo cum clamore involant*. Plin. 12, 14. *Saba regio* A *dextra maris scopulis inaccessa*.

(2) In HUMO, *vom Grund*. Virg. Aen. 3, 3. *Omnis humo fumat Neptunia Troia*, pro *ab humo*, ut Servius observat: *Aen. 5, 452. *Aequaevumque* AB *humo miserans attollit amicum*.

(3) In IMO, *tiefsten*. Virg. Aen. 11, 377. *Rumpitque has imo pectore voces*: pro *ab imo*. *Lucr. 3, 38. *Humanam qui vitam turbat* AB *imo*, 3, 57. *Voces tum demum pectore* AB *imo eiiciuntur*.

(4) In PRIMO, *zuerst*. Nepos 14, 3, 4. *Rex primo non accredidit*. Ovid. Met. 2, 444. *Et timuit primo, ne Iupiter esset in illa*: pro *a primo*. *Plaut. Most. 3, 2, 140. *Hercle quin multum improbiores sunt, quam* A *primo credidi*. Cic. Att. 9, 7. *Tuas nunc epistolas* A *primo lego*. Terent. Phorm. 4, 2, 14. *Petam hinc, unde* A *primo institui*.

(5) In PRINCIPIO, *zu allererst*. Plaut. Merc. 1, 1, 40. *Principio atque animus ephebis aetate exiit*. Virg. G. 4, 8. *Principio sedes apibus statioque petenda est*: pro *a principio*. *Terent. Andr. 4, 5, 46. *Audivi inquam* A *principio*. Plaut. Capt. 3, 4, 91. *Quem dudum dixi* A *principio*. [Vel, *de principio*, Cic. pro Sulla 24, 69. *Etenim* DE *principio studuit animus*.]

III. In adiectivis, ut (1) in Alienus, *fremd.* Cic. Fam. 11, 27. *Quod esset alienum nostra amicitia:* pro *a nostra.* Plaut. Capt. 1, 1, 31. *Alienum ingenio suo:* pro *ab ingenio.* Sallust. Cat. 56. *Alienum suis rationibus:* pro *a rationibus.* * Terent. Adelph. 3, 2, 28. *Alienus est* ab *nostra familia.* Plaut. Mil. Glor. 4, 7, 5. *Propter amorem — alienum* a *bonis.* Cic. Fam. 4, 7. *Non aliena esse ducerem* a *dignitate:* Verr. 4, 26, 64. *Letilius quidam, homo non alienus* a *literis.*

(2) In Alius, a, ud, *verschieden.* Phaedr. l. 3. Prol. 41. *Quod si accusator alius Seiano foret:* pro *a Seiano.* Tacit. Ann. 16, 2. *Nec aliud per illos dies populus crudelitate — tulerat:* pro *a crudelitate.* Plaut. alicubi, *Qui quaerit alia his:* pro *ab his.* Horat. Ep. 2, 1, 240. *alius Lysippo:* pro *a Lysippo.* Sallust. Iug. 81. *aliud bello mallet:* pro *a bello.* Liv. 5, 54. *Expertis alia experiri:* pro *ab expertis.*

(3) In Copiosus, *reichhaltig.* Gell. 7, 1. *Copiosus re cibaria:* pro *a re.* * Cic. Att. 5, 18. *Locus* a *frumento copiosus.*

(4) In Languidus, *matt.* Cic. Verr. 3, 12, 34. *Languidus vino vigiliisque:* pro *languidus a vino:* Cat. 2, 10. *Vino languidi, confecti cibo, sertis redimiti.* * Ovid. Her. 10, 9. A *somno languida.*

(5) In Liber, *frei.* Virg. G. 3, 194. *Per aperta volans, ceu liber habenis, aequora:* pro *liber ab habenis.* Cic. de Fin. 1, 15. *Liber omni cura animus:* pro *liber ab omni.* * Cic. pro Lege Agr. 1, 27. *Liberi* a *delictis.* Acad. 4, 123. *Liber* a *tali irrisione Socrates.* Plaut. Trin. 4, 3, 26. A *legibus liber.*

(6) In Proximus, *zunächst.* Plaut. Poen. 5, 3, 1. *Proximus te sum:* pro *proximus a te.* * Cic. Orat. 217. *Proximus* a *postremo.* Quintil. 3, 10. *Proximus* ab *eo.* Ovid. A. A. 1, 139. *Proximus* a *domina.*

(7) In Siccus, *trocken.* Plaut. Curc. 1, 2, 24. *Egon' salva sum, quae sicca sum siti?* pro *sicca a siti.* Virg. Aen. 9, 64. *Siccae sanguine fauces:* pro *siccae a sanguine,* ut Servius observat.

(8) In Viduus, *beraubt.* Horat. Carm. 1, 10, 11. *Viduus pharetra risit Apollo:* pro *viduus a pharetra.* Colum. 2, 15. *Ager viduus pecudibus:* pro *a pecudibus.* * Virg. Cul. 372. *Cogor adire lacus viduos* a *lumine Phoebi.*

IV. In diversis verbis, ut (1) in Aberrare, *abweichen.* Cic. Tusc. 1, 82. *Aberrare proposito facile patiebar:* pro *a proposito:* Att. 14, 22. *Quanquam vereor, ne nihil coniectura aberrem:* pro *a coniectura:* * de Fin. 5, 83. *Tamen* a *proposito inquam, aberravimus;* Philipp. 12, 9, 23. *Attendite, num aberret* a *coniectura suspicio periculi mei.*

(2) In Abesse, *abwesend sein.* Cic. pro P. Sulla 5. *Ut mirari Torquatus desinat, me qui Antronio abfuerim, Sullam defendere:* pro *ab Antronio abfuerim.* * Caes. B. G. 1, 36, 5. *Si id non fecissent, longe* ab *his nomen fraternum populi Ro. abfuturum.*

(3) In Abhorrere, *verabscheuen.* Cic. de Fato 4, 8. *Alii talibus vitiis abhorreant:* pro *a talibus.* Tacit. Hist. 5, 24. *Neque abhorret vero:* pro *a vero.* * Cic. Att. 1, 20. A *meis consiliis tua ratio non abhorret.* Liv. 30, 30. *Animo nobis opus est, non abhorrente* a *quietis consiliis.* Quintil. 2, 78. *Cum haec — ratio*

sententiarum non procul A *ratione iocandi abhorret.*

(4) In ABIRE, *abreisen.* Plaut. Merc. 3, 4, 69. *Si hac urbe abis:* pro *ab hac urbe:* Prol. 12. *Abii domo:* pro *a domo.* *Men. 5, 2, 83. *Sed non abire possum* AB *his regionibus.*

(5) In ABSCEDERE, *sich entfernen.* Liv. 26, 7, 2. *Abscedere irrito incoepto, et movere a Capua statuit castra:* pro *abscedere ab irrito.* *Plaut. Cas. 3, 5, 5. *Abscede* AB *ista obsecro.* Plin. 2, 17. *Veneris et Mercurii stellae nunquam longius* A *sole abscedunt.*

(6) In ABSISTERE, *abstehn.* Virg. Aen. 6, 258. *Totaque absistite luco:* pro *a toto.* Horat. Sat. 1, 3, 104. *Dehinc absistere bello:* pro *a bello.* Liv. 24, 34. *Absistere obsidendo:* pro *ab obsidendo.* *Plin. 2, 8. AB *sole nunquam absistens partibus sex atque quadraginta longius.*

(7) In ABSTINERE, *sich enthalten.* Cato R. R. 5, 1. *Abstinere manum alienor* pro *ab alieno.* Plaut. Truc. 5, 34. *Abstine hoc mulier manum:* pro *ab hoc.* *Mart. 11, 60. *Et vix* A *ferulis abstinet ira manum.* Cic. Tusc. 4, 37, 79. *Vix* A *se manus abstinuit.*

(8) In ACCIRI, *herbeigerufen werden.* Tacit. Ann. 13, 38. *Accitis Vitellio auxilia:* pro *a Vitellio.* *Liv. 6. *Accitis* AB *domo novis militibus, Fabius cum novo exercitu ab Roma advenit.*

(9) In AFFICI, *bewegt sein.* Cic. Off. 2, 10. *Admiratione afficiuntur ii, qui anteire caeteros virtute putantur:* *Fam. 5, 12. *A qua* (gratia) *te affici non magis potuisse demonstras, quam Herculem Xenophontium illum* A *voluptate.*

(10) In AMICIRI, *bedeckt sein.* Ovid. ex Ponto 3, 8, 13. *Amicitur nitibus almus:* pro *a nitibus.* Cic. de Orat. 3, 32. *Pallium, quo amicitus — esset, se manu sua confecisse:* pro *a quo.* *Ovid. Met. 5, 546. *Ille sibi ablatus fulvis amicitur* AB *alis.*

(11) In AMOVERE, *entfernen.* Plaut. Merc. Prol. 41. *Animus studio puerili amotus est meus:* pro *a studio.* *(Cic.) de Harusp. Resp. 20, 43. *Saturninum Quaestorem* A *sua frumentaria procuratione Senatus amovit.*

(12) In ARCERE, *abhalten.* Liv. 31, 17. *Non terra modo adeuntes aditu arcebant:* pro *ab aditu.* Ovid. Met. 4, 648. *Arcebatque suis externos finibus omnes:* pro *a suis finibus:* *9, 749. *Non te custodia caro arcet* AB *amplexu.*

(13) In AVERTERE, *abwenden.* Virg. Aen. 9, 77. *Quis deus, o Musae, tam saeva incendia Teucris avertit?* pro *a Teucris.* *Caes. B. C. 3, 79. *Caesarem Apollonia* A *directo itinere averterat.* Cic. Fam. 3, 2. *Et certe nisi is Antonium* AB *urbe avertisset.*

(14) In CONCEDERE, *entweichen.* Virg. Aen. 10, 215. *Iamque dies coelo concesserat:* pro *a coelo.* *Plaut. Epid. 5, 2, 16. *Num* AB *oculis concessi tuis?* Terent. Phorm. 5, 1, 14. *Concede hinc* A *foribus.*

(15) In DECIDERE, *fallen.* Terent. Heaut. 4, 8, 11. *Quanta spe decidi:* pro *a quanta spe.* *Plin. Ep. 5, 10. *Decidere* AB *archetypo.*

(16) In DECURRERE, *herablaufen.* Virg. Aen. 11, 490. *Fulgebatque alta decurrens aureus arce:* pro *ab arce:* *Aen. 2, 41. *Laomedon ardens summa decurrit* AB *arce.*

(17) In DEFENDERE, *abwehren.* Horat. Carm. 1, 17, 2. *Et igneam defendit aestatem capellis usque meis:* pro *a capellis.* *Ovid. Met. 9, 384. *A pecoris morsu frondes defendite nostras.* Virg.

Ecl. 7, 6. *Dum teneras defendo* A *frigore myrtos.*

(18) In Deseri, *verlassen sein.* Ovid. Her. 12, 161. *Deseror — coniuge, qui nobis omnia solus erat:* pro *a coniuge.* * Cic. Att. 4, 9. Ab *oblectationibus et voluptatibus deseri.*

(19) In Desilire, *herabspringen.* Propert. 2, 13, 50. *Fulmina desiliunt coelo:* pro *a coelo.* Val. Flacc. 4, 355. *Aethere desiliunt Iuno:* pro *ab aethere.* * Virg. Aen. 11, 499. *Portisque* AB *equo regina sub ipsis desiluit.* Ovid. Met. 12, 128. *Curru fremebundus* AB *alto desiluit.*

(20) In Desistere, *abstehn.* Liv. 7. *Desistere bello:* pro *a bello.* Cic. Off. 3, 112. *Docuit, cur sibi caussa desistere necesse esset:* pro *a caussa.* Caes. B. G. 5, 11. *Itinere desistere iubet:* pro *ab itinere.* Cic. Acad. 4, 19, 63. *Ut sententia desisterem:* * Off. 3, 15. *Facile desistunt* A *sententia.*

(21) In Destitui, *verlassen sein.* Ovid. Her. 3, 143. *Qua si destituor, repetam fratresque virumque:* pro *a qua.* * Nepos 7, 5, 4. Ab *hoc destitutus — ab exercitu recipitur.*

(22) In Deturbare, *veriagen.* Plaut. Amph. 4, 2, 55. *Tecto exclusum foribus, me deturbavit aedibus:* pro *ab aedibus.* * Virg. Aen. 5, 175. *Puppi deturbat* AB *alta.*

(23) In Differre, *verschieden sein.* Plin. 9, 35. *Conchae conchis differunt:* pro *a conchis.* * Cic. Off. 1, 27. *Hominis natura* A *reliquis animantibus differt.* Lucr. 6, 1106. *Quidve quod in Ponto est differre* A *Gadibus.*

(24) In Eripere, *entreissen.* Terent. Adelph. 2, 1, 44. *Domo me eripere:* pro *a domo.* * Cic. de Div. 2, 10, 25. A *morte contra fatum eripere filium non posse.* Ovid. Met. 8, 456. *Mater* AB *igne eripuit torrem.*

(25) In Excludere, *ausschliessen.* Statius Silv. 3, 2, 12. *Astra fugate, precor, totoque excludite coelo:* pro *a coelo.* Cic. Q. Fratr. 1, 1. *Domo et cubiculo excludi:* pro *a domo:* * Fam. 5, 15. *Excludi* A *portu et profugio.*

(26) In Fugere, *fliehn.* Caes. B. G. 3, 29. *Octacilius sibi timens oppido fugit:* pro *ab oppido,* vel *de oppido.* * Cic. Verr. 4, 33. *Aeneas fugit* A *Troia.* Mart. 9, 90. De *cavea fugiat ne male pastus aper.*

(27) In Laborare, *krank sein.* Cic. de Fin. 1, 18, 59. *Laborare morbo aliquo:* pro *a morbo,* vel *ex morbo.* Colum. 1. Praef. *Fame laborare:* pro *a fame,* vel *ex fame.* Liv. 35, 7. *Foenore laborare:* pro *a foenore,* vel *ex foenore.* * Plin. 32, 10. *Laborare* A *frigore.* Caes. B. G. 7, 10. *Laborare* AB *re frumentaria.* Terent. Andr. 1, 5, 34. *Laborat* E *dolore.* Cic. Fam. 7, 27. *Laborare* EX *intestinis.*

(28) In Laedi, *verletzt sein.* Plin. 17, 24. *Odore laedi:* pro *ab odore.* Ovid. Met. 12, 421. *Cor vulnere laesum:* pro *a vulnere.* * Scribon. 170, 195. A *serpente laesus.*

(29) In Liberare, *befreien.* Phaedr. 3, 2, 10. *Veloci saltu fovea sese liberat:* pro *a fovea.* Cic. Att. 13, 22. *Ego librarios tuos culpa libero:* pro *a culpa:* 6, 1. *Ita multae civitates omni aere alieno liberatae:* pro *ab omni.* * Scribon. 70. A *mortis discrimine liberare.* Cic. Att. 14, 14. *Liberati* AB *egregiis viris.*

(30) In Oriri, *geboren sein.* Quintil. 3, 7. *Terra orti:* pro *a terra,* vel *ex terra.* Liv. 1, 20. *Alba oriundum sacerdotium:* pro *ab Alba:* 8, 22. *Cumis erant*

oriundi: pro *a Cumis.* Colum. 1, 3. *Si modo liberis parentibus est oriundus:* pro *a liberis.* *Nepos 25, 18, 3. *Ortus* AB *hoc.* Aurel. Victor de Vir. Ill. 35. *Pyrrhus rex Epirotarum materno genere* AB *Achille — oriundus.* Cic. Top. 6, 29. *Qui* AB *ingenuis oriundi sunt.*

(31) In PARCERE, *sich enthalten.* Ausonius Ep. 130. *Parcere caede velis:* pro *a caede.* Virg. Aen. 1, 261. *Parce metu Cytherea:* pro *a metu.*

(32) In POSCERE, *bitten.* Virg. Aen. 11, 362. *Pacem te poscimus omnes:* pro *a te.* *Gell. 7, 9. *Comitiis diem* A *Q. Quintio Praetore reposcit.*

(33) In PROFLUERE, *strömen.* Auctor ad Herenn. 4, 44. *Cuius ore sermo melle dulcior profluebat:* pro *ab ore*, vel *ex ore.* *Varro L. L. 7. *Profluere* A *fonte.* Colum. 6, 7. *Profluunt lacrimae* AB *oculis.* Plin. 8, 16. *Profluit sanguis* EX *vulnere.*

(34) In PROHIBERE, *verhindern.* Ovid. Met. 15, 600. *Vos urbe virum prohibete, Quirites:* pro *ab urbe.* Plaut. Asin. 3, 1, 12. *Quum illo, quem amo, prohibeor:* pro *ab illo.* Cic. Fam. 12, 15. *Prohiberi commeatu:* pro *a commeatu.* *Caes. B. G. 1, 11. *Caesarem certiorem faciunt, sese — non facile* AB *oppidis vim hostium prohibere.* Virg. Aen. 1, 529. *Prohibe infandos* A *navibus ignes.*

(35) In PROPULSARE, *abwehren.* Liv. 3, 69. *Bellum moenibus propulsare:* pro *a moenibus.* *Cic. Philipp. 5, 9. *Populum sic* AB *ingressione fori propulsari videres.*

(36) In PROSILIRE, *herausspringen.* Val. Flacc. 1, 310. *Stratis prosiluit:* pro *a stratis*, vel *e stratis:* 6, 456. *Toris altis prosilit:* pro *a toris*, vel *e toris.* *Liv. 2, 12. *Prosilire* A *sede.* Curt. 8, 1, 45. *Rex* E *lecto repente prosiluit.*

(37) In PURGARE, *reinigen.* Phaedr. 1, 22, 3. *Molestis muribus purgo domum:* pro *a molestis.* Pallad. April. c. 8. *Purganda sunt alvearia sordibus:* pro *a sordibus.* *Cato R. R. 66. A *foliis et stercore purgato.*

(38) In REMOVERE, *entfernen.* Ovid. Met. 3, 645. *Meque ministerio scelerisque artisque removi:* pro *a ministerio.* *Cic. Qu. Fr. 2, 5. *Hunc Catonem Lentulus* A *legibus removit.* Horat. Sat. 2, 1, 71. *Ubi se* A *vulgo et scena in secreta remorant virtus Scipiadae et mitis sapientia Laeli.*

(39) In REVELLI, *abgerissen werden.* Ovid. Met. 12, 281. *Inque humeros limen tellure revulsum tollit:* pro *a tellure*, vel *e tellure.* *Virg. G. 4, 523. *Caput* A *cervice revulsum.* Ovid. Met. 12, 341. *Saxumque* E *monte revulsum mittere conatur.*

(40) In SECERNERE, *auswählen, unterscheiden.* Horat. Sat. 1, 3, 113. *Nec natura potest iusto secernere iniquum:* pro *a iusto.* *Lucr. 4, 469. *Quam res secernere apertas* A *dubiis.* Cic. de Fin. 2, 8. *Voluptatem secernit* A *bono.*

(41) In SEMOVERI, *entfernt werden.* Horat. Ep. 2, 1, 21. *Nisi quae terris semota, suisque temporibus defuncta videt:* pro *a terris.* *Lucr. 2, 647. *Semota* A *nostris rebus seiunctaque longe.*

(42) In STARE, *theilnehmen.* Caes. B. G. 6, 12. *Decreto Senatus stare:* pro *a decreto.* Liv. 7. *Consilio alicuius stare:* pro *a consilio.* *Cic. de Inv. 1, 3, 4. *Quum saepe* A *mendacio contra verum stare homines consuescerent:* 1, 43, 81. *Aut* A *se potius,*

quam AB *adversariis stare:* de Clar. Orat. 79, 273. *Ut nemo contra civium perditorum popularem turbulentamque dementiam* A *senatu et* A *bonorum caussa steterit constantius.* Nepos 14, 6, 6. *Coacti sunt* AB *his stare, quos reliquerant.*

(43) In TEMPERARE, *sich enthalten.* Silius 2. *Quis — temperet — lacrimis:* pro *a lacrimis.* Plaut. Merc. 5, 4, 21. *Temperare istac aetate istis decebat artibus:* pro *ab istis.* Liv. 10, 12. *Urbibus oppugnandis temperatum:* pro *ab urbibus.* * Virg. Aen. 2, 8. *Quis talia fando temperet* A *lacrimis:* G. 1, 360. *Iam sibi tum* A *curvis male temperat unda carinis.* Auctor ad Herenn. 2, 9, 29. A *maleficio se temperare.*

(44) In VACARE, *frei sein.* Cic. Philipp. 11, 15, 38. *Armis vacare:* pro *ab armis.* Ovid. Her. 4, 18. *Crimine famu nostra vacat:* pro *a crimine.* Lucan. 5, 126. *Curis vacans:* pro *a curis.* * Liv. 7, 1. *Vacare* A *metu.* Caes. B. C. 3, 25. *Locus vacat* A *custodibus.* Colum. 4, 17. *Feminae* (anseres) *reliquo tempore anni vacaturae sunt* A *foetu.* Phaedr. L. 3. Praef. 2. *Vaces oportet, Eutyche,* A *negotiis.*

(45) In VAGARI, *abschweifen.* Cic. Tusc. 3, 13. *Et primo, si placet, Stoicorum more agamus, qui breviter perstringere solent argumenta: deinde nostro instituto vagabimur:* pro *a nostro instituto.* * Lucr. 2, 81. *Avius* A *vera longe ratione vagaris.*

(46) In VENIRE, *kommen.* Plaut. Asin. 3, 3, 151. *Angiporto venire:* pro *ab angiporto.* * Liv. 26, 15. *Eques citus* AB *Roma venit:* 37, 45. AB *Ephesо legati ad dedendas urbes venerunt.* Plaut. Amph. Prol. 140. *Nunc hodie Amphitruo veniet huc* AB *exercitu.*

[In sensu: *post*, ut *Capta urbe triumphavit*, i. e. *nach der Einnahme der Stadt.* Hor. Od. 1, 3, 29. *Igni subducto*, vel *post ignem aetherea domo subductum.* * *Ab urbe condita, seit der Erbauung Roms.*]

ABDUCO, *wegführen.* (1) in EGO ISTAM? *Ich diese?* Terent. Adelph. 2, 1, 4. *Ego istam invitis omnibus?* pro *ego abducam istam?*

(2) In PATI, *leiden.* Terent. Heaut. 5, 1, 40. *Amicam patiatur suam?* pro *patiatur abduci.*

ABEO, *weggehn.* (1) in AB, *von.* Terent. Andr. 1, 5, 65. *Sed cur tu ab illa?* pro *abiisti ab.*

(2) In INTRO, *hinein.* Terent. Adelph. 2, 4, 13. *Tu intro ad illam Ctesipho:* pro *abi intro.* * Plaut. Most. 2, 1, 78. *Atque* ABI *hinc intro:* Aul. 1, 2, 11. ABI *intro, occlude ianuam.*

(3) In MALAM CRUCEM, vel IN MALAM CRUCEM, *zum Henker!* Plaut. Asin. 5, 2, 41. *Da suavium etiam prius quam abeas — malum crucem:* pro *abi malam crucem*, vel *abi in malam crucem:* Casina 5, 4, 8. *Casina sum — in malam crucem:* Pseud. 3, 2, 50. *Loquere, atque in malam crucem:* pro *abi*, vel *i*, vel *fuge in malam crucem:* * Most. 3, 2, 164. *Abi directa*, ABIN' *hinc in malam crucem:* Cas. 3, 5, 16. *Obtine aures, amabo — I in malam crucem:* Men. 5, 7, 28. *Agite, abite*, FUGITE *hinc in malam crucem.*

(4) In QUO? *wohin?* Horat. Sat. 2, 4, 1. *Unde, et quo Catius?* pro *quo abit.* * Terent. Hec. 3, 5, 45. *Quo* ABIS? *mane, mane, inquam: quo* ABIS?

AC, vel ATQUE, *als*, in SIMUL, *sobald.* Cic. Att. 3, 18. *Simul*

a Caesare ei litterae, quae exspectaret, remissae essent. Seneca Q. N. 6. p. 782. *Quem simul alius superne incidens percussit, agitat.* Horat. Od. 3, 4, 37. *Militia simul fessas cohortes abdidit oppidis.* Catull. de N. P. et Th. carm. 65, 31. *Quae simul optatae finito tempore luces advenere:* pro *simul ac*, vel *simul atque.* * Cic. Verr. 1, 10. *Simul* AC *tetigit provinciam.* Phaedr. 4, 8, 1. *Simul* AC *venit in magnum periculum.* Nepos 17, 11, 1. *Simul* ATQUE *imperii potitus est.* Cic. de Fin. 1, 30. *Omne animal, simul* ATQUE *natum sit, voluptatem appetere.*

ACCEDO, *hinzukommen*, in AD, *zu.* Terent. Andr. 1, 5, 65. *Verbum unum cave de nuptiis, ne ad morbum hoc etiam:* pro *ne accedat ad.* * Cic. de Fin. 4, 68. *Quia ne ad finem quidem bonorum quicquam potest* ACCEDERE: Fam. 15, 21. *Nam ad amorem quidem nihil poterat* ACCEDERE.

ACCIDIT, *sich ereignen*, (1) in HOC UBI, *wann dies.* Virg. G. 2, 312. *Hoc ubi; non a stirpe valent, caesaeque reverti possunt:* pro *hoc ubi* ACCIDIT.

(2) In QUI ISTUC? *wie das?* Terent. Phorm. 2, 2, 15. *En unquam iniuriarum audisti mihi scriptam dicam? — qui istuc?* pro *qui accidit istuc.*

ACCUMBO, *am Tische sich niederlassen*, in INFRA, *unter*, et PROPE, *bei.* Horat. S. 1, 8, 20. *Prope me Viscus Thurinus, et infra, si memini, Varius:* pro *prope — et infra accubuit.* * Cic. Fam. 9, 26. *Accubueram hora nona, quum ad te harum exemplum in codicillis exaravi — Et quidem supra me Atticus, infra Verrius, infra Eutrapelus Cytheris* ACCUBUIT.

ACINUS, *eine Beere*, in VINACEUS, *eine Weinbeere.* Cato 10, 2. *Quo vinaceos condas*, 25. *Vinaceos quotidie recentes secernito:* pro *acinos vinaceos.* Colum. 12, 43, 10. *Pes vinaceorum bene prelo expressus proruitur:* pro *vinaceorum acinorum.* * Cic. de Sen. 15. *Quae ex fici tantulo grano, aut ex* ACINO *vinaceo — tantos truncos ramosque procreat.*

ACTA, *Journale, Register*, (1) in DIURNA, *täglich.* Tacit. Ann. 16, 22. *Diurna populi Romani per provincias, per exercitus curatius leguntur:* pro *acta diurna:* * 13, 31. *Diurna urbis* ACTA.

(2) In QUOTIDIANA, *täglich*, ut Vopisc. Aurel. 1., pro *acta quotidiana.*

ACTOR, *ein Schauspieler*, in COMICUS, *comisch.* Plaut. Poen. 3, 2, 4. *Quin aedepol conductior sum, quam — comici:* pro *comici actores.* * Quintil. 2, 10, 13. ACTORES *comici.*

AD, *zu, nahe bei, gegen, bis*, omittitur I. in diversis nominibus, ut (1) in Hoc, *dies.* Plaut. Amph. 1, 1, 2. *Qui hoc noctis ambulem:* pro *ad hoc:* * Asin. 2, 1, 5. AD *hoc diei tempus dormitasti in otio.*

(2) In ID, *iens.* Cic. *Venit ad me id temporis, ut retinendus esset:* pro *ad id temporis:* Epist. ad Fam. 6, 21. *Tamen ita viximus, et id aetatis iam sumus, ut omnia — fortiter ferre debeamus:* pro *ad id aetatis.*

(3) In INSTAR, *Gleichniss.* Sueton. Caes. 61, 3. *Instar equi.* Ovid. Met. 14, 569. *Quique deorum instar habent animos:* pro *ad in-*

star. *Justin. 36, 3, 2. *Quae continuis montibus, velut muro quodam,* AD *instar castrorum, clauditur*.

(4) In ITER, *ein Marsch.* Horat. Ep. 1, 15, 11. *Non mihi Cumas est iter, aut Baias:* pro *iter ad Cumas, aut ad Baias.* Virg. Aen. 6, 542. *Hac iter Elysium nobis:* pro *iter ad Elysium,* vel *iter in Elysium.* *Propert. L. 3, 20, 1. *Iter* AD *doctas — Athenas.* Virg. Aen. 11, 17. *Num iter ad regem nobis murosque Latinos?* Terent. Phorm. 1, 2, 16. *Iter illi* IN *Lemnum ut esset.*

(5) In POSTREMUM, *zuletzt.* Terent. Andr. 2, 1, 22. *Si id facis, hodie postremum me vides.* Cicero de Orat. 3, 2, 6. *Ut vestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset, contueremur:* pro *ad postremum.* *Plaut. Poen. 4, 2, 22. *Sed* AD *postremum nihil apparet.*

(6) In PROPE, PROPIOR, PROPIUS, *nahe, näher.* Ovid. Met. 14, 76. *Quum iam prope littus adessent:* pro *prope ad littus.* Curt. 10, 6, 12. *Iamque prope seditionem pervenerant:* pro *prope ad seditionem:* 7, 7, 9. *Propius ipsum considere amicos iubet:* pro *propius ad ipsum.* Hirt. B. G. 8, 9. *Alter quo propior hostem collocatus esset:* pro *propior ad hostem.* *Plaut. Mil. Glor. 4, 6, 55. *Si accesserit prope* AD *te:* Most. 2, 2, 30. *Fuge* AD *me propius.*

(7) In PROXIMUS, *nächste.* Gratius 96. *Proxima divos mens fuit:* pro *proxima ad divos.* Claudian. Eutr. 2, 238. *Proxima Bithynos:* pro *ad Bithynos.* Plaut. Poen. 5, 3, 1. *Proximus te sum:* pro *ad te.* Cic. ad Att. 1, 11. *Proximus Pompeium sedebam:* pro *ad Pompeium.* *Lucr. 2, 134. *Proxima sunt* AD *vireis principiorum.*

(8) In SUMMUM, *das Höchste.* Cic. Verr. 3, 183. *Duo millia nummum, aut summum tria dedisset:* pro *ad summum:* *Mil. 5. *Quando enim quatuor,* AD *summum quinque, sunt reperti.*

(9) In ULTIMUM, *am Ende.* Liv. 40, 12. *Ultimum de coelo intervenit:* pro *ad ultimum.* *Curt. 3, 1, 7. AD *ultimum pro fide mori.*

(10) In USQUE, *bis zu.* Sext. Rufus Hist. Rom. de regno Regum, *Non amplius quam usque portum:* pro *usque ad portum.* Terent. Adelph. 4, 5, 21. *Miletum usque:* pro *ad Miletum.* Cic. de Senect. 50. *Usque adolescentiam meam processit aetate:* pro *ad adolescentiam.* [Alii AD inserunt. M. R.] Florus Prooem. *A Romulo usque Augustum:* pro *ad Augustum.* *Cic. de Inv. 2, 5. *Usque* AD *hoc tempus.* Plaut. Men. 1, 2, 60. *Inde usque* AD *diurnam stellam.* Terent. Andr. 1, 2, 28. *Verberibus caesum te in pistrinum, Dave, dedam usque* AD *necem.* Horat. Sat. 1, 3, 6. *Si collibuisset, ab ovo usque* AD *mala citaret.*

II. In diversis verbis, ut (1) in ACCEDERE, *anrücken.* Nepos 11, 4. *Protinus accessit astu:* pro *ad astu.* Lucr. 1, 926. *Iuvat integros accedere fontes:* pro *ad fontes.* Virg. G. 2, 483. *Has ne possim naturae accedere partes:* pro *ad has ne.* *Plaut. Amph. 1, 1, 106. *Neque ego hunc hominem hodie* AD *aedes has sinam accedere.* Terent. Adelph. 4, 4, 23. *Accedam* AD *fores.* Cic. Fam. 4, 4. *Et* AD *Caesarem supplex accederet.*

(2) In ACCIDERE, *gelangen.* Plaut. Stich. 1, 2, 3. *Certo enim mihi paternae vocis sonitus aures accidit.* Val. Flacc. 4, 580. *Vox haec simul accidit aures:* pro *ad aures.* *Attius ap. Nonium 2, 1023. *Simul ac nota vox* AD *aures acci-*

dit. Lucr. 2, 1024. *Nam tibi vehementer nova res molitur* AD *aures accidere.* [sed cf. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 3 s. M. R.]

(3) In ADVENTARE, *sich nähern.* Tacit. Ann. 5. *Adventare locum aliquem:* pro *ad locum.* *Cic. Fam. 2, 5. *Nondum erat auditum te* AD *Italiam adventare.* Virg. Aen. 11, 514. *Properans adventat* AD *urbem.*

(4) In ADVERTERE ANIMUM, *aufmerksam sein.* Plaut. Amphitr. Prol. 38. *Animum omnes ea, quae loquar, advortite:* pro *ad ea, quae.* *Lucr. 3, 54. *Acrius advertunt animos* AD *relligionem.*

(5) In ADVOLVI, *sich wälzen.* Tacit. H. 4, 81, 2. *Genua eius advolvitur:* Ann. 1, 13, 6. *Quum ambulantis Tiberii genua advolveretur:* pro *ad genua.* *Plin. 11, 37. AD *ignem advolutus lora cum corpore exussit.*

(6) In ATTINET, *betreffen.* Cic. Fam. 14, 2. *Quod sumtum attinet:* pro *ad sumtum.* *Terent. Heaut. 1, 1, 24. *Ea quae nihil* AD *te attinent.* Cic. pro Rosc. Am. 41, 120. *Servos ipsos, quod* AD *me attinet, neque arguo, neque purgo.*

(7) In CONCURRERE, *zusammenlaufen.* Cic. Verr. 1, 80. *Concurreret domum tuam tota civitas:* pro *ad domum:* *pro Quint. 16, 53. *Aut* AD *eorum aliquem, qui consuluntur, concurrisses.*

(8) In CONFUGERE, *sich flüchten.* Cic. pro Mur. 16. *Qua ex pugna quum se ille eripuisset, et Bosporum confugisset:* pro *ad Bosporum.* *Liv. 1, 2. AD *florentes Etruscorum opes confugiunt.* Virg. Aen. 1, 666. AD *te confugio, et supplex tua numina posco.*

(9) In CONVENIRE, *kommen.* Ovid. A. A. 3, 586. *Conveniunt illas, quum voluere, viri:* pro *ad illas.* *Caes. B. C. 1, 13. *Decuriones Auximi* AD *Attium Varum frequentes conveniunt.*

(10) In DEFERRI, *hingetragen werden.* Virg. Aen. 3, 134. *Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est:* pro *ad Ortygiam.* *Plin. 8, 19. *Deferri navi* AD *ulterioris Rheni litus.*

(11) In DIGREDI, *fortgehn.* Hirt. de B. Afr. 37. *Inde parvulam proclivitatem digressus:* pro *ad parvulam.* *Liv. 29, 2. *Cum equitibus* AD *pedes digressus.*

(12) In FERRI, *getragen sein.* Ovid. Met. 13, 156. *Phthian Scyronve ferantur:* pro *ad Phthian.* *Virg. Aen. 3, 40. *Vox fertur* AD *aures.* Cic. T. Q. 3, 2. AD *gloriam fertur quisque.*

(13) In IRE, *gehn.* Ovid. Her. 10, 125. *Ibis Cecropios portus:* pro *ad Cecropios.* Virg. Ecl. 1, 65. *Sitientes ibimus Afros:* pro *ad sitientes.* *Terent. Andr. 3, 4, 1. AD *te ibam.* Plaut. Capt. 1, 2, 23. *Ego ibo* AD *fratrem.*

(14) In PERVENIRE, *gelangen.* Ovid. Met. 3, 462. *Verba refers aures non pervenientia nostras:* pro *ad aures.* *Phaedr. 2. Epil. 12. *Si nostrum studium* AD *aures pervenit tuas.*

(15) In PROFICISCI, *gehn, abreisen.* Terent. Adelph. 2, 2, 16. *Praeterea autem te aiunt profiscisci Cyprum:* pro *ad Cyprum.* *Cic. de Sen. 10. *Profectus sum* AD *Capuam.*

(16) In PROPERARE, *eilen.* Cic. Qu. Fr. 1, 3. *Pergere et properare Romam:* pro *ad Romam.* *Ovid. Met. 10, 33. *Sedem properamus* AD *unam.*

(17) In TENDERE, *vorwärtsgehn.* Virg. Aen. 6, 696. *Haec limina tendere adegit:* pro *ad haec:* *2, 321. *Cursuque amens* AD *litora tendit.*

(18) In TRANSIRE, *durchgehn.*

Plaut. Stich. 3, 1, 38. *Iam hercle ego per hortum amicam transibo meam:* pro *ad amicam:* * Epid. 5, 1, 51. *Ego* AD *vos Thesprionem iussero huc transire.* Terent. Heaut. 4, 4, 17. *Transeundum nunc tibi* AD *Menedemum est.*

(19) In VENIRE, *ankommen.* Virg. Aen. 1, 2. *Lavinia venit litora:* pro *ad Lavinia:* 6, 345. *Finesque canebat venturum Ausonios:* pro *ad fines.* * Cic. Fam. 9, 16. *Nolo te* AD *Baias venire.*

ADEO, vel ITA, vel SIC, *so sehr*, in UT, *wie.* Horat. S. 1, 5, 32. *Ad unguem factus, non ut magis alter:* pro *adeo, ita*, vel *sic factus, ut*, 7, 13. *Ira fuit capitalis, ut ultima divideret mors:* pro *adeo, ita*, vel *sic capitalis, ut.* Nepos 7, 1, 2. *Disertus, ut in primis dicendo valeret:* pro *adeo, ita*, vel *sic disertus, ut:* * 15, 3, 1. ADEO *veritatis diligens, ut ne ioco quidem mentiretur.* Terent. Andr. 1, 1, 92. *Et vultu, Sosia,* ADEO *modesto,* ADEO *venusto, ut nil supra.* Plaut. Amph. 2, 2, 130. ITA *animatus fui, ut te hoc donarem.* Cic. Acad. 1, 33. ITA *moratus, ut prae se probitatem quandam et ingenuitatem ferat.* Phaedr. 1, 11, 14. *Insignis, inquit,* SIC, *ut, nisi nossem tuum animum genusque, simili fugissem metu.*

ADHIBEO, vel ADMOVEO, *anwenden*, in BLANDITIAS, *Schmeicheleien.* Plaut. Cist. 2, 2, 4. *Quot illi blanditias? quid illi promisi boni!* pro *adhibui*, vel *admovi blanditias.* * Ovid. Met. 10, 259. *Et modo blanditias* ADHIBET: 6, 631. *Cur* ADMOVET, *inquit, alter blanditias.*

ADSPICIO, vel CONSPICOR, vel VIDEO, *sehen*, in EN, ECCE, ECCUM, *schau*, cum accusativo. Virg. Ecl. 5, 65. *En quattuor aras:* pro *en, adspicio*, vel *conspicor*, vel *video — aras.* Cic. de Fin. 2, 96. *Ecce miserum hominem:* pro *ecce adspicio, conspicor*, vel *video miserum.* Terent. Heaut. 2, 2, 12. *Eccum Dromonem cum Syro:* pro *eccum adspicio, conspicor*, vel *video Dromonem.* * Ovid. Met. 2, 283. *Tostos en* ADSPICE *crines.* Plaut. Amph. 3, 2, 16. *Et eccum* VIDEO *illum, qui me miseram arguit:* Epidic. 2, 2, 3. *Sed eccum ipsum ante aedes* CONSPICOR *et Apoeciden.*

ADSUM, *da sein*, (1) in AD HOC, *deshalb.* Horat. Sat. 2, 8, 25. *Nomentanus ad hoc:* pro *ad hoc aderat.*

(2) In EN, ECCE, *schau*, cum nominativo casu. Ovid. Met. 15, 594. *En, hic unus.* Virg. Aen. 1, 461. *En Priamus:* pro *en adest:* 6, 46. *Deus ecce, deus:* pro *ecce adest*, vel *ecce venit.* * Ovid. Met. 9, 363. *Ecce, vir Andraemon, genitorque miserrimus,* ADSUNT: 6, 156. *Ecce,* VENIT *comitum Niobe celeberrima turba.*

(3) In OPPORTUNE, *zu guter Zeit, gelegen.* Terent. Andr. 2, 2, 8. *Ambo opportune, vos volo:* pro *opportune adestis*, ut Donatus observat: Adelph. 2, 4, 2. *Ehem, opportune, te ipsum quaero:* pro *opportune ades*, vel *opportune fis obviam:* * Andr. 3, 4, 11. *Ut hinc te introire iussi, opportune hic* FIT *mi* OBVIAM.

ADVERSA, *schlimmes*, in FORTUNA, *Schicksal.* Cic. Fam. 13, 66. *Nisi me et patris eius — memoria, et huius fortuna ita moveret:* pro *fortuna adversa.* * Nepos 16, 5. *Conflictatus autem est cum* ADVERSA *fortuna.*

AEDES, *ein Haus*, vel **FORES**, vel **OSTIUM**, *die Thüre*, in **PULTARE**, *oft klopfen*. Plaut. Bacch. 5, 1, 29. *Quid dubitamus pultare:* pro *pultare aedes*, vel *fores*, vel *ostium:* *5, 2, 2. *Atque pultat* AEDEIS? Men. 5, 6, 29. *Num* FORES *pultabo?* Pseud. 2, 2, 10. OSTIUM *pultabo, atque intus evocabo aliquem foras.*

AEDES, DOMUS, FANUM vel **TEMPLUM**, *ein Tempel*, ante nomen dei, deaeve in genitivo casu. Terent. Adelph. 4, 2, 43. *Ubi ad Dianae veneris:* pro *ad Dianae aedem, domum, fanum*, vel *templum.* [Cic. Mil. 33. *cum falcibus ad Castoris.* M. R.] *Cic. Cat. 2, 6. *Senatum in* AEDEM *Iovis vocavi.* Iuvenal. 4, 40. *Ante* DOMUM *Veneris, quam Dorica sustinet anxon.* Plaut. Rud. 1, 2, 6. *Nunc huc ad Veneris* FANUM *venio visurus.* Cic. in Vatin. 13. *In* TEMPLUM *Castoris — te intulisti.*

AEDIFICIUM, *ein Haus, Gebäude*, (1) in **POSTICUM, POSTICULUM**, *Hintertheil.* Titinnius ap. Nonium 3, 158. *Atque duo postica, quae loco mercede:* pro *postica aedificia.* Lucilius ap. eundem: *Pistrinum appositum, posticum, sella, culina:* pro *posticum aedificium.* Plaut. Trin. 4, 3, 78. *Ubi nunc filius meus habitat? Hic, in hoc posticulo:* pro *posticulo aedificio.*

(2) In **TABULATUM**, *getäfelt.* Cato R. R. 55. *Ligna in tabulato condere:* pro *tabulato aedificio.* Colum. 2, 22. *Foenum in tabulata componere:* pro *tabulata aedificia.* *Festus v. Adtubernalis: AEDIFICIA *tabulata.*

AEGER, vel **AEGROTANS**, *krank*, in **CUBARE**, *liegen.* Horat. Serm. 1, 9, 17. *Trans Tiberim longe cubat is, prope Caesaris hortos:* pro *cubat aeger*, vel *aegrotans.* Sueton. Ner. 34. *Quum ex duritia alvi cubantem visitaret:* pro *cubantem aegrum*, vel *aegrotantem:* *Octav. 72. AEGER *autem in domo Maecenatis cubabat.* Auctor ad Herenn. 3, 20. AEGROTUM *in lecto cubantem.*

AEQUE, *ebenso*, (1) in **ATQUE**, *wie.* Priap. 32. *Quae succo caret, atque petra pumex.* Plaut. Bacch. 3, 6, 20. *Quem amicum ratus sum, atque ipsus sum mihi:* pro *aeque atque:* Mercat. 4, 4, 20. *Quam dudum dixeras te odisse* AEQUE, *atque angues:* Cas. 4, 4, 21. *Nebula haud est mollis* AEQUE, *atque cutis huius est.* Terent. Andr. 4, 2, 19. *Miser* AEQUE, *atque ego.*

(2) In **QUAM**, *wie.* Plaut. Men. 5, 6, 2. *Cogitatque ut, absente hero, rem heri diligenter tutetur, quam si ipse adsit:* pro *aeque diligenter — quam:* *Epidic. 2, 3, 1. *Nullum esse opinor ego agrum in agro Attico* AEQUE *feracem, quam hic est noster Periphanes.*

AEQUOR, FRETUM, MARE, SALUM, vel **VADUM**, *die Wogen, die See*, in diversis adiectivis, ut (1) in **ALTUM**, *tief.* Tacit. Ann. 3, 1, 4. *Ubi primum ex alto visa classis.* Plaut. Men. 2, 1, 2. *Quando ex alto procul terram conspiciunt:* pro *alto aequore*, vel *salo.* *Ovid. Met. 15, 418. *In alto Phoebus anhelos* AEQUORE *tinget equos.* Lucr. 3, 785. *Non* AEQUORE *in alto nubes esse queunt.* Horat. Epod. 17, 55. *Alto tumdit hibernus* SALO.

(2) In **CAERULUM**, *himmelblau.* Virg. Aen. 3, 208. *Adnixi torquent spumas et caerula verrunt:* 8, 672. *Sed fluctu spuma.*

bant caerula cano: pro *caerula aequora, freta, maria,* vel *vada.* *Catull. 64, 7. *Caerulae verrentes abiegnis* AEQUORA *palmis.* Virg. Aen. 10, 209. *Hunc vehit immanis Triton, et caerula concha exterrens* FRETA. Seneca Agam. 441. *Dirimuntque canae caerulum spumae* MARE. Virg. Aen. 7, 198. *Tot per* VADA *caerula vexit?*

AEQUUM, vel NIMIUM, *billig, zu viel,* in PLUS, *mehr.* Petron. 63. *Mulieres plus scitae:* pro *plus aequo,* vel *nimio.* *Ovid. Her. 12, 11. *Cur mihi plus* AEQUO *flavi placuere capilli?* Horat. Ep. 1, 10, 30. *Quem res plus* NIMIO *delectavere secundae.*

AËR, *die Luft,* I. in verbo NUBILAT, *bewölkt sein.* Varro R. R. 1, 13, 5. *Nubilare si coeperit:* pro *aër nubilare:* *ibid. *Nubilat* AËR.

II. In diversis adiectivis, ut (1) in IMMENSUS, *ungeheuer.* Ovid. Met. 4, 620. *Inde per immensum ventis discordibus actus:* pro *per aëra immensum.* *10, 1. *Inde per immensum croceo velatus amictu* AËRA *digreditur.*

(2) In PURUS, *rein, klar.* Horat. Od. 1, 34, 7. *Per purum tonantes egit equos volucremque currum:* pro *per purum aëra.* *Lucr. 4, 328. AËRA *per purum graviter simulacra feruntur.*

(3) In VACUUS, *frei, leer.* Virg. G. 2, 287. *Neque in vacuum poterunt se extendere rami:* pro *in vacuum aëra:* *3, 109. *Videntur* AËRA *per vacuum ferri.* Martial. Spect. 11, 5. *Deprendat vacuo venator in* AËRE *praedam.*

AERARIUM, *die Schatzkammer,* in PUBLICUM, *öffentlich.* Liv. 2, 5. *Vetuere in publicum redigi.* Nepos 13, 2, 1. *Mille et ducenta talenta praedae in publicum retulit.* Plaut. Asin. 2, 2, 55. *Rapere cupio publicum:* pro *publicum aerarium.*

AES, *Geld,* omittitur, I. in verbis quibusdam, ut (1) in PARARE, *erwerben.* Catull. 10, 20. *Non possum octo homines parare rectos.* Cic. pro Flacc. 71. *Agros alicubi paravisses:* pro *paravisses aere.* *Horat. Sat. 2, 3, 129. *Servos, quos* AERE *pararis.* [Cic. de Sen. 15. *Cetera, quae parantur* PECUNIA. Caes. B. G. 4, 2. *Iumentis, quae impenso parant* PRETIO.]

(2) In SOLVERE, *bezahlen.* Cic. Att. 1, 3. *Misimus, qui pro vectura solverent:* pro *solverent aes:* 13, 10. *Solvendo non erat:* pro *aeri solvendo,* vel *argento solvendo.* *Liv. 31, 13. *Nec tamen solvendo* AERI — *resp. esset.* Terent. Adelph. 4, 4, 20. *Ipse egomet solvi* ARGENTUM.

II. In genitivo complurium adiectivorum, ut (1) in MINORIS, *minder.* Plaut. Merc. 2, 3, 89. *Hercle ne minoris vendas.* Cic. Verr. *Multo minoris vendidit:* pro *minoris aeris.* [*Colum. 3, 3. *Quem vulgus parvi* AERIS *posse comparari putat.*]

(2) In PLURIS, *mehr.* Mart. 1, 58. *Hoc da tu mihi, pluris emam:* 14, 118. *Constet ne tibi pluris aqua:* pro *pluris aeris.*

(3) In QUANTI, *für wie viel.* Mart. 5, 59. *Cras istuc quanti, dic mihi, possit emi.* Plaut. Epid. 1, 1, 49. *Quanti eam emit?* pro *quanti aeris.*

(4) In TANTI, *für so viel.* Plaut. Poen. 4, 2, 76. *Duas illas tanti quaeso emit?* Merc. 2, 4, 22. *Tanti emi illam:* pro *aeris tanti.*

III. In ablativo casu quorundam adiectivorum, ut (1) in Suo, *sein*. Plaut. Aul. 2, 4, 15. *Quid hic non poterat de suo senex obsonari filiae in nuptiis:* pro *de suo aere*. *Terent. Phorm. 3, 2, 26. *Quam indignum facinus: ancillam* AERE *emtam suo*.

(2) In Tuo, *dein*. Plaut. Bacch. 1, 1, 66. *Ad eam operam facere sumtum de tuo:* pro *de tuo aere*.

IV. In diversis adiectivis, ut (1) in Acceptum, et Expensum, *Einnahme, Ausgabe*. Cic. Verr. de praet. urb. 1, 39, 102. *Satis te elapsurum omni suspicione arbitrabare, si, quibus pecuniam credebas, iis expensum non ferres, — quum tot tibi nominibus acceptum Curtii referrent? quid proderat tibi, te expensum illis non tulisse?* Plaut. Most. 1, 3, 145. *Ratio accepti et expensi constat:* pro *accepti aeris, expensi aeris*.

(2) In Balneaticum, *Badegeld*. Schol. in Iuvenal. 2, 52. *Infantes, qui pueri non dant balneaticum:* pro *aes balneaticum*.

(3) In Calcearium, *Schuhgeld*. Sueton. Vesp. 8. *Petentes constitui aliquid sibi calcearii nomine:* pro *aeris calcearii*.

(4) In Clavarium, *Schuhschnallengeld*. Tacit. Hist. 3, 50. *Seditiosae militum voces terrebant, clavarium, (donativi nomen est,) flagitantium:* pro *aes clavarium*.

(5) In Cloacarium, *Fegegeld*. Ulpian. l. 39. §. 4. de leg. et fidei comm. lib. 30. *Heres cogitur legati praedii solvere vectigal praeteritum — vel cloacarium:* pro *aes cloacarium*.

(6) In Columnarium, *eine Abgabe für die Haussäulen*. Cic. Attic. 13, 6. *De aquae ductu probe fecisti: columnarium vide an nullum debeamus:* pro *aes columnarium*.

(7) In Donativum, *ein Geldgeschenk*. Tacit. Hist. 3, 50. *Clavarium, (donativi nomen est,) flagitantes:* pro *donativi aeris*.

(8) In Funeraticum, *Begräbnisskosten*. Spon. Misc. Erud. §. 11, p. 54. *Inferat Arkaen partem dimidiam funeratici:* pro *aeris funeratici*.

(9) In Linguarium, *eine Geldbusse für unbedachte Reden*. Seneca de Benef. 4, 36. *Quod dicere solemus, linguarium dabo:* pro *aes linguarium*.

(10) In Portorium, *Hafengeld*. Plaut. Asin. 1, 3, 7. *Ego pol istum portitorem privabo portorio:* pro *aere portorio*.

(11) In Pulveraticum, *ein Handgeld für Rekruten*. Cassiod. Varr. Ep. 12, 15. *Pulveratica quoque iudicis funditus amputantes, trium tantum etiam dierum praesulibus annonas praeberi secundum vetera instituta decernimus:* pro *pulveratica aera*.

(12) In Vestiarium, *Kleidungsgeld*. Seneca de Tranq. An. 8. *Familia vestiarium petit, victumque:* de Benef. 3, 21. *Est aliquid, quod dominus praestare servo debeat, ut cibarium, ut vestiarium:* pro *aes vestiarium*.

(13) In Viaticum, *Reisegeld*. Plaut. Capt. 2, 3, 89. *Sequere me, viaticum ut dem hinc a trapezita tibi*. Cic. Att. 7, 18. *Q. Titinius viaticum se neget habere:* pro *viaticum aes*. Sueton. Caes. 68. *Ingresso civile bellum centuriones cuiusque regionis singulos equites e viatico suo obtulerunt:* pro *viatico aere*.

AETAS, *Alter, Leben*, I. in adiectivis, ut (1) in Senecta, *alt*. Plin. H. N. II. c. ult. *Senecta diem*

obiit: pro *senecta aetate*. *Plaut. Amph. 4, 2, 13. *Senecta in* AETATE *a me mendicas malum?* Casin. 2, 3, 41. *Mirum mecastor te senecta* AETATE *officium tuum non meminisse*. [Plaut. Aul. 3, 1, 7. *Senecta* AETATE *ludos facias*.]

(2) In PROVECTUS, *vorgerückt*. Pallad. 4, 13. *Equi provectiores*: pro *provectiores aetate*. *Cic. de Sen. 4, 10. *Quamquam eum colere coepi — iam* AETATE *provectum*. [Sueton. Octav. 69. *Adultas* AETATE *virgines*.]

II. AETAS, AEVUM, vel VITA, *Leben*, omittitur diversis in verbis, ut (1) in AGERE, *zubringen*. Rutil. Iter. 1, 63. *Fortunatus agam, — semper digneris si meminisse mei*. Tacit. H. 2, 95. *Inter Vinios — varia et pudenda sorte agebat*: pro *agebat aetatem, aevum*, vel *vitam*. *Terent. Hec. 2, 1, 10. *Itaque una inter nos agere* AETATEM *liceat*. Plaut. Mil. Glor. 4, 8, 2. *Ubi pulcerrime egi* AETATEM. Ovid. Met. 10, 243. *Quas quia Pygmalion* AEVUM *per crimen agentes viderat*. Lucr. 3, 1070. *Haud ita* VITAM *agerent, ut nunc plerumque videmus*.

(2) In AGITARE, *zubringen*. Sallust. Iug. 19. *Super Numidiam Getulos accepimus partim in tuguriis — agitare*: pro *agitare aevum*. *Virg. G. 4, 154. *Agitant sub legibus* AEVUM.

(3) In DEGERE, *zubringen*. Plin. 6, 25. *Degere ex aequo cum aliquibus*: pro *degere aetatem, aevum*, vel *vitam*. *Terent. Phorm. 2, 3, 70. *Ut cum uno* AETATEM *degeret*. Lucr. 3, 508. *Cum validis ventis* AETATEM *degere posse*. Seneca Tro. 211. *Iussus — longa sedens* AEVUM *senecta degere*. Lucret. 4, 1276. *Ut facile insuescat secum vir degere* VITAM. Iustin. 3, 3, 7. VITAM *sine pulmento degere*.

[AFFECTUS, *begabt*, in *valetudine*. Cic. pro Clu. *Cecidisse ex equo dicitur, et homo infirma valetudine latus offendisse vehementer*. *Cic. Tusc. 9. 4, 37. AFFECTUS *optima valetudine*. Terent. Phorm. 5, 8, 84. *Tantane affectum quenquam esse hominem audacia?*]

AFFERO, AFFEROR, *bringen, gebracht werden*. (1) in LIBELLOS, *Bücher*. Cic. Fam. 16, 18. *Sed tu nullosne tecum libellos?* pro *libellos attulisti?*

(2) In LITTERAE, *Brief*. Cic. Att. 13, 16. *Ecce tuae litterae*: 7, 23. *Ecce postridie ad Cassium litterae Capua a Lucretio familiari eius*: pro *litterae afferuntur*, vel *advenere*. *Cic. Att. 1, 9. *Nimium raro nobis abs te* AFFERUNTUR *litterae*. Sueton. Vesp. 7. *Ac statim* ADVENERE *litterae, fusas apud Cremonam Vitellii copias*.

(3) In NIHIL LITTERARUM, *kein Brief*. Cic. Fam. 16, 2. *Nec mirabamur nihil a te litterarum*: Att. 1, 2. *Abs te tam diu nihil litterarum?* pro *nihil litterarum afferri*.

(4) In NIHIL NOVI, *nichts neues*. Cic. Att. 13, 37. *Novi nihil sane, nisi Hirtium cum Quinto acerrime pro me litigasse*: Fam. 15, 17. *De Hispania novi nihil, sed exspectatio valde magna*: pro *novi nihil allatum est*.

(5) In QUID AUXILII, *welche Hülfe*. Ovid. Met. 13, 647. *Quid enim mihi filius absens auxilii?* pro *quid auxilii — affert*, vel *fert*. *Seneca Octav. 134. *Emergere undis, et* FER *auxilium tuae gnatae invocanti*.

(6) In QUID NOVI? *welche Neuig-*

keit? Cic. de Clar. Orat. 3. *Quid vos, inquam, Brute, et Attice nunc? quid tandem novi?* pro *quid novi affertis.*

AFFOR, ALLOQUOR, vel COMPELLO, *anreden*, in TALIBUS, *solchen.* Ovid. Met. 15, 807. *Talibus hanc genitor:* *2, 783. *Talibus* AFFATA EST *breviter Tritonia dictis*, 15, 807. *Talibus* AFFATUR *divumque hominumque parentem*, 8, 727. *Nixus cubito Calydonius amnis talibus* ALLOQUITUR, 12, 585. *Talibus intonsum* COMPELLAT *Sminthea dictis.*

AGER, CAMPUS, *Land, Feld*, in possessivis et patronymicis nominibus, ut (1) in ALBANUS. Cic. Orat. in L. Pison. 31. *Multique mortales oratum in Albanum — venerant:* pro *Albanum agrum*, vel *campum.*

(2) In LEONTINUS. Cic. Verr. 3, 113. *In Leontino iugerum subscriptio ac professio non est plus triginta:* pro *Leontino agro*, vel *campo:* *1, 47. et de Div. 1, 73. CAMPUS *Leontinus.*

(3) In PRAENESTINUS. Iul. Obseq. 71. p. 57. *In Praenestino cruenti ceciderunt imbres:* pro *Praenestino agro*, vel *campo.*

(4) In VEIENS. Iul. Obseq. 110. p. 97. *Oleo et lacte in Veiente pluit:* pro *Veiente agro.* *Cic. pro Rosc. Am. 47. AGER *Veiens.*

AGITO, *betreiben*, in CONSILIA, *Absichten.* Tacit. Ann. 12, 22, 2. *Exin Claudius inaudita* (Lollia) *rea, multa de claritudine eius apud senatum praefatus — addidit perniciosa in remp. consilia, et materiem sceleri detrahendam:* pro *perniciosa — consilia agitare.* *Seneca Ep. 10. *Tunc mala consilia* AGITANT.

AGMEN, *eine Schaar*, in TANTUM, *so gross.* Liv. 3, 17. *Tantum hostium intra muros est.* Iustin. 1, 3, 3. *Indignatus tali feminae tantum virorum subiectum — parere.* Plaut. Poen. 3, 3, 5. *Sed quid huc tantum hominum incedunt?* pro *tantum agmen.*

AGO, *thun, sprechen*, (1) in HACTENUS, *bis hieher*, et NUNC, *jetzt.* Cic. Fam. 2, 1. *De litteris hactenus:* pro *hactenus egimus.* Plin. 31, 6. *Hactenus de aquis, nunc de aquatilibus:* pro *hactenus egimus — nunc agamus.*

(2) In ITANE? *so?* Terent. Phorm. 2, 3, 66. *Itane tandem quaeso?* pro *itane tandem agis:* *5, 8, 75. *Itane* AGITIS *mecum?*

(3) In MELIUS, *besser in jeder Hinsicht.* Tacit. Ann. 1, 43, 1. *Cur — ferrum illud, quod pectori meo infigere parabam, detraxistis? o improvidi amici! melius et amantius ille, qui gladium offerebat:* pro *melius agebat.*

(4) In NE, *dass nicht.* Plaut. Asin. Prol. 5. *Age, nunc reside, cave modo ne gratiis:* pro *ne agas.* Terent. Andr. 1, 1, 34. *Apprime in vita esse utile, ut ne quid nimis:* pro *ne agas*, ut Donatus observat.

(5) In NIHIL ALIUD, QUAM, *nichts andres, als.* Petron. 86. *Nihilque aliud quam puerum basiavi:* pro *nihilque aliud egi.* Liv. 2, 63. *Hostes quidem nihil aliud, quam perfusis vano timore Romanis, citato agmine abeunt:* pro *nihil aliud agunt:* 2, 8. *Horatius nihil aliud ad eum nuncium a proposito aversus, quam ut cadaver efferri iuberet:* pro *nihil aliud agit:* 35, 49. *Videritis regem — exclusum, nihil aliud, quam Aulide et Euripo spectatis, in Aetoliam redeuntem:* pro *nihil aliud agentem.* *Cic. pro Sulla 12. *Ni-*

hil aliud AGEREM, *nisi eum, qui accusatus esset, defenderem.*

(6) In QUID? *was?* Horat. Ep. 1, 1, 91. *Quid pauper? vide:* pro *quid agit.* Cic. Fam. 15, 24. *De publicis omnia mihi certa, — quid Antonius:* pro *quid agat.* Plaut. Aul. 2, 2, 6. *Di te ament, Megadore — quid tis?* pro *quid agis:* *Poen. 4, 2, 40. *Quid* AGIS? *— facio quod manifesto moechi haud ferme solent.*

(7) In VITAM? *Leben.* Terent. Adelph. 4, 7, 40. *O Iupiter, hanccine vitam:* pro *hanccine vitam agere?* hoc vero pro *hanccine vitam agere decet?* *Adelph. 1, 1, 20. *Ruri* AGERE *vitam.*

AGOR, *geschehn,* (1) in ESSE, *sein.* Tacit. H. 1, 75, 1. *Utrisque frustra fuit:* pro *fuit acta.* Cic. Fam. 1, 1. *Regis in causa haec sunt:* pro *sunt acta.*

(2) In HAEC HACTENUS, *dies bis hieher.* Cic. de Div. 2, 24. *Sed haec hactenus:* pro *hactenus acta sunt.*

AIO, *sagen, behaupten,* I. Ante infinitivos, ut in CRISPARI. Plin. 28, 8. *Fimi cinere crispari capillos cum oleo:* pro *crispari aiunt.*

II. In diversis nominibus et dictionibus, ut (1) in DI, *Götter.* Virg. Aen. 3, 526. *Divosque vocavit stans celsa in puppi: di, maris et terra tempestatumque potentes:* pro *di, ait.*

(2) In HAUD MALE, *nicht übel.* Horat. Ep. 1, 7, 40. *Haud male Telemachus prolés patientis Ulyssis:* pro *haud male aiebat.*

(3) In MODO, *einmal.* Horat. Sat. 1, 3, 13. *Modo sit mihi mensa tripes, et concha salis puri:* pro *modo aiebat.*

(4) In NUNC, *ietzt.* Virg. Aen. 5, 363. *Nunc, si cui virtus animusque in pectore praesens, adsit:* pro *nunc, ait, si.*

(5) In O, *o.* Virg. Aen. 5, 870. *O nimium coelo et pelago confise sereno, nudus in ignota, Palinure, iacebis arena:* pro *o, aiebat, nimium.* *Ovid. Met. 14, 192. *Atque* AIT, *o si quis referat mihi casus Ulyssen.*

(6) In OMNES, *Alle.* Horat. Sat. 2, 6, 49. *Noster ludos spectaverat una, luserat in campo, fortunae filius, omnes:* pro *omnes aiunt.*

(7) In QUID? *was?* Horat. Sat. 2, 6, 55. *Quid? militibus promissa Triquetra praedia Caesar, an est Itala tellure daturus?* pro *quid aiunt?* Terent. Phorm. 5, 1, 26. *Hem isti ipsi — quid?* pro *quid ais?* *2, 3, 39. *Hem, quid* AIS? Plaut. Poen. 5, 2, 25. *Quid* AIS *tu?*

(8) In QUID NUNC? *was nun?* Plaut. Poen. 3, 6, 2. *Estne hic servus meus? — sum mehercle vero Agorastocles — quid nunc sceleste leno?* pro *quid nunc ais.*

(9) In TUM, *dann.* Phaedr. 1, 4, 12. *Tum quidam ex illis, quos prius despexerat.* Ovid. Met. 12, 182. *Tum senior, quamvis obstet mihi tarda vetustas:* 13, 640. *Tum pius Anchises, o Phoebi lecte sacerdos, fallor?* pro *tum ait.* *14, 594. *Tum pater, estis,* AIT, *coelesti munere digni.*

ALIENUM, *fremd,* in AES, *Geld, Schulden.* Curt. 10, 2, 10. *Gnarus professioni aeris pudorem, non contumaciam obstare:* pro *aeris alieni.* *Seneca de Benef. 11, 7. *Ut aeri* ALIENO *succurreret.* Cic. Philipp. 6, 11. *Propter aes* ALIENUM *venire ad arma.*

[ALIMENTA, *Kost,* in *menstrua, monatlich.* Liv. 44, 2. *Mi-*

lite menstruum ferre secum iusso: sc. *alimentum.*]

ALIQUID, *etwas*, (1) in genitivo casu cum verbo. Plaut. Amph. 1, 1, 274. *Vini eduxi meri:* pro *aliquid vini.* Tacit. G. 15. *Mos est civitatibus ultro ac viritim conferre principibus vel armentorum vel frugum:* pro *aliquid armentorum.*

(2) In Admittere, *begehn.* Tibull. 1, 7, 61. *Et tibi nescio quas dixit, mea Delia, poenas. Si tamen admittas, sit precor illa levis:* pro *admittas aliquid.* * Cic. pro Mil. 23. *Ergo illa falsa fuerunt: quae certe vera exstitissent, si Milo admisisset* aliquid, *quod non posset honeste vereque defendere.*

(3) In De, *von*, cum verbo. Capitolinus in Pertinace: *Amicis, si quando de prandio suo mittere voluit, misit offulas duas.* Spartianus in Caracalla: *Cui pridie de coena miserat.* Cic. Att. 5, 1. *Cui tamen Quintus de mensa misit:* pro *aliquid de mensa.*

(4) In Est, quod, *ist, was.* Plaut. Capt. Prol. 53. *Sed etiam est paucis quod monitos vos voluerim:* pro *est aliquid — quod.*

(5) In Magnum, *gross.* Horat. Sat. 1, 4, 9. *In hora saepe ducentos, ut magnum, versus dictabat:* pro *aliquid magnum.* * Cic. Fam. 2, 5. *Grave est enim homini pudenti petere* aliquid *magnum ab eo, de quo se bene meritum putet.*

ALIQUIS, *irgend iemand*, (1) in verbo, ut in Audiat, *höre.* Virg. Ecl. 3, 50. *Audiat haec tantum, vel qui venit, ecce, Palaemon:* pro *audiat aliquis*, ut Servius observat.

(2) In De, *von*, cum verbo. Cic. Off. 2, 7. *Praemittebat de stipatoribus suis, qui scrutarentur arculas muliebres:* pro *praemittebat aliquos de.*

(3) In E, vel Ex, *von.* Tacit. Ann. 2, 60, 4. *Iussusque e senioribus sacerdotum patrium sermonem interpretari, referebat:* pro *aliquis e senioribus:* 6, 11, 4. *Sumpsit e consularibus, qui coerceret:* pro *aliquem e.*

(4) In Qui, *der.* Tacit. Ann. 6, 9, 1. *Quia repertus erat, qui efferret, quae omnes animo agitabant:* pro *erat aliquis, qui.* Iustin. 8, 3, 7. *Per regna mittit, qui opinionem sererent:* pro *mittit aliquos — qui.* Cic. Att. 1, 3. *Misimus, qui pro vectura solveret:* pro *aliquem, qui.* Caes. B. G. 7, 10. *Praemittit ad Boios, qui de suo adventu doceant:* pro *aliquos, qui.* Plaut. Cas. Prol. 68. *Sunt hic, quos credo nunc inter se dicere:* pro *aliqui, quos.* Horat. A. P. 460. *Non sit, qui tollere curet:* pro *sit aliquis, qui.* Ovid. Her. 10, 120. *Nec mea qui digitis lumina condat, erit:* pro *nec erit aliquis, qui.* Virg. G. 4, 165. *Sunt, quibus ad portas cecidit custodia sorti:* pro *sunt aliqui, quibus.*

ALIQUOD, *irgend ein*, (1) in Ad Tempus, *für eine Weile.* Tacit. Ann. 1, 1, 2. *Dictaturae ad tempus sumebantur.* Seneca de Benef. 3. p. 307. *Quum ad tempus relegatus esset a patre.* Cic. de Amic. 15. *Coluntur tyranni duntaxat ad tempus:* pro *aliquod tempus.*

(2) In Per tempus, *für eine Zeit.* Append. Fab. Aesop. f. 20. *Per tempus maximam congesserat praedam:* pro *per tempus aliquod.*

(3) In Post Tempus, *nach der Zeit.* Phaedr. 4, 18, 1. *Qui fert malis auxilium, post tempus do-*

let: pro *post tempus aliquod*, vel *breve:* *17, 16. *Post* ALIQUOD *tempus alios adscribi iubent.* Ovid. Met. 6, 49. *Et* BREVE *post tempus candescere solis ab ictu.*

4) In TEMPORE, *Zeit.* Ovid. Her. 4, 109. *Tempore abest, aberitque diu:* 17, 260. *Et dabo coniunctas tempore vincta manus:* pro *tempore aliquo*, vel *quodam:* *Met. 13, 734. *Et* — ALIQUO *quoque tempore virgo:* 2, 552. *Nam tempore* QUODAM *Pallas Erichthonium — clauserat — cista.*

(5) In TEMPORE INTERIECTO, *Zwischenzeit.* Iustin. 1, 5, 8. *Interiecto deinde tempore — scribit ei,* 1, 7, 11. *Interiecto deinde tempore — Lydi rebellavere:* pro *interiecto tempore aliquo.*

ALITER, MINUS, vel SECUS, *anders*, in SIN, *wenn aber.* Cic. Fam. 12, 6. *Qui si conservatus erit, vicimus: sin — omnis omnium cursus est ad vos:* 14, 3. *Si perficitis, quod agitis, me ad vos venire oportet, sin autem; sed nihil est opus reliqua scribere:* ad Att. 16, 12. *Si pares, aeque inter se quiescendum; sin, latius manabit.* Priapeiorum auctor: *Donec proterva nil mei manu carpes, licebit ipsa sis pudicior Vesta; sin, haec mei te ventris arma laxabunt:* pro *sin aliter*, vel *sin minus*, vel *sin secus.* *Cic. Fam. 11, 14. *Si ita est, omnia faciliora; sin* ALITER, *magnum negotium:* Att. 3, 16. *Si spes erit, Epirum; sin* MINUS, *Cyzicum, aut aliud quod sequemur.* Phaedr. 3. Prol. 31. *Quem si leges, laetabor; sin autem* MINUS, *habebunt certe, quo se oblectent posteri.* Ovid. Her. 7, 180. *Fortiter edisco tristia posse pati; sin* MINUS, *est animus nobis effundere vitam.* Plaut. Cas. 2, 6, 24. *Si illud, quod volumus, eveniet, gaudebimus: sin* SECUS, *patiemur animis aequis.*

ALIUD, *anderes*, in NIHIL, QUAM, *nichts als.* Sueton. Claud. 6. *Nihil tota via, quam esset ne sibi salvum imperium, requirens:* pro *nihil aliud — quam.* *Nepos 6, 2, 4. *Nihil* ALIUD *molitus est, quam ut omnes civitates in sua teneret potestate.*

ALIUS, *anderer*, (1) in ANTE OMNES, *vor allen.* Plaut. Asin. 5, 2, 8. *Scito illum ante omnes minimi mortales preti.* Virg. Aen. 11, 806. *Fugit ante omnes exterritus Arons:* *1, 347. *Pygmalion scelere ante alios immanior* OMNES.

(2) In QUI, *der.* Horat. Carm. 1, 1, 19. *Est, qui nec veteris pocula Massici — spernit:* pro *est alius, qui:* Ep. 2, 2, 182. *Vestes — sunt qui non habeant:* pro *sunt alii, qui.* *Plaut. Poen. Prol. 127. *Restant* ALII, *qui faciant palam.*

ALTERNA, *abwechselnd*, in IN VICEM, IN VICES, PER VICES, et VICIBUS. Virg. G. 4, 166. *Inque vicem speculantur aquas, et nubila coeli:* pro *inque vicem alternam.* Ovid. Met. 8, 474. *Inque vicem ponit — iram.* Iuvenal. 6, 310. *Inque vices equitant et luna teste moventur:* pro *inque vices alternas.* Plin. Ep. 1, 3. *Quid popinae? quid cubicula diurna, nocturnaque? possidentne te, et per vices partiuntur?* pro *per vices alternas.* Iuvenal. 7, 239. *Ne turpia ludant, ne faciant vicibus:* pro *vicibus alternis.* *Seneca Herc. 377. ALTERNIS *vicibus, Euripi reciprocationibus, nunc ultro, nunc citro:* Hippol. 1028. *Vomitque vicibus* ALTERNIS *aquas.* Ovid. de Ponto 4, 2, 6. *Vices per* ALTERNAS *ire.*

AMICUS, *Freund*, (1) in MEUS, MEI, *mein*. Cic. Fam. 13, 64. *Nero meus mirificas apud me tibi gratias egit, prorsus incredibiles*: 16, 10. *Curio meus illum incitabat*: pro *meus amicus*: 15, 11. *Cognovi tamen ex meorum omnium literis*: pro *amicorum meorum*.

(2) In NOSTER, *unser*. Cic. Fam. 16, 23. *Etsi Atticus noster — idem semper putat*; * Att. 5, 13. *Exercitum noster* AMICUS *habeat*.

(3) In SUMMUS, *grösster*. Terent. Eun. 2, 2, 39. *Plurima salute Parmenonem summum suum impertit Gnatho*: pro *summum amicum*: Adelph. 3, 2, 54. *Nam is nostro Simulo fuit summus*: pro *summus amicus*: * Phorm. 1, 1, 1. AMICUS *summus meus et popularis Geta*.

(4) In TUUS, TUI, *dein*. Virg. Ecl. 9, 16. *Nec tuus hic Moeris, nec viveret ipse Menalcas*: pro *tuus amicus*, vel *familiaris*. Cic. Fam. 13, 69. *Ut igitur eum recipias in fidem, habeasque in numero tuorum*: pro *tuorum amicorum*, vel *familiarium*: * Att. 6, 1. *Si id a Timaeo tuo* FAMILIARI *reprehensum est*.

(5) In VETUS, *alt*. Ovid. Trist. 3, 570. *Quod veterum misero vix duo trevve mihi*: pro *veterum amicorum*. * Virg. Aen. 3, 82. *Veterem Anchisen agnovit* AMICUM.

AMNIS, *ein Fluss*, (1) in FLUVIUS, *fliessend*, ut adiectivum. Cic. Tusc. 1, 39. *Apud Hypanim fluvium*: pro *fluvium amnem*. [Ita in *confluens*, *profluens*, *torrens*.]

(2) In LETHAEUS, *der Fluss in der Unterwelt*. Seneca Hipp. 147. *Teneri crede Lethaeo abditum Theseu profundo*: pro *amne Lethaeo*: * Herc. Oed. 1207. *Viden' ut laudis conscia virtus non Lethaeos horreat* AMNES? 1985. *Vos Lethaeos saeva per* AMNES *nec fata trahent*.

AMO, *lieben*, (1) in EGONE? *Ich?* cum accusativo casu. Terent. Eun. 1, 1, 20. *Egone illam? quae illum?* pro *egone amem illam?*

(2) In QUI, *der*, cum accusativo casu. Terent. Phorm. 1, 2, 94. *Quid paedagogus ille, qui citharistriam?* pro *citharistriam amat*.

AMOR, *Liebe*, (1) in ARDERE, *entglühn*. Seneca Med. 581. *Coniux viduata tedis ardet, et odit*: pro *ardet amore*. Virg. Ecl. 2, 1. *Formosum pastor Corydon ardebat Alexin*. Nemesian. Ecl. 6. *Formosam Donacen puer Hax et puer Alcon ardebant*: pro *ardebant amore*, vel *desiderio*. * Terent. Eun. 1, 1, 27. *Et taedet, et* AMORE *ardeo*. Cic. Verr. 2, 110. *Ardebat* AMORE *illius hospitae*. Iuvenal. 6, 141. *Cur* DESIDERIO *Bibulae Sertorius ardet?*

(2) In CAPI, *ergriffen werden*. Terent. Andr. 1, 1, 55. *Certe captus est, habet!* pro *captus est amore*. * Iustin. 7, 3, 8. AMORE *filiae Amyntae captus nuptias fecit*. Virg. Ecl. 6, 10. *Si quis captus* AMORE *laget*.

(3) In DEPERIRE, *beinahe vergehn*. Plaut. Curc. 1, 1, 46. *Eum me deperit*: Epid. 1, 1, 62. *Amuinè istam? — rogas? — deperit*: pro *deperit amore*: * Cist. 1, 2, 12. *Is* AMORE *misere hanc deperit mulierculam*.

(4) In INDUCERE, *überreden*. Tibull. 1, 7, 1. *Semper ut inducas, blandos offers mihi vultus*: pro *inducas in amorem*. * Catull. Carm. 30, 7. *Certe tuto iubebas animum tradere, iniquae me inducens* IN AMOREM.

AMPHORA, *ein Gefäss*, in NASITERNE, *ein Gefäss mit 3 Handhaben und einem weiten Munde.* Plaut. ap. Fulgentium Serm. Ant. 27. *Effer nasiternam cum aqua foras:* pro *amphoram nasiternam.* * Cato c. 11. *Nasiterna* AMPHORA.

AMPLIUS, *mehr*, in QUID? *was?* Terent. Phorm. 5, 8, 53. *Quid vis tibi?* pro *quid amplius:* *5, 6, 46. *Quid vis* AMPLIUS? Cic. pro Mil. 13, 35. *Quid vultis* AMPLIUS? 32, 50. *Quid vis* AMPLIUS? *quid insequeris?*

AN, *ob*, (1) ante AN? *oder.* Cic. Phil. 2, 11, 27. *Cascas dicam, an Ahalas?* pro *an Cascas:* Verr. 2, 77. *Postulo mihi respondeat, qui sit iste Verrutius, mercator, an arator, an pecuarius?* pro *an mercator.* Horat. Carm. 3, 4, 5. *Auditis? an me ludit amabilis insania?* pro *an auditis:* Mart. Ep. 8, 37. *Refert sis bonus, an velis videri:* pro *an sis.* Plin. Ep. 2, 8. *Studes? an piscaris?* pro *an studes?* Sallust. Cat. 25. *Pecuniae, an famae minus parceret:* pro *an pecuniae.* * Cic. Att. 2, 6. *Qui etiam dubitem,* AN *hic, an Antii considam.* Seneca Suas. 7. *Dubium est,* AN *satius sit cum illis iacere, an cum his vivere.* Cels. 3, 6. *Id quoque videndum est* — AN *adstrictum corpus sit, an profluat.*

(2) Ante NECNE, *oder nicht.* Cic. Fam. 2, 17. *Parthi transierint, necne, praeter te dubitare video neminem:* pro *an transierint:* Off. 1, 3. *Tum inquirunt, conducat id, necne:* pro *an conducat.* Terent. Heaut. 1, 1, 43. *Filium nunc habeam, necne, incertum est:* pro *an nunc habeam.* * Cic. Cat. 2, 13, 6. *Quaesivi a Catilina,* AN *nocturno conventu apud L. Leccam fuisset, necne?*

ANCORA, *ein Anker*, in SOLVERE, *lichten.* Cic. Fam. 16, 9. *Nos eo die coenati solvimus:* pro *solvimus ancoram.* Caes. B. G. 4, 23. *Nactus idoneam ad navigandum tempestatem, tertia fere vigilia solvit:* pro *solvit ancoram,* vel *retinacula:* * Cic. Att. 1, 10. *Solvere* ANCORAM. Ovid. Her. 7, 55. *Ut pelago suadente etiam* RETINACULA *solvas:* Met. 11, 712. *Dumque, moratus ibi dumque, hic* RETINACULA *solvit.*

ANIMA, *der Geist*, in EXSPIRARE, *aufgeben.* Liv. 2, 20. *Inter primam curationem exspiravit.* Vell. Pat. 2, 70, 5. *Uno ictu transfixus exspiravit:* pro *exspiravit animam.* * Virg. Aen. 11, 883. *Confixi exspirant* ANIMAS.

ANIMAL, *Thier, Geschöpf*, in AQUATILE, *das im Wasser lebt.* Plin. 9, 12. *Aquatilium tegumenta plura sunt:* 9, 52. *Aquatilium omnium foetus inter initia visu carent:* pro *aquatilium animalium.*

(2) In FERUM, *wild.* Phaedr. 1, 12, 9. *Silva tum exceperit ferum:* pro *ferum animal.*

(3) In INERMIA, *schwach.* Tacit. Ann. 1, 46, 1. *Dum patres et plebem, invalida et inermia, cunctatione ficta ludificetur:* pro *inermia animalia.*

(4) In QUADRUPEDIA, *vierfüssige.* Colum. 11, 2. *Nec minus maiora quadrupedia characterе signari debent:* pro *quadrupedia animalia.*

[(5) In VARIUM ET MUTABILE, *wechselnd und unbeständig.* Virg. Aen. 4, 569. *Varium et mutabile semper femina.* * Seneca Ep. 92. *Natura homo mundum atque elegans animal est.*]

ANIMUS, *Wunsch, Herz,*

Liebe, Geist, Gedächtniss, I. in ablativis casibus, ut (1) in Ex SENTENTIA, *nach Wunsch*. Terent. Adelph. 3, 3, 17. *Id distributum sane est ex sententia:* Hec. 5, 4, 31. *Spero hanc rem esse eventuram nobis ex sententia:* Plaut. Capt. 2, 2, 97. *Ne qui magis sit servus ex sententia:* pro *ex sententia animi.* * Sallust. Iug. 85, 27. *Nam me quidem, ex* ANIMI *sententia, nulla oratio laedere potest.* Seneca de Benef. 6. p. 357. *Dum nemo ex* ANIMI *sui sententia suadet, dissuadetque.*

(2) In MUTUO, *wechselseitig*. Plaut. Mil. Arg. 1. *Meretricem ingenuam deperibat mutuo Atheniensis iuvenis.* Cic. Fam. 10, 4. *Fac valeas, meque mutuo diligas, si mutuo me facturum putas, rogo:* pro *mutuo animo:* *Fam. 5, 2. *Pro mutuo inter nos* ANIMO.

II. In diversis verbis, ut (1) in ADVERTERE, *hinwenden*. Virg. Aen. 4, 116. *Paucis, adverte, docebo:* pro *adverte animum*, vel *aurem.* *Terent. Andr. Prol. 9. *Quaeso,* ANIMUM *advertite.* Plaut. Amph. Prol. *Nunc vos* ANIMUM *advertite.* Lucr. 2, 124. *Hoc etiam magis haec* ANIMUM *te advertere par est.* Sidon. Ep. 5, 10. *In quo solo vel maxime* ANIMUM *advertit veteris peritiae diligentiaeque residisse vestigia.* Martial. 7, 64. *Quibus* AUREM *advertere — non aspernantur proceres urbisque forique.*

(2) In AGITARE, *betreiben*. Curtius 10, 2, 3. *Quod consilium dum agitat clam, literae ei reddunturr:* pro *agitat animo.* Flor. 1, 1, 5. *Agitare moenia novae urbis:* pro *agitare animo.* Tacit. Agr. 13, 4. *Agitasse C. Caesarem de intranda Britannia satis constat:* pro *agitasse animo, corde*, vel *mente.* *Cic. pro Font. 6. *Vos eandem rem* ANIMIS *agitare.* Iustin. 8, 3, 12. *Omnia, quae agitasset* ANIMO. Plaut. Truc. 2, 3, 5. *Quumque eam rem in* CORDE *agito.* Cic. de N. D. 1, 1. *Habet nihil aliud, quod agitet* IN MENTE.

(3) In ATTENDERE, *hinzumeigen*. Sueton. Galb. 5. *Inter liberales disciplinas attendit et iuri:* pro *attendit animum.* Cic. de Orat. 2, 2, 56. *Attendere et aucupari verba oportebit:* pro *attendere animum.* *Terent. Phorm. 5, 6, 28. *Ita* ANIMUM *coepi attendere.* Cic. Off. 3, 8. *Si, quum* ANIMUM *attenderis, turpitudinem videas.* Nepos 7, 5, 2. *Praesertim quum* ANIMUM *attendisset ad cavendum.*

(4) In CIRCUMSPICERE, *bedenken*. Iustin. 14, 2, 6. *Omnia circumspicienti optimum visum est:* pro *circumspicienti animo*, vel *mente:* 21, 5, 10. *Neque honesta, sed tuta consilia circumspiciebat:* pro *circumspiciebat animo*, vel *mente.* *Caes. B. G. 6, 5. ANIMO *circumspicere.* Ovid. Trist. 1, 1, 87. *Circumspice* MENTE. Cic. pro Sulla 25, 70. *Circumspicite paulisper* MENTIBUS *vestris — hosce ipsos homines.*

(5) In DESPONDERE, *verzweifeln*. Colum. 8, 10, 1. *Difficulter in aliam regionem* (turdi) *transferuntur, quia caveis clausi plurimi despondent:* pro *despondent animum.* *Liv. 26, 7. *Ne desponderent* ANIMOS. Plaut. Mil. 4, 2, 62. *Nam nisi tu fers illi suppetias, iam illa* ANIMUM *despondebit.*

(6) In EST, *haben*, cum infinitivo. Virg. Ecl. 10, 46. *Nec sit mihi credere:* pro *sit animus*, vel *libido:* *Aen. 4, 639. *Quae rite incepta paravi, perficere est* ANIMUS. Ovid. Met. 5, 149. *Omnibus unum opprimere est* ANIMUS. Phaedr. 3, 7, 25. *Age, si quo abi-*

re est ANIMUS. Plaut. Epid. 2, 2, 56. *Id* LUBIDO *est scire:* 3, 3, 13. *Paulisper, Lyde, est* LUBIDO *homini suo animo obsequi.*

(7) In EXCIDERE, *entfallen.* Tacit. Hist. 2, 76, 6. *An excidit trucidatus Corbulo?* Martial. 1, 97. *Quaeris quis hic sit? excidit mihi nomen:* pro *excidit animo,* vel *memoria.* Quintil. 4, 5, 2. *Nonnunquam excidere solent, quae promiserimus:* pro *excidere animo,* vel *memoria.* Cic. Fam. 5, 13. *Quae cogitatio quum mihi non omnino excidisset:* pro *excidisset animo,* vel *memoria.* *Virg. Aen. 1, 30. *Necdum etiam causae irarum, saevique dolores exciderant* ANIMO. Liv. 27, 3. *Res Tarentinae quidem arcis excidit* MEMORA.

(8) In FALLIT, *betrügt.* Virg. Aen. 4, 96. *Nec me adeo fallit, veritam te moenia nostra, suspectas habuisse domos Carthaginis altae.* Terent. Hec. 5, 1, 2. *Nec pol me multum fallit, quin, quod suspicor, sit, quod velit:* pro *fallit animus.* *Terent. Heaut. 4, 1, 1. *Nisi me* ANIMUS *fallit, hic profecto est annulus.* Plaut. Men. 5, 9, 22. *Nam nisi me* ANIMUS *fallit, hi sunt gemini germani duo.*

(9) In INTENDERE, *bezwecken, beabsichtigen.* Terent. Andr. 4, 3, 18. *Quod consilium primum intenderam:* pro *intenderam animo.* Cic. Att. 8, 15. *Aut Hemonis fugam intendis commutationemque vitae:* pro *intendis animo:* *Philipp. 10, 4. *Si Antonius, quod* ANIMO *intenderat, perficere potuisset.*

(10) In INVADERE, *ergreifen.* Terent. Hec. 3, 2, 21. *An dolor repente invasit?* pro *invasit animum.*

(11) In PENDERE, *zweifeln.* Cic. Att. 4, 14. *Ne diuteus pendeas, palmam tulit:* pro *pendeas animi.* *Plaut. Pers. 2, 3, 12. *Ego* ANIMI *pendeo.* Cic. Fam. 8, 5. *Ego quidem vehementer* ANIMI *pendeo:* Att. 8, 5. *Pendeo* ANIMI *exspectatione Corfiniensi.*

(12) In SEDERE, *entschlossen sein.* Virg. Aen. 5, 418. *Idque pio sedet Aeneae:* 7, 367. *Si gener externa petitur de gente Latinis, idque sedet:* 611. *Ubi certa sedet patribus sententia pugnae:* pro *sedet animo:* *2, 660. *Et sedet hoc* ANIMO. Seneca Phoen. 141. *Hoc* ANIMO *sedet effundere hanc cum morte luctantem diu animam.*

(13) In SUBIT, *einfallen.* Plin. 3, 5. *Subit antiquitatem mirari:* Epist. 1, 9. *Tunc enim subit recordatio:* pro *subit animo, animum,* vel *mentem.* Ovid. Met. 15, 307. *Plurima quum subeant, audita aut cognita vobis:* Her. 13, 51. *Quotiesque subit miserabile bellum.* Virg. Aen. 2, 562. *Subiit deserta Creusa.* *Ovid. Her. 18, 62. *Et subeant* ANIMO *Latmia saxa tuo.* Liv. 36, 20. ANIMUM *cogitatio subit:* 37, 49. ANIMOS *subit memoria maleficiorum.* Plin. 14, 11. *Inter haec subit* MENTEM.

(14) In VOLVERE, *erwägen.* Curt. 10, 5, 15. *Has cogitationes volventibus nox supervenit:* pro *volventibus animo.* Virg. Aen. 1, 309. *At pius Aeneas per noctem plurima volvens:* pro *volvens animo,* vel *pectore.* *Sallust. Iug. 108. *Multiplices* ANIMO *volvere curas.* Liv. 35, 18. *Ingentes tam diu iras eum* IN PECTORE *volvere.*

ANNUS, *Jahr,* (1) in ALTERNIS, *iedes xaveita.* Lucr. 1, 768. *Alternis gignuntur enim mutantque colorem.* Virg. G. 1, 79. *Sed tamen alternis facilis labor:* pro *annis alternis.* *Colum. 5, 9, 11. *Quae alternis* ANNIS *fructu induantur.*

(2) In ATENERIS, *von der Kind-*

heit. Virg. G. 2, 272. *Adeo a teneris consuescere multum est:* pro *a teneris annis, aetatibus*, vel *unguiculis*. *Ovid. Her. 4, 25. *Ut a teneris crimen condiscitur* ANNIS. Vitr. Praef. l. 9. *Qui a teneris* AETATIBUS *doctrinarum abundantia satiantur*. Cic. Fam. 1, 6. *Sed praesta te eum, qui mihi a teneris (ut Graeci dicunt)*, UNGUICULIS *es cognitus*.

(3) In A QUINQUAGESIMO, *vom 50sten*. Seneca de Brev. Vitae p. 215. *A quinquagesimo in otium secedam:* pro *a quinquagesimo anno:* *p. 231. *Lex a quinquagesimo* ANNO *militem non cogit*.

ANTE, *vor, eher*, (1) in CALENDAS, *die Calenden, erster Tag eines jeden Monats*. Cic. Fam. 14, 4. *Brundusio profecti sumus a. d.* V. *Calendas Maias:* Att. 9, 1. *Nam Canusio* VIII. *Calendas profectus erat Cnaeus:* pro *ante Calendas*.

(2) In PRIDIE, *am Tage vorher*, cum accusativo. Cic. Att. 9, 1. *Haec autem scribebam pridie nonas:* pro *pridie ante nonas*; 3, 17. *Ibi esse usque ad pridie Calendas Maias volo:* pro *pridie ante Calendas*.

(3) In PRIDIE, QUAM, *am Tage zuvor*. Cic. de Amic. 12. *Pridie quam excessit:* Fam. 1, 2. *De his rebus, pridie quam haec scripsi, senatus auctoritas gravissima intercesserat:* pro *pridie ante quam*.

(4) In QUAM, *als*. Plaut. Men. 5, 1, 26. *Quin vidua vivam, quam tuos mores perferam:* pro *quin ante vidua — quam*. *Ovid. Her. 3, 63. *Devorer* ANTE, *precor, subito telluris hiatu — quam sine me Phthiis canescant aequora remis*.

ANTIDOTUS, *ein Gegenmittel*, vel POTIO, *ein Trank*, in THERIACA, *Heilmittel*. Tertull. de An. 24. *Si languenti theriacam composuerit:* pro *theriacam antidotum*, vel *potionem*. Scribon. 163. *Theriacarum compositiones:* pro *theriacarum antidotorum*, vel *potionum*. *Pallad. t. 28. *Theriaca* ANTIDOTUS. Apul. de Herb. c. 66, n. 1. *Theriacae* POTIONES.

ANUS, *alt*, in AVIA, *Grossmutter*. Pers. 6, 55. *Deque avia nihilum superest*. (Cic.) de Harusp. Resp. 11, 22. *Cuius ab avia manibus esset accepta:* pro *anu avia*. *Curt. 3, 11, 25. *At in gremio* ANUS *aviae iacebant*.

APIS, *eine Biene*, in EXAMEN, *ein Schwarm*. Lucan. 7, 161. *Cooperta examine signa:* pro *examine apum*. Ovid. Fast. 3, 747. *Audit in exesa stridorem examinis ulmo:* pro *examinis apum*. Virg. Ecl. 9, 30. *Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos:* pro *examina apum*. *Iul. Obseq. 125. EXAMEN *apum in signis portendit*. Iuvenal. 13, 68. *Examenque* APIUM *longa consederit uva culmine delubri*. Cic. de Sen. 54. *Res rusticae laetae sunt* — APIUM *examinibus*.

APOLLO, *Apollo*, (1) in ARCITENENS, vel ARQUITENENS, *der Schütze*. Ovid. Met. 6, 264. *Motus erat — Arcitenens*. Virg. Aen. 3, 75. *Quam pius Arcitenens — revinxit:* pro *arcitenens Apollo*. *Arnob. 1. p. 20. *Arquitenentes Diana et* APOLLO.

(2) In CYNTHIUS, *Apollo*, ita dictus, quia in Cyntho monte natus erat. Virg. Ecl. 6, 3. *Cynthius aurem vellit, et admonuit:* pro *Cynthius Apollo*.

(3) In DELIUS, *Apollo*, in Dele

insula natus. Virg. Aen. 3, 161. *Non haec tibi littora suasit Delius.* Ovid. Met. 13, 650. *Delius augurium dedit huic:* pro *Delius Apollo.*

(4) In THYMBRAEUS, *Apollo*, qui Thymbrae templum et lacum habebat. Virg. Aen. 3, 85. *Da propriam, Thymbraee, domum, da moenia fessis:* pro *Thymbraee Apollo.*

APPARET, *es scheint*, ante accusativum cum infinitivo. Plaut. Asin. 3, 2, 34. *Aedepol senem Demaenetum lepidum fuisse nobis:* pro *apparet senem — fuisse.* *Terent. Eun. 3, 2, 33. APPARET *servum hunc esse domini pauperis.*

APUD, *bei*, in NOS OMNES, *wir Alle.* Terent. Hec. 3, 1, 6. *Nam nos omnes, quibus est alicunde aliquis obiectus labos, omne quod est interea tempus, — lucro est:* pro *apud nos omnes*, ut Donatus observat. [ubi Bentleius: *omnibus nobis* e Msstis edidit.]

AQUA, *Wasser*, I. in HAURIRE, *schöpfen.* Lucr. 1, 926. *Iuvat integros accedere fontes, atque haurire:* pro *haurire aquas.* *Ovid. Met. 3, 189. *Sic hausit* AQUAS, *vultumque virilem perfudit.*

II. In compluribus nominibus, ut (1) in BAIAE, *die heissen Bäder.* Cic. Att. 12, 40. *Qui optimas Baias habebat.* Mart. 10, 13. *Strataque non unas cingent triclinia Baias:* pro *Baias aquas.* Tibull. 3, 5, 3. *Sacris Baiarum maxima lymphis:* pro *Baiarum aquarum.* *Propert. 1, 11, 30. *Ah pereant Baiae crimen amoris* AQUAE.

(2) In BALNEAE, *Badeort.* Plaut. Asin. 2, 2, 90. *Ille in balneas iturus est:* pro *balneas aquas.* Cic. pro Coel. 62. *Si essent in vestibulo balnearum:* pro *balnearum aquarum.*

(3) In CALIDA, vel CALDA, *warm.* Seneca Ep. 77. *Calida subinde suffusa.* Apul. Met. 4. p. 145. *Calida tumultuario lavacro praeparata:* pro *calida aqua.* Seren. Sam. c. 29. 548. *Adiecto piperis medicatur pulvere calda:* pro *calda aqua.* *Martial. Ep. 8, 66. *Caldam poscis* AQUAM.

(4) In CASTALIA, *ein Quell* in Phocis, am Fusse des Bergs Parnassus. Virg. G. 3, 293. *Iuvat ire iugis, qua nulla priorum Castaliam molli devertitur orbita clivo:* pro *Castaliam aquam*, vel *undam.* *Ovid. 1. Amor. 15, 35. *Mihi flavus Apollo pocula Castiliae plena ministret* AQUAE. Virg. Cul. 17. *Castilia et resonans liquido pede labitur* UNDA.

(5) In COCTA, *gekocht.* Martial. 2, 85. *Vimine clausa levi niveae custodia coctae:* pro *coctae aquae.*

(6) In CRABRA, *ein See* zwischen Tusculum und Rom. Cic. Fam. 16, 18. *De Crabra quid agatur — tamen velim scire:* pro *Crabra aqua.* *De Lege Agr. 3, 9. *Ego Tusculanis pro* AQUA *Crabra vectigal pendam.*

(7) In DECOCTA, *abgekochtes, dann in ein Glas gegossenes, und mit Eis gekühltes Wasser.* Iuvenal. 5, 50. *Si stomachus domini fervet vinoque ciboque, frigidior Geticis petitur decocta pruinis.* Sueton. Ner. 48. *Haec est, inquit, Neronis decocta.* Sidon. Apoll. 2, 2. *Si tibi decocta referatur:* pro *decocta aqua.*

(8) In FLUVIA, *fliessend.* Sisen. Hist. 4. *Quod oppidum tumulo in excelso loco, propter mare, parvis moenibus, inter duas flu-*

vias, intra Vesuvium collocatum: pro *fluvias aquas.*

(9) In FONTANA, *von einem Quell,* ap. Innocent. de Cas. p. 233, 237, 245. *Plin. alicubi: *Fontanae* AQUAE *cyathos duos.* [Colum. 12, 11.]

(10) In FRIGIDA, *kalt.* Petron. 28. *Ad frigidam eximus.* Plin. Ep. 3, 5. *Frigida lavari:* pro *frigida aqua.* Plaut. Most. 1, 3, 1. *Frigida non lavi:* pro *frigida aqua:* *Cist. 1, 1, 37. AQUAM *frigidam subaole suffundunt.*

(11) In GELIDA, *kalt.* Horat. Serm. 2, 7, 91. *Poscit te mulier, vexat, foribusque repulsum perfundit gelida:* pro *gelida aqua.* Iuvenal. 5, 63. *Quando vocatus adest calidae gelidaeque minister:* pro *gelidaeqae aquae.* *Tacit. Hist. 2, 34. *Vesperascente die, sitim haustu gelidae* AQUAE *sedavit.* Ovid. Her. 13, 26. *Vix mater gelida moesta refecit* AQUA.

(13) In MARTIA, ein nach Rom von Ancus Martius aus dem Fucinischen See geleitetes Wasser. Martial. Ep. 9, 19. *Quum mihi vicino Martia fonte sonet:* 11, 97. *Martia, non Rhenus, salit hic, Germane:* pro *Martia aqua.* *Plin. 31, 3. *Martia* AQUA.

(13) In MULSA, *mit Honig gemischt.* Seren. Sam. 436. *Mulsae — sextarius unus.* Plinius Valerianus 1, 1. *Conilam in mellitissima mulsa macerare:* pro *mulsa aqua.* *Colum. 9, 12. *Rorem marinum* AQUA *mulsa decoctum.* Cato c. 156. *Qui poturus erit, lavet calida, bibat* AQUAM *mulsam, cubet incoenatus.*

(14) In NAUTEA, *die Iauche aus einer Schiffspumpe.* Plaut. Asin. 3, 2, 45. *Nauteam bibere malim:* pro *nauteam aquam:* Curc. 1, 2, 5. *Nam omnium unguentum odor prae tuo nautea est:* pro *nautea aqua.* *Nonius 1, 25. *Nautea est* AQUA — *de sentina, dicta a nautis.*

(15) In PASSA, *versüsst.* Gell. 10, 23. *Bibere autem solitas ferunt loream passam:* pro *passam aquam.*

(16) In PLUVIA, *Regen.* Virg. G. 4, 191. *Impendet pluvia:* pro *aqua pluvia.* *Cic. pro Mur. 9, 22. *Ut pluviae* AQUAE *arceantur.* Ulpian. T. 3. *Si cui* AQUA *pluvia damnum dabit.*

(17) In PROFLUENS, *strömend.* Auctor ad Herenn. 1, 23. *Qui parentem necasse iudicatus erit, is obvolutus et ligatus culeo devehatur in profluentem.* Cicero de Invent. 2, 50, 149. *In profluentem deferretur:* pro *profluentem aquam.* [*Cic. ad Q. Frat. 3, 1. AQUAM *profluentem, et eam uberem.*] Liv. 1, 4. *Pueros in profluentem* AQUAM *mitti iubet.*

(18) In TEPIDA, *lau.* Apicius c. 3, 1. *Immittas in tepidam:* pro *tepidam aquam:* c. 23. p. 45. *Tepida dissolvis.* Seren. Sam. 591. *Quos ternos tepida mixtas hausisse medela est:* pro *tepida aqua.* *Plin. 12, 25. *Praeterea vinceri densantur in tepida* AQUA.

(19) In TORRENS, *reissend.* Calpurn. Ecl. 5, 48. *Miseras torrentibus abstulit agnas:* pro *torrentibus aquis,* vel *undis.* Ovid. Rem. Am. 651. *Flumine perpetuo torrens solet acrius ire:* pro *torrens aqua,* vel *unda.* *Seneca Hipp. 701. UNDA *quos torrens rapit.*

(20) In VIRGO, *Wasser* aus der sogenannten Wasserleitung zu Rom. Martial. 14, 163. *Virgine vis sola lotus abire domum:* 6, 42. *Cruda Virgine Martiave mergi:* pro *Virgine aqua.*

ARBITER, *ein Richter,* in

SUMMUS, *grösste*. Tacit. Ann. 1, 46, 2. *Ubi principem longa experientia, eundemque severitatis et munificentiae summum vidisset:* pro *summum arbitrum*.

ARBOR, *ein Baum*, (1) in PICEA, *ein Pechbaum*. Virg. Aen. 6, 180. *Procumbunt piceae:* pro *piceae arbores*. Ovid. Her. 12, 67. *Est nemus et piceis et frondibus ilicis atrum:* pro *piceis arboribus*.

[(2) In DELPHICA LAURUS, TARDA MORUS, PATULA FAGUS. Sueton. Vesp. 8. *Arbor quoque cupressus in agro avito*. Plin. 12, 21. *Taxi arboris succum*.]

ARCESSO, *rufen*, (1) in DOMO, *vom Hause*. Terent. Phorm. 2, 3, 93. *Si quid opus fuerit, heus domo me:* pro *domo arcesse*. *Plaut. Stich. 5, 3, 3. *Domo dudum huc* ARCESSITA SUM.

(2) In IN CONVIVIUM, *zum Fest*. Terent. Eun. 4, 1, 12. *In convivium illam?* pro *illam arcessas*, ut Donatus observat.

ARGENTUM, *Geld*, in MUTUUM, *geborgtes*. Plaut. Pseud. 1, 3, 51. *Iam haberes, invenires mutuum:* pro *mutuum argentum:* *1, 3, 59. *Nullus est tibi, quem roges mutuum* ARGENTUM.

[ARGUMENTUM, *Beweis*, in ANTECEDENS, CONSEQUENS. Cic. Top. 3, 11. *Alia ex antecedentibus, alia ex consequentibus*.]

ARIDUM, *das Trockne*, in SUBDUCERE, *bringen*. Virg. Aen. 1, 577. *Urbem, quam statuo, vestra est, subducite naves:* pro *subducite in aridum*. Plaut. Bacch. 2, 3, 71. *Quum extemplo a portu abire nos cum auro vident, subducunt lembum:* pro *subducunt in aridum*. *Caes. B. G. 4, 29. *Naves* IN ARIDUM *subduxerat*.

ARIES, *ein Widder*, in LANIGER, *wolletragend*. Catalecta Pithoei p. 168. *Laniger astrorum ductor*. Ovid. Met. 7, 312. *Protinus innumeris effoetus laniger annis attrahitur:* pro *laniger aries*.

ARMA, *Waffen, Schlacht*, I. in nominibus, ut (1) in ANCILIA, *kurz und rund*. Horat. Od. 3, 5, 10. *Anciliorum, nominis, et togae oblitus:* pro *anciliorum armorum*. *Varro L. L. 6. *Ancilia dicta ab ancisu, quod ea* ARMA *ab utraque parte, ut Thracum, incisa*. Liv. 1, 20. *Salios item duodecim Marti gradivo legit, tunicaeque insigne dedit, et super tunicam aeneum pectori tegmen, coelestiaque* ARMA, *quae ancilia appellantur, ferre*.

(2) In CHALCEA et CHRYSEA, *ehern, golden*. Martial. 9, 96. *Tam stupidus nunquam nec tu, puto, Glauce, fuisti, chalcea donanti chrysea qui dederas:* pro *chalcea, chrysea arma*.

II. In compluribus verbis, ut (1) in CERNERE, *kämpfen*. Plaut. Amph. Argum. 2, 3. *Pro patria Amphitruo dum cernit cum hostibus*. Sallust. Cat. 59, 5. *Hortatur, rogat, uti meminerint, se contra latrones inermos pro patria, pro liberis, pro aris atque focis suis cernere:* pro *cernere armis*, vel *ferro*. *Accius ap. Nonium 4, 69. *Nisi esset — qui* ARMIS *secum vellet cernere*. Virg. Aen. 12, 709. *Inter se coiisse viros, et cernere* FERRO.

(2) In CONCURRERE, *angreifen, an einander stossen*. Valer. Max. 4, 1, 22. *Concurrite, concurrite, cives!* pro *concurrite ad arma*.

Cic. Fam. 10, 30. *Antonius — sine mora concurrit:* pro *concurrit ad arma.* Iustin. 29, 3, 2. *Si ea, quae nunc in Italia concurrat manus, extra terram illam se effuderit:* *3, 5, 3. *Lacedaemonii quoque eo conspiratius* AD ARMA *concurrunt, quod adversus servos dimicaturi videbantur.*

(3) In FERRE, *tragen.* Nepos 14, 4, 5. *Quem procul Aspis conspiciens ad se ferentem pertimescit:* pro *ferentem arma.* *Vell. Patere. 2, 87, 2. *Qui contra se* ARMA *tulerant.* Cic. pro Rabir. 1. *Ferre* ARMA *contra patriam.*

ARS, *Kunst, Amt, Geschäft,* (1) in ARGENTARIA, *Wucher, Geldwechsel.* Cic. Off. 3, 14, 58. *Pythius ei quidam, qui argentariam faceret Syracusis:* pro *argentariam artem:* pro Caec. 4, 11. *Aliquanto post iam argentaria dissoluta.* Ulpian. l. 6. de Edendo: *Nam et hoc ex argentaria venit:* pro *argentaria arte.*

(2) In ARITHMETICA, *Zahlenlehre.* Seneca Ep. 88. *Numerare docet me arithmetica:* pro *arithmetica ars.*

(3) In ATHLETICA, *Kampfkunst,* Plin. 7, 56. *Hercules Olympiae athleticam inuenit:* pro *athleticam artem.*

(4) In BARBATORIA, *Bartschaerung.* Petron. 73. *Barbatoriam facere:* pro *barbatoriam artem.*

(5) In CARNIFICINA, *Henkersdienst.* Plaut. Capt. 1, 2, 29. *Vel carnificinam iuine facere possum perpati:* pro *carnificinam artem.*

(6) In COENACULARIA, *Oberstuben-Zins.* Ulpian. in l. Si vero §. sed et si quis: *Si quis coenaculariam exercens:* pro *coenaculariam artem.*

(7) In DIALECTICA, *die Lehre von der Logik.* Cic. Acad. 4, 28. *Dialectica veri et falsi quasi disceptatrix et iudex:* pro *dialectica ars,* vel *sapientia.* *Plin. 7, 53. *Diodorus* SAPIENTIAE *dialecticae professor.*

(8) In EMBAENETICA, *Seehandel.* Coel. Rufus in Cic. Fam. 8, 1. *Qui sciret Q. Pompeium Baalis embaeneticam facere:* pro *embaeneticam artem.*

(9) In FIGLINA, *Töpferhandwerk.* Varro R. R. 1, 2, 23. *Figlinam exercere:* pro *figlinam artem.*

(10) In FULLONICA, *Wäscherei.* Plaut. Asin. 5, 2, 58. *Si non didicisti fullonicam, non est mirandum:* pro *fullonicam artem.*

(11) In FURNARIA, *Bäckerhandwerk.* Sueton. Vitell. 2. *Antiochi cuiusdam furnariam exercentis filia:* pro *furnariam artem.*

(12) In GRAMMATICA, *die Sprachlehre.* Sueton. de Illustr. Gramm. 1. *Grammatica olim Romae ne in usu quidem:* pro *grammatica ars.* *Quintil. 1, 5, 54. *Neque enim* ARTEM *Grammaticam componere aggressi sumus.*

(13) In HARUSPICINA, *die Wahrsagerkunde.* Cic. Fam. 6, 18. *Neque erat ferendum, quum quibodie haruspicinam facerent, in Senatu Romae legerentur:* pro *haruspicinam artem.*

(14) In HERBARIA, *die Kräuterkunde.* Plin. 7, 56. *Herbariam et medicamentariam a Chirone Saturni et Phyllirae filio:* pro *herbariam artem.*

(15) In HISTRIONIA, vel HISTRIONICA, *die Schauspielkunst.* Lampriid. Elagab. 12. *Histrionicam facere:* pro *histrionicam artem.* Petron. Fragm. 673. *Tatus mundus exercet histrionium:* pro *histrionicam artem.*

(16) In MEDICAMENTARIA, *die Heilkunde.* Plin. 7, 56. *Herba-*

riam et medicamentariam a Chirone Saturni et Phyllirae filio: pro *medicamentariam artem.*

[(17) In Musica, *die Tonkunst.* Cic. de Orat. 3, 33. *Musicam Damone tractante.* *Terent. Phorm. Prol. 17. *Qui* artem *tractant musicam.* M. R.]

(18) In Navicularia, *Seehandel.* Cic. Verr. 5, 17, 45. *Naviculariam te, quum Romam venisses, esse facturum:* pro *naviculariam artem.*

(19) In Piratica, *Seeräuberei.* Val. Max. 1, 1, 4. *A civibus piraticam exercentibus.* (Cic.) Post Redit. in Senat. 5, 11. *Piraticam ipse fecisset:* pro *piraticam artem.*

(20) In Poetica, *Dichtkunst.* Cic. Tusc. 1, 1, 3. *Serius poeticam nos accepimus:* Orat. 53. *Poetica et versus inventus est terminatione aurium:* pro *poetica ars.*

(21) In Rhetorica, *die schöne Redekunst.* Cic. de Inv. 1, 5, 6. *Artificiosa eloquentia, quam rhetoricam vocant:* pro *rhetoricam artem.* *Quintil. 2, 17. Ars *rhetorica.*

(22) In Saccaria, *Sackhandel.* Apul. de Asino l. 1. *Saccariam faciens merebam:* pro *saccariam artem.*

(23) In Scrutaria, *Trödelei.* Apul. Met. 4. p. 146. *Enim vero vos bonae frugi latrones, inter furta parva atque servilia timidicule per balneas et aniles cellulas reptantes, scrutariam facitis:* pro *scrutariam artem.*

(24) In Statuaria, *die Bildhauerei.* Plin. 35, 12. *Laudat et Praxitelem, qui plasticem matrem statuariae sculpturaeque et caelaturae esse dixit:* pro *statuariae artis.* *34, 7. *Fuisse autem statuariam* artem *familiarem Italiae — indicat Hercules.*

(25) In Suaria, *Schweinehandel.* Inscript. Gruteri p. 361. n. 1. *Suariam facere:* pro *suariam artem.*

(26) In Textrina, *die Webekunst.* Plin. 11, 24. *Tenax ratio textrinae:* pro *textrinae artis.* *Firmic. de Err. prof. Rel. 17. *Textrinae* artis *magistra.*

(27) In Topiaria, *die Gartenausschmückung.* Cic. Q. Fr. 3, 3, 2. *Ut denique illi palliati topiariam facere videantur, et hederam vendere:* pro *topiariam artem.*

(28) In Unguentaria, *die Salbenfertigung.* Plaut. Poen. 3, 3, 90. *Faciam ubi tu laveris, ibi et balneator faciat unguentariam:* pro *unguentariam artem.*

[ARVUM, *Feld*, in Novale, *Brach.* Virg. Ecl. 1, 71. *Impius haec tam culta novalia miles habebit?* pro *arva*, vel *rura.*]

ARX, *die Burg*, in Cadmea, *die Burg zu Theben.* Nepos 15, 10, 3. *Postquam apud Cadmeam pugnari cum Lacedaemoniis coepit:* pro *Cadmeam arcem:* *16, 1, 2. *Arcem oppidi, quae* Cadmea *nominatur, occupavit impulsu perpaucorum Thebanorum.*

[AS, vel LIBRA, in Duodecim aeris, Octonis aeris, Decem millibus aeris, sc. *assibus*, vel potius *libris*, quod magis cum *aeris* congruit; *asses* enim aeneae erant.]

ASSERO, *behaupten*, (1) ante accusativum. Tacit. Ann. 1, 55, 3. *Suasitque Varo, ut se et Arminium et ceteros proceres vineiret, nihil ausuram plebem principibus amotis:* pro *asserens nihil ausuram.*

(2) Ante infinitivum. Tacit. Ann. 12, 41, 5. *Quod ut discordiae initium — ad maritum defert,*

sperni quippe adoptionem: pro *sperni quippe asserens.*

(3) In ALII, QUIDAM, *Andre, Einige.* Tacit. Ann. 1, 80, 3. *Caussae variae traduntur: alii taedio novae curae, semel placita pro aeternis servavisse: quidam invidia, ne plures fruerentur:* pro *alii asserunt — quidam asserunt.*

ATTINET, *gehören, betreffen,* in quibusdam nominibus et dictionibus, ut (1) in CAETERA, CAETERUM, *übrige.* Horat. Ep. 13, 10. *Caetera mitte loqui.* Virg. Aen. 9, 656. *Caetera parce, puer, bello.* Vell. Paterc. 2, 46, 2. *Crassus, vir caetera sanctissimus:* pro *quod caetera attinet.* Tacit. Ann. 6, 32, 6. *Caeterum regendis provinciis prisca virtute egit:* pro *quod caeterum attinet.*

(2) In NIL AD, vel NIHIL AD, *nichts für.* Cic. de Leg. 1, 2. *Nihil ad Caelium:* Somn. Scip. 6. *Nihil ad vestrum genus:* de Or. 2, 139. *Verum hoc, ut dixi, nihil ad me.* Lucr. 3, 857. *Nil tamen hoc ad nos.* Terent. Andr. 4, 1, 59. *Concrepuit a Glycerio ostium — nihil ad te:* pro *nihil attinet ad,* vel *nihil attingit ad.* *Andr. 1, 2, 16. *Nam, quod antehac fecit, nihil ad me* ATTINET: Heaut. 1, 1, 24. *Aliena ut cures, ea quae nihil ad te* ATTINENT. Plaut. Merc. Prol. 32. *Quae nihil* ATTINGUNT *ad rem.*

(3) In QUANTUM AD, *was für.* Ovid. A. A. III, 35. *Quantum ad te, Theseu:* pro *quantum attinet ad,* vel *pertinet ad.* *Varro R. R. 1, 10. *Quantum* ATTINET *ad antiquos nostros.* Curt. 8, 7, 4. *Lyncestes Alexander, et Clitus, quantum ad hostes* PERTINET, *vivunt.*

(4) In QUID? *was?* cum infinitivo. Ovid. Met. 9, 499. *Quid ad coelestia ritus exigere humanos?* pro *quid attinet — exigere:* *Her. 12, 207. *Sed quid praedicere poenam* ATTINET? *ingentes parturit ira minas.*

(5) In QUID AD? *was für?* Martial. 12, 30. *Siccus sobrius est; quid ad me?* Plaut. Poen. 5, 2, 60. *Ad messim credo missus hic quidem tuam. Quid istuc ad me?* Cic. Verr. 1, 45. *Iam quid id ad praetorem, uter possessor sit?* pro Balb. 16. *Quid id ad civitatem.* Seneca Ep. 4. *Quid ad me? Quid ad te?* pro *quid attinet ad.* *Plaut. Epid. 1, 1, 70. *Quid istuc ad me* PERTINET.

(6) In QUOD AD, *in Bezug auf.* Varro R. R. 1, 9. *Quod ad culturam, refert, utrum terra sit macra, an pinguis:* pro *quod attinet ad,* vel *quod pertinet ad.* *Plin. 23, 1. *Quod ad febrium valetudines* ATTINET, *certum est, non dandum in febre vinum.* Cic. Fam. 14, 2. *Quod ad sumtum* ATTINET. Plaut. Poen. Prol. 36. *Quodque ad ludorum curatores* ATTINET. Iustin. 19, 3, 7. *Quod ad hostes* PERTINET, *victores se recessisse;* [31, 7, 6. *Quod ad bellum pacemque* PERTINEAT.] Curt. 6, 11, 30. *Quod ad Dymnum* PERTINET, *nihil scio:* 9, 2, 19. *Quod* PERTINET *ad elephantos, praesens habemus exemplum.*

AUCTOR, vel SCRIPTOR, *ein Schriftsteller,* in PRODUNT, *erzählen.* Plin. 12, 19. *Produnt vix quinto anno reverti negotiatores:* pro *produnt auctores,* vel *scriptores.* *Tacit. Ann. 15, 38, 1. *Sequitur clades, forte an dolo principis incertum, nam utrumque* AUCTORES *prodidere;* 12, 67, 1. *Adeoque cuncta mox pernotuere, ut —* SCRIPTORES *prodiderint, infusum — venenum.*

[AUCTORAMENTUM, *Lohn,*

in GLADIATORIUM. Liv. 44, 31. *Vix gladiatorio accepto.*]

AUDEO, *wagen*, in TUNE? *Du?* cum infinitivo. Plaut. Amph. 4, 2, 23. *Tun' meas pultare fores?* pro *tun' audes pultare?* *ibid. 2, 1, 16. *Tun' id dicere* AUDES? Poen. 1, 2, 6. *I in malam crucem; tun'* AUDES *etiam servos spernere?*

AUDIO, *hören*, in IMMO, *aber*. Terent. Andr. 4, 1, 31. *Immo etiam, quo tu minus scis aerumnas meas:* pro *immo audi*, ut Donatus observat. [Seneca de morte Claud. 5. *Ubi haec Claudius:* sc. *audivit*. M. R.]

AUDIOR, *gehört werden*, (1) in CLAMOR, *ein Geschrei*. Tacit. Ann. 11, 35, 4. *Cohortium clamor dehinc continuus, nomina reorum et poenas flagitantium:* pro *clamor audiebatur, exoritur*, vel *insequitur*. *Virg. Aen. 2, 213. EXORITUR *clamorque virum, clangorque tubarum:* 1, 91. INSEQUITUR *clamorque virum, stridorque rudentum.*

(2) In SERMONES, *Reden*. Tacit. Hist. 2, 19, 3. *Iamque totis castris modesti sermones:* pro *sermones audiebantur.*

(3) In VOX, VOCES, *eine Stimme*. Virg. Aen. 3, 228. *Tum vox tetrum dira inter odorem:* pro *vox audiebatur*, ut Servius observat. Tacit. Hist. 3, 67. *Voces populi blandae et intempestivae:* pro *audiebantur voces.*

AUFERO, *wegführen*, in ISTUM, *diesen*. Plaut. Capt. 3, 4, 19. *Ultro istum a me — ain verbero?* pro *aufer istum.*

AVIS, *ein Vogel*, (1) in ALES, *schnell*. Mart. 14, 67. *Alitis eximiae cauda superba fuit:* pro *alitis avis.* *Cic. de N. D. 2, 44. *Inde est ales* AVIS *lato sub tegmine coeli.*

(2) In PRAEPES, *schnell*. Ovid. Fast. 6, 196. *Adunca praepes Iovis:* pro *praepes avis*. Liv. 7, 26. *Si diva sibi praepetem misisset:* pro *praepetem avem.* *Aratea Cic. de N. D. 2, 44 *Pulcherrima praepes — volavit* AVIS. Valer. Max. 1, 6. *Quarum maiorem numerum praepetes diripuere* AVES.

(3) In VOLANS, *fliegend*. Virg. Aen. 6, 239. *Quam super haud ullae poterant impune volantes tendere iter pennis:* pro *volantes aves.*

(4) In VOLUCRIS, *rasch*. Ovid. Met. 13, 607. *Et primo similis volucri, mox vera volucris:* pro *volucri avi, volucris avis*, vel *ales:* *7, 770. *Volucri non segnius* ALITE *ludit.*

AURAE, *Winde*, in ETESIAE, *die Ostwinde*, quum sit adiectivum. Cic. Fam. 2, 14. *Ego, nisi quid me etesiae morabuntur, celeriter, ut spero, vos videbo:* pro *etesiae aurae:* ad Brut. 15. *Quum etesiarum diebus auster me Italiam — retulisset:* pro *etesiarum aurarum.*

AURIS, *ein Ohr*, (1) in ACCIPERE, *annehmen*. Nepos 23, 2, 4. *Id quum libenter accepissem:* pro *accepissem auribus*. Terent. Phorm. 5, 6, 18. *Accipe, hem.* Plaut. Amph. 5, 1, 49. *Atque haec, quae dicam, accipe:* pro *accipe auribus.* *Terent. Hecyr. 3, 3, 3. *Partim quae perspexi his oculis, partim quae accepi* AURIBUS. Quintil. 2, 6. *Accipere* AURIBUS *emendationem.*

(2) In OBTUNDERE, *betäuben*. Terent. Andr. 2, 2, 11. *Obtundis,*

tametsi intelligo: pro *obtundis aures:* Eunuch. 3, 5, 6. *Rogitando obtundat, enecet:* pro *obtundat aures.* *Plaut. Cist. 1, 1, 120. *Istoc ergo* AURES *graviter obtundo tuas.* Cic. Verr. 4, 49, 109. AURES *diutius aliquorum non obtundere.*

(3) In PRAEBERE, *leihen.* Plaut. Casin. 2, 6, 61. *Vos advortite animum; praebe tu:* pro *praebe aurem.* *Ovid. Met. 3, 692. *Praebuimus longis Pentheus ambagibus* AURES: 5, 334. *Nec nostris praebere vacet tibi cantibus* AUREM.

AURUM, *Gold*, in CORONARIUM, *aus dem Kronen gemacht werden.* Cic. de L. Agr. 22, 59. *Ex praeda, ex manubiis, ex coronario.* Aul. Gell. 4, 14. *Eum venire cum coronario non decuisset:* pro *coronario auro.* Ammian. Marc. 25, 4. *Coronarium indultum, remissa debitu:* pro *coronarium aurum.* *Capitolin. in Pio c. 4. *De* AURO *coronario.* Cic. Orat. in Pison. 37. *Mitto* AURUM *coronarium, quod te diutissime torsit.*

[AUT, SEU, VEL, *oder*, in Cic. Mil. 5. *Quatuor, ad summum quinque sunt inventi, qui Milonis causam non probarent.*] [*Aut* ibi nunc dedit Orellius post Garatonium. M. R.]

AUTEM, *aber*, ante NON, *nicht.* Cic. de Sen. 18. *Haec morum vitia sunt, non senectutis:* pro *haec autem — non.* Quintil. Decl. 17. *Pro patre mori possum, coram patre non possum:* pro *pro patre autem — non.*

B.

BACCA, *Beere*, in VINACEA, *eine Weinbeere.* Plin. 17, 22. *Circum capita addito stercus, paleas, vinaceus:* pro *vinaceas baccas.* Pallad. 1, 27, 1. *Vinaceae cibo sterilescunt gallinae.* Colum. arb. 4, 5. *In imo scrobe — vinaceae heminam ponito:* pro *vinaceae baccae.*

BALNEUM, *ein Bad*, (1) in ASSA, *trocken.* Cic. ad Q. Fr. 3, 1, 1. *In balneariis assa in alterum apodyterii angulum promovi, propterea quod ita erant positu, ut eorum vaporarium — esset subiectum cubiculis.*

(2) In CALDARIUM, *warm.* Vitr. 5, 10. *Ipsa autem caldaria — lumen habeant ab occidente hiberno — et item est observandum, uti caldaria muliebria virilia que coniuncta, et in iisdem regionibus sint collocata:* pro *caldaria balnea.*

(3) In LACONICUM, *ein Schwitzbad.* Vitr. 5, 10. *Laconicum sudationesque sunt coniungendae tepidario:* pro *Laconicum balneum.*

BELLUM, *Krieg*, in APPARARE, *rüsten.* Nepos 23, 7, 1. *Quum in apparando acerrime esset occupatus:* pro *apparando bello.* *Cic. pro Lege Manil. 35. *Pompeius extremis hiemis*

LUM *apparavit.* Seneca Agam. 192. *Accingere, anime,* BELLA — *apparas.*

BENE, *wohl,* (1) in CONSULERE, *Sorge tragen.* Terent. Heaut. 4, 3, 37. *Tu fortasse, quid me fiat, parvi pendis, dum illi consulas:* pro *bene consulas,* vel *optime consulas.* Cic. Verr. 2, 43. *Cui loco per deos immortales, iudices, consulite ac providete:* pro *bene consulite,* vel *optime consulite:* Off. 1, 85. *Qui autem parti consulunt, partem negligunt:* Att. 11, 14. *Sed tamen aliquid consuli et prospici poterit:* pro *bene,* vel *optime consuli.* Virg. Aen. 9, 322. *Tu, ne quà manus se attollere nobis a tergo possit, custodi et consule longe:* pro *bene,* vel *optime consule.* *Tibull. 2, 5, 44. *Troia, — sibi dicet vos* BENE *tam longa consuluisse via.* Cic. de Amic. 50. *Non est enim inhumana virtus, neque immunis, neque superba, quae etiam populos universos tueri, eisque* OPTIME *consulere soleat.*

(2) In MERERE, vel MERERI, *verdient sein.* Plaut. Amph. Prol. 38. *Debitis velle quae velimus; meruimus et ego et pater de vobis et republica:* pro *bene meruimus.* Inscript. Grut. p. 787. n. 7. *L. Baeb. Pardus omni bono de se meritae fecit:* pro *bene meritae.* *Plaut. Menaech. 4, 3, 19. *Quando tu me* BENE *merentem tibi habes despicatui.* Virg. Aen. 4, 317. *Si* BENE *quid de te merui.* Catull. 74, 1. *Desine de quoquam quicquam* BENE *velle mereri.* Cic. Fam. 1, 9. *Erat infinitum* BENE *de me meritos omnes nominare.*

(3) In VELLE, *wollen.* Ennius in Cic. Off. 1, 12. *Dono, ducite, doque volentibus cum magnis dis.* Plaut. Pers. 3, 1, 4. *Sequere hac, mea gnata, me cum dis volentibus:* pro *bene volentibus:* *Mil. Glor. 4, 8, 41. *Agite, ite cum dis* BENE *volentibus.* [Liv. 1, 3. *Agite nunc diis* BENE *iuvantibus.*]

BESTIA, *ein Thier,* (1) in ANIMANS, *lebend,* feminini generis. Lucr. 1, 808. *Crescere non possunt fruges, arbusta, animantes:* pro *bestiae animantes.* Cic. de N. D. 2, 47. *Animantium aliae coriis tectae sunt, aliae villis vestitae, aliae spinis hirsutae:* pro *animantium bestiarum.*

(2) In FERA, *wild.* Cic. Off. 1, 16. *Ferae sunt rationis et orationis expertes:* pro *ferae bestiae.* Rutilius Iter. 1, 366. *Ferro crudeles sustinuere feras:* pro *feras bestias,* [vel *belluas,* Cic. Acad. 4, 108. *Fera et immanis bellua,*] vel *pecudes.* *Nepos 14, 3, 2. *Vinctum ante se Thyum agebat, ut si feram* BESTIAM *captam duceret.* Curt. 8, 2, 7. *Vivendum esse in solitudine velut ferae* BESTIAE. Liv. 26, 13. *Feras* BESTIAS *caeco impetu ac rabie concitatas.* Lucr. 1, 14. *Inde ferae* PECUDES *persultant pabula laeta.* Mart. Spec. 21, 5. *Adfuit immixtum* PECUDUM *genus omne ferarum.* Varro R. R. 2, 1. *Etiam nunc in locis multis genera* PECUDUM *ferarum sunt aliquot.*

(3) In QUADRUPES, *vierfüssig,* feminini generis. Solin. 43. *Apud Sambros nulla est aurita quadrupes.* Virg. Ecl. 5, 25. *Nulla nec amnem libavit quadrupes.* Cic. de N. D. 2, 44, 114. *Vasta quadrupes:* pro *bestia quadrupes.*

(4) In SERPENS, *kriechend,* feminini generis. Lucr. 4, 58. *Quum lubrica serpens exuit in spinis vestem.* *Cic. Tusc. 5, 13, 38. *Namque alias* BESTIAS *nantes aquarum incolas esse voluit, alias volucres coelo frui libero, serpentes quasdam esse gradientes.*

BIBO, *trinken*, in AURO, *aus Gold*. Mart. Ep. 10, 49. *Propinas modo conditum Sabinum: et dicis mihi — vis in auro?* pro *vis bibere in auro?* *Seneca Thyest. 453. *Venenum in auro* BIBITUR.

BONUS, A, UM, *gut*, (1) in AUSPICIO, *Erfolg*. Plaut. Epid. 3, 2, 7. *Ut importem in coloniam hunc auspicio commeatum!* pro *auspicio bono*. *Cic. Att. 1, 16. *Lurco autem tribunus plebis — solutus est et Aelia et Fufia, ut legem de ambitu ferret, quam ille* BONO *auspicio claudus homo promulgavit.*

(2) In FRUGI, *ehrlich*. Plaut. Asin. 5, 2, 6. *At scelesta ego — meum virum fui rata siccum, frugi, continentem, amantem uxoris maxime:* ibid. 11. *Illum antehac hominem semper sum frugi ratus:* pro *frugi bonae:* *Asin. 3, 3, 11. *Profecto nunquam* BONAE *frugi sient:* Capt. 5, 2, 36. *Fui ego bellus, lepidus, bonus vir nunquam, neque frugi* BONAE.

(3) In HABERE ANIMUM, *Muth haben*. Plaut. Pseud. 3, 2, 77. *Quaeso, qui possim, doce, animum habere:* pro *animum bonum habere:* *Capt. 1, 2, 64. *Habe modo* BONUM *animum:* Epid. 2, 2, 1. *St. tacete, habete animum* BONUM, *liquido exeo foras auspicio.*

(4) In MODO, *Weise*. Cic. de Orat. 2, 58. *Pictoris cuiusdam summi ratione et modo, formarum varietate locos distinguentis:* Or. pro P. Quint. 7. *Existima, C. Aquili, modo et ratione omnia Romae Naevium fecisse:* pro *bono modo:* *ad Att. 13. *De die tantum videto, et id ipsum* BONO *modo tantum, quantum videbitur:* Quaest. Acad. 4. *Haec tibi tam sunt defendenda, quam moenia, mihi autem* BONO *modo*. Plaut. Merc. 5, 4, 61. *Quod* BONO *fiat modo.*

C.

CAC CAD CAL

CACUMEN, *der Gipfel*, in SUMMUM, *höchste*. Cic. Tusc. 2, 44. *Summum, quo nihil sit superius.* Vell. Paterc. 1, 17, 6. *Adscendit in summum.* Horat. Ep. 2, 1, 32. *Venimus ad summum fortunae:* pro *summum cacumen*, vel *culmen*. *Seneca Nat. Quaest. 3. p. 725. *Quod quidam fontes in summo montis* CACUMINE *redundant.* Lucr. 5, 1456. *Ad summum donec venere* CACUMEN.

CADUS, *Fass*, in FALERNUS, *Muscatwein*. Tibull. 2, 1, 27. *Nunc mihi fumosos veteris proferte Falernos Consulis:* pro *Falernos cados:* *2, 1, 28. *Chio solvite vincla* CADO.

CALENDAE, *der erste Tag im Monat*, in MAIAE, *des Mai*. Cic. Famil. 4, 12. *Ille, uti aiebat, supra Maias in Italiam versus navigaturus erat:* pro *Maias calendas*. [ubi tamen *Maleas* cum multis legendum videtur. M. R.]

CALIDAE, *warm*, in AQUAE, *Wasser, Bäder*. Cic. Fam. 16,

24. *Puto utrumque ad aquas:* pro Plane. 65. *Me unum ex iis feci, qui ad aquas venissent:* pro *calidas aquas*, vel *Baianas.* *Varro L. 2. de Analog. L. L. 8, 41. p. 115, 11. *Aquae* CALIDAE — *quum — venissent in usum nostris.* Mart. Ep. 1, 72. *Et dum* BAIANIS *saepe fovetur aquis.*

CAMPUS, *Feld*, (1) in APERTUS, *offen.* Horat. Od. 3, 13, 10. *Catus idem per apertum fugientes cervos iaculari:* pro *apertum campum.* Tacit. Hist. 3, 76, 1. *Neque periculum in aperto audebant:* pro *aperto campo.* *Virg. G. 2, 280. *Et* CAMPO *stetit agmen aperto.* Nemesianus Cyneg. 6. *Late* CAMPOS *metatur apertos.*

(2) In APRICUS, *sonnig.* Horat. Epist. 1, 6, 24. *Quicquid sub terra est, in apricum proferet aetas:* pro *apricum campum.* *Horat. Carm. 1, 8, 4. *Cur apricum oderit* CAMPUM *patiens pulveris, atque solis?* Art. Poet. 162. *Gaudet equis, canibusque, et aprici gramine* CAMPI. Nemesian. Ecl. 5, 8. *Cernis in aprico decerpere gramina* CAMPO. Gratius Falisc. Cyneg. 36. *Aprico Tuscorum* CAMPO.

(3) In ELYSIUS, *Elysisch.* Virg. Aen. 5, 735. *Sed amoena piorum consilia, Elysiumque colo:* 6, 744. *Per amplum mittimur Elysium:* pro *Elysium campum*, vel *agrum.* *Mart. 12, 52. *Dulcis in Elysio narraris fabula* CAMPO: 10, 101. *Elysio redeat si forte remissus ab* AGRO.

(4) In PLANUS, *platt.* Ovid. Trist. 3, 4, 17. *Qui cadit in plano, vix hoc tamen evenit ipsum:* pro *plano campo.* *LUCR. 3, 1015. *Plani raptim petit aequora* CAMPI: 5, 950. *Et partim plano scatere atque erumpere* CAMPO.

CANIS, *ein Hund*, in MOLOSSICUS, MOLOSSUS, *aus Molossia.* Plaut. Capt. 1, 1, 17. *Prolatis rebus parasiti venatici sumus; quando res redierunt, molossici:* pro *velut molossici canes.* Seneca Hipp. 32. *Teneant acres lora Molossos.* Gratius Falisc. Cyneg. 181. *Non tunc egregios — admirere Molossos:* pro *Molossos canes*, vel *catulos.* [Sic in *Gallicus, Lacon.* Horat. Epod. 6, 5. *Molossus aut fulvus Lacon.* *Ovid. Met. 1, 533. *Ut* CANIS *in vacuo leporem quum Gallicus arvo vidit.* Nemesian. Cyneg. 107. *Seu Lacedaemonio natam, seu rure Molosso, non humili de gente* CANEM.] Nemesian. Cyneg. 123. *Tantumve Molossos pascendum* CATULOS.

CANO, *singen, spielen, beschreiben*, I. in HACTENUS, *bis hieher.* Virg. G. 2, 1. *Hactenus arvorum cultus, et sidera coeli; nunc te, Bacche, canam:* pro *hactenus cecini.*

II. In quibusdam verbis et dictionibus, ut (1) in CALLERE FIDIBUS, *ein Instrument gut spielen.* Apul. Flor. 351. *Fidibus apprime callere:* pro *fidibus canere.*

(2) In COEPISSE, *beginnen.* Virg. Ecl. 8, 16. *Incumbens tereti Damon sic coepit olivae, nascere:* pro *sic coepit canere, nascere.*

(3) In DOCERE FIDIBUS, *ein Instrument lehren.* Cic. Fam. 9, 22. *Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen:* pro *fidibus canere docuit.*

(4) In SCIRE FIDIBUS, *ein Instrument wissen.* Terent. Eun. 1, 2, 52. *Is ubi hanoce forma videt honesta virginem, et fidibus scire:* pro *fidibus canere scire.*

CAPILLI, vel CRINES, *Haa-*

re, (1) in CANI, *graue*. Serenus Sammonicus de Medic. 47. *Cupiunt properos abscondere canos*: pro *canos capillos*, vel *crines*. Cic. de Sen. 18. *Non cani, non rugae repente auctoritatem afferre possunt*: pro *cani capilli*, vel *crines*. * Ovid. Her. 13, 161. *Ut videam canis albere* CAPILLIS: Met. 2, 30. *Et glacialis hiems canos hirsuta* CAPILLOS.

(2) In NIGRI, *schwarze*. Phaedr. 2, 2, 9. *Calvus repente factus est; nam funditus — nigros anus evellerat*: pro *nigros capillos*. * Horat. Ep. 1, 6, 25. *Reddes — nigros angusta fronte* CAPILLOS. Tibullus 3, 5, 15. *Et nondum cani nigros laesere* CAPILLOS. Serenus Sammonicus 55. *Ad rutilam speciem nigros flavescere* CRINES.

CARCER, *ein Gefängniss*, in DUCERE, DUCI, *führen*. Cic. Verr. 2, 12, 31. *Decreta eiusmodi: si non accipit, quod debere dicis, accuses; si petitur, ducat. C. Fufidium duci iussit petitorem*: pro *ducas — duci in carcerem*, vel *in vincula*. * Verr. 5, 76. *Quum de foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci* IN CARCEREM *iubent*.

CARMEN, *ein Gedicht*, *Gesang*, I. in phrasi CANERE SACRA. Virg. Aen. 2, 239. *Pueri circum innuptaeque puellae sacra canunt*: pro *sacra carmina canunt*.

II. In compluribus adiectivis, ut (1) in ANAPAESTICUM, vel ANAPAESTUM, *ein Versmaass*, in quo duae syllabae breves, unaque longa coniunctae sunt. Mar. Victorin. 2525. *Purum anapaesticum tale est*: pro *anapaesticum carmen*. Cic. Tusc. 4, 24, 57. *Nec siletur illud potentissimi regis anapaestum*: pro *anapaestum carmen*.

(2) In COMMONITORIUM, *ein Ermahnungsgedicht*. Sidonius Apoll. 8, 9. *Dilectae nimis et peculiari Phoebus commonitorium Thaliae*: pro *commonitorium carmen*, sc. *mittit*.

(3) In HYMENAEUM, *ein Hochzeitsgesang*. Ovid. Her. 12, 143. *Turba ruunt, et hymen clamant, hymenaea frequentant*: 14, 27. *Vulgus, hymen, hymenaea vocat*. Martian. Capella ubicunque: *Instaurare iubet tunc hymenaea Venus*: pro *hymenaea carmina*.

(4) In LYRICUM, *ein lyrisches Gedicht*. Plin. Ep. 3, 1. *Scribit enim et utraque lingua lyrica doctissima*. * Sueton. Tib. 7. *Composuit et* CARMEN *lyricum, cuius est titulus: Conquestio de L. Caesaris morte*.

(5) In MORTUALIA, *Trauerlieder*. Plaut. Asin. 4, 1, 63. *Haec sunt non nugae, non enim mortualia*: pro *mortualia carmina*.

CARO, *Fleisch*, in compluribus adiectivis, ut (1) in AGNINA, *von einem Lamm*. Plaut. Aulul. 2, 8, 3. *Rogito pisces, indicant caros, agninam caram*: Capt. 4, 2, 39. *Qui duplam agninam dammt*: pro *agninam carnem*.

(2) In ANATINA, *von einer Ente*. Petron. 56. *Mihi iubent saepe anatinam parari*: pro *anatinam carnem*.

(3) In APRUGNA, *von einem wilden Schwein*. ap. Spartian. in Ael. Vero c. 5. Capitolin. in Man. Iun. c. 2.

(4) In BUBULA, *Rindfleisch*. Plaut. Aulul. 2, 8, 3. *Rogito pisces, indicant caros — caram bubulam*: pro *bubulam carnem*. Scribon. 188. *Ius bubulae*: pro *bubulae carnis*.

[(5) In CAPRINA, *von einer Ziege*. Valerian. Imp. in quadam Epist. ap. Vopisc. in Probo c. 4.

Porcinae pondo sex, caprinae pondo decem.]

(6) In FERINA, *Wildpret.* Virg. Aen. 1, 219. *Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinae:* pro *ferinae carnis.* *Sallust. Iug. 18. *Getulis cibus erat* CARO *ferina.* Livius 35, 49. *Condimentis varietatem illam et speciem ferinae* CARNIS *ex mansueto sue factam.*

(7) In MORTICINA, *Aas.* Tertull. Apol. c. 9. *Suffocatis et morticinis abstinemus:* pro *morticinis carnibus.* *Seneca Ep. 112. *Languidi et evanidi albent, et in viris* CARO *morticina est.* Plinius alicubi: *Sola haec avis in eo genere morticinam* CARNEM *non attingit.*

(8) In PORCINA, *von einem Schweine.* [Valerian. Imp. in quadam Epist. ap. Vopisc. in Probo c. 4. *Porcinae pondo sex.*] Plaut. Aulul. 2, 8, 3. *Rogito pisces, indicant caros — cetum, porcinam:* pro *porcinam carnem.*

[(9) In SUILLA, *von einer Sau.* Plin. 30, 5. *Vesci suilla tunc vetant.*]

(10) In VITELLINA, *von einem Kalbe.* Apicius 8, 5. *Fricta vitellina:* pro *vitellina caro.* *Plaut. Fragm. CARO *vitellina.*

CASTRA, *ein Lager, ein Heer,* I. in verbo MOVERE, *entfernen.* Silius Italicus 7, 131. *Irritus incoepti movet inde:* pro *movet castra.* Curt. 5, 13, 1. *Alexander, audito Darium movisse ab Ecbatanis — insequi pergit:* pro *movisse castra.* Sueton. Caes. 60. *Quum minime quis moturum putaret:* pro *moturum castra.* *Hirt. de B. Afr. 6, 1. CASTRA *quum movere vellet.* Nepos 14, 8, 4. *Hinc quum* CASTRA *movisset.* Virg. Aen. 3, 519. *Nos* CASTRA *movemus, tentamusque viam.*

II. In compluribus adiectivis, ut (1) in AESTIVA, *Sommer-Quartiere.* Cic. Fam. 2, 13. *Quum primo aestiva attigissem:* pro *aestiva castra.* *Tacit. Ann. 1, 16, 2. CASTRIS *aestivis tres simul legiones habebantur.*

(2) In HIEMALIA, *Winter-Quartiere.* Vopiscus Aur. 11. *Illic hiemalia et aestiva disponere, ubi nihil tibi deerit:* pro *hiemalia castra.*

(3) In STATIVA, *ein stehendes.* Liv. 3, 2. *In Latino agro stativa habuit:* pro *stativa castra.* Tacit. Hist. 1, 66, 4. *Stativorum mutationes venditante duce:* pro *stativorum castrorum.* *Vitr. 1, 4. *Quibus locis oppida aut* CASTRA *stativa constituebantur.* Cic. Verr. 5, 29. *Stativa sibi* CASTRA *faciebat.* Caes. B. G. 3, 30, 3. *Ex* CASTRIS *stativis exercitum educunt.* Tacit. Ann. 3, 21, 5. *Stativis* CASTRIS *adhaerebat.*

(4) In VETERA, *alt.* Tacit. Ann. 1, 45, 1. *Loco Vetera nomen est:* Hist. 4, 58, 4. *Tolerant quum maxime inopiam obsidiumque apud Vetera legiones:* pro *Vetera castra:* *ibid. 4, 18, 7. *Et fuit interim effugium legionibus in* CASTRA, *quibus Veterum nomen est.*

CATENA, *eine Kette,* (1) in verbo VINCIRE, *binden.* Virg. Aen. 11, 81. *Vinxerat et post terga manus:* pro *vinxerat catenis.* *Ovid. Met. 15, 601. *Si dignus erit — vincite* CATENIS. Plaut. Men. 1, 1, 3. *Homines captivos qui* CATENIS *vinciunt.* Propert. 2, 12, 25. *Atque utinam haerentes sic nos vincire* CATENIS *velles, ut nunquam solveret ulla dies.*

(2) In COLLARIA, *ein Halsband.* Plaut. Capt. 2, 2, 107. *Hoc quidem haud molestum est, quod collus collaria caret:* pro *collaria catena.*

CAVEO, PROVIDEO, vel VIDEO, *sich vorsehn*, in NE, *dass nicht*. Virg. Ecl. 10, 49. *Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas:* pro *cave, provide*, vel *vide ne*. Cic. Acad. Quaest. 4, 19. *Hoc quaeso, ne te terreat*. Ovid. Met. 1, 508. *Me miserum! ne prona cadas*. * Afranius Fragm. CAVE, *ne pendeas*. Plaut. Most. 1, 4, 11. CAVE, *ne cadas, adsta*. Ovid. Her. 20, 232. *Alterius noceant ne tibi tela* CAVE. Cic. Att. 10, 3. PROVIDE, *ne quid ei desit, de qua me scis miserrimum esse*. Seneca Ep. 10. VIDE, *ne te ulla res deprimat*.

CAUSA, *Ursache, Absicht, Sache, Klage*. I. in nominibus quibusdam cum genitivo casu, ut (1) in ATTONITUS, *erstaunt*. Sil. Ital. 6, 231. *Attonitus serpentis equus:* pro *serpentis causa*.

(2) In DUBIUS, *zweifelhaft*. Lucan. 7, 611. *Te — dubium fati, Caesar — adspiciens, Stygias — ad umbras eo:* pro *dubium fati causa*.

(3) In FESSUS, *ermüdet*. Virg. Aen. 1, 182. *Tum Cererem corruptam undis, cerealiaque arma expediunt fessi rerum:* pro *rerum causa*.

(4) In LAETUS, *erfreut*. Sil. Ital. 17, 308. *Irae laetissimus:* pro *irae causa:* 15, 569. *Laboris laetus:* pro *laboris causa*.

(5) In NOTUS, *bekannt*. Horat. Od. 2, 2, 5. *Vivet extento Proculeius aevo, notus in fratres animi paterni:* pro *animi paterni causa*.

II. Ante genitivum gerundii. Terent. Adelph. 2, 4, 6. *Ne id assentandi magis, quam quo habeam gratum, facere existimes:* pro *assentandi causa*, vel *gratia*. Tacit. Ann. 2, 60, 1. *Germanicus Aegyptum proficiscitur cognoscendae antiquitatis:* pro *cognoscendae causa*, vel *gratia:* 2, 1, 2. *Partemque prolis firmandae amicitiae miserat:* pro *firmandae causa*, vel *gratia*. Plaut. Rud. 5, 3, 18. *Ius iurandum rei servandae — conditum est:* pro *servandae causa*, vel *gratia*. Tacit. Hist. 4, 25, 4. *Magis usurpandi iuris, quam quia unius culpa foret:* pro *usurpandi causa*, vel *gratia*. * Liv. 24, 38. *Ut ita nobis volentes propitii adsitis, si vitandae, non ferendae fraudis* CAUSA *hoc consilii capimus*. Cic. Rosc. Am. 45. *Non enim exprobrandi* CAUSA, *sed commonendi* GRATIA *dicam*. Aul. Gell. 13, 17. *Sectabar eum discendi* GRATIA. Iustin. 17, 3, 11. *Athenas quoque erudiendi* GRATIA *missus*.

III. In verbis quibusdam, ut (1) in AGERE, *anklagen*, cum genitivo. Cic. Fam. 7, 22. *Recte furti agere:* pro *furti causam agere*. Quintil. 4, 4, 8. *Adulterii mecum agitur:* pro *agitur causa*.

(2) In AGITARE, *betreiben*, cum genitivo casu. Plaut. Bacch. 4, 3, 23. *Nunc agitas sat tute tuarum rerum:* pro *rerum causa*.

(3) In CADERE, *den Process verlieren*. Tacit. Hist. 4, 6, 3. *Nam si caderet Marcellus, agmen reorum sternebatur:* pro *caderet causa*. * Cic. Fam. 7, 14. *Minus multi iam, te advocato,* CAUSA *cadent:* de Orat. 1, 36. *Ut ei, quem defendebat,* CAUSA *cadere liceret:* de Fin. 1. *Itaque concedo, quod modo dicebas, cadere* CAUSA.

(4) In DAMNARI, *verurtheilt werden*, cum genitivo casu. Nepos 20, 5, 3. *Nunc demum se voti esse damnatum:* pro *voti causa esse damnatum*. Liv. 7, 28. *Cuius damnatus voti, quum victor Romam revertisset, dictatura se*

abdicavit: pro *cuius voti causa damnatus.*

(5) In Dicere, *vertheidigen.* Nepos 1, 7, 6. *Itaque, quoniam ipse pro se dicere non posset, verba pro eo fecit frater eius Tisagoras:* pro *dicere causam.* Aul. Gell. 7, 3. *In principiis autem patroni, qui pro reis dicunt, conciliare sibi et complacare iudices debent:* pro *dicunt causam.* *Nepos 13, 4, 2. *Quum Athenis adolescentulus* CAUSAM *diceret.* Terent. Eun. Prol. 10. CAUSAM *dicere prius.* Plaut. Men. 4, 2, 23. *Apud aediles, praeliis factis plurimis pessimisque, dixi* CAUSAM. Cic. Rosc. Am. 12. *Ea nos hoc tempore utimur, qui* CAUSAM *dicimus.* Caes. B. G. 1, 4. *Orgetorigem ex vinculis* CAUSAM *dicere coegerunt.* Liv. 38, 50. *Scipio, iussus dicere* CAUSAM, *orationem magnificam de rebus ab se gestis exorsus est.*

(6) In Fastidire, *verschmähn,* cum genitivo casu. Lucil. Fragm. *Difficiles sumus, et fastidimus bonorum:* pro *bonorum causa.* Plaut. Aul. 2, 2, 67. *Abit, neque me certiorem fecit, fastidit mei:* pro *mei causa.*

(7) In Ferre, *ertragen,* cum genitivo casu. Ovid. Met. 14, 718. *Neque erunt tibi taedia tandem ulla ferenda mei:* pro *mei causa.*

(8) In Laetari, *sich freuen,* cum genitivo casu. Virg. Aen. 11, 280. *Nec veterum memini laetorve malorum:* pro *malorum causa.*

(9) In Laudare, *loben,* cum genitivo casu. Ovid. Met. 14, 722. *Certe aliquid laudare mei cogeris:* pro *mei causa.*

(10) In Mirari, *bewundern,* cum genitivo casu. Virg. Aen. 11, 125. *Quibus coelo te laudibus aequem? iustitiaene prius mirer, belline laborum:* pro *iustitiaene causa, laborum causa.*

(11) In Perorare, *vertheidigen.* Nepos 15, 6, 3. *Hic in respondendo Epaminondae quum de ceteris perorasset:* pro *perorasset causam.* *Phaedr. 1, 11, 17. *Uterque* CAUSAM *quum perorassent suam.*

(12) In Satagere, *genug zu thun haben,* cum genitivo casu. Terent. Heaut. 2, 1, 13. *Etsi is suarum rerum satagit:* pro *rerum causa.*

(13) In Studere, *begünstigen,* cum genitivo casu. Cic. de N. D. 3, 72. *Parentem habere avarum, illepidum in liberos, difficilem, qui te nec amet, nec studeat tui:* pro *tui causa.*

(14) In Timere, *fürchten,* cum genitivo casu. Quintil. 4, 1. *Religiosus iudex libentissime patronum audit, quem iustitiae suae minime timet:* pro *iustitiae suae causa.*

CAUSOR, *vorgeben,* ante infinitivum. Tacit. Ann. 2, 28, 2. *Caesar indicium haud aspernatus, congressus abnuit: posse enim, eodem Flacco internuntio, sermones commeare:* pro *posse enim, causatus est.* *Aul. Gell. 18, 4. *Ille se iam plane illudi ratus, negotium sibi esse* CAUSATUR.

CENSEO, *meinen.* Terent. Hec. 1, 1, 9. *Utin' eximium neminem habeam?* pro *censes habeam,* ut Donatus observat. [*Dari censeas,* in Horat. Ep. 1, 5, 12. *Quo mihi fortunam? si non conceditur uti.* Cic. Fam. 7, 23. *Martis vero signum quo mihi pacis auctori?* Iuvenal. Sat. 14, 56. *Unde tibi frontem, libertatemque parentis?*]

CENTAURUS, *ein Centaur,* persona ficta, e viri et equi forma composita, (1) in Bimembris, *zweigliedrig.* Ovid. Met. 12, 240. *Ar-*

descunt germana caedè bimembres: 15, 282. *Postquam — illic lavere bimembres:* pro *bimembres Centauri.*

(2) In NUBIGENA, *wolkengeboren.* Statius Theb. 5, 263. *Nubigenae caluere mero.* Ovid. Met. 13, 211. *Nubigenasque feros:* pro *nubigenas Centauros.*

CENTENA MILLIA, vel CENTUM MILLIA, *hundert tausend,* in DECIES, *zehn Mal.* Papinius l. 77. §. 2. D. de condit. et demonst. *Quum uxori mandatum esset, ut moriens filiae communi decies restitueret:* pro *decies centena millia,* vel *decies centum millia.* * Cic. Verr. 1, 10, 28. *Deinde ad extremum id, quod accidit, dicere: Dionem* H-S *decies* CENTENA MILLIA *numerasse.* Mart. 1, 103. *Si dederint superi decies mihi* MILLIA CENTUM, *dicebas — qualiter o vivam!*

CENTURIA, *ein Haufen von hundert Mann,* in PRAEROGATIVA, *der zuerst stimmt.* Cic. Philipp. 2, 33, 82. *Sortitio praerogativae:* post Redit. in Senat. 16. *Custodem praerogativae comitiis praeficere:* pro *praerogativae centuriae.* * Cic. pro Planc. 20, 49. *An tandem una* CENTURIA *praerogativa tantum habet auctoritatis, ut nemo unquam prior eam tulerit, quin renuntiatus sit?*

CERTAMEN, *Schlacht, Wettkampf,* I. in ablativo AEQUO, *gleich.* Quintil. 6, 5. *Pugnare aequo:* pro *aequo certamine,* vel *aequo Marte.* * Curt. 4, 1, 8. *Aequo, si vellet,* MARTE *contenderet.* Iustin. 3, 6, 9. *Ad postremum aequo* MARTE *utrinque discessum.*

II. In compluribus adiectivis, ut (1) in NEMEA, ludi Nemeae in honorem Herculis facti. Liv. 27, 30. *Iam Nemeorum appetebat tempus, quae celebrari volebat praesentia sua:* pro *Nemeorum certaminum.*

(2) In OLYMPIA, ludi ab Hercule in honorem Iovis instituti. Horat. Ep. 1, 1, 50. *Magna coronari contemnat Olympia.* Plautus Men. 2, 3, 59. *Tertium Olympia:* pro *Olympia certamina.*

(3) In PYTHIA, ludi Apollinares. Horat. A. P. 414. *Qui Pythia cantat tibicen.* Ovid. Met. 1, 446. *Instituit sacros celebri certamine ludos, Pythia, de domitae serpentis nomine dictos:* pro *Pythia certamina.*

(4) In TRIGARIA, *ein Wettrennen mit 3 Pferden.* Plin. 37, 13. *Ne equos quidem in trigariis inferri ullos vernaculis animadverto:* pro *trigariis certaminibus.*

CIBARIA, *Speise,* (1) in ANNUA, *jährliche.* Plin. Epist. 10, 40. *Atque etiam ut publici servi annua accipiunt:* pro *annua cibaria.* * Cato R. R. 60. CIBARIA *annua.*

(2) In COCTA, *gekocht.* Suetonius Claud. 38. *Contra vetitum cocta vendentes:* pro *cocta cibaria.* * Nepos 18, 8, 7. CIBARIA *cocta decem dierum.*

(3) In DIARIA, *tägliche Portion.* Mart. 11, 109. *Sed Lupus usuram, puerique diaria poscunt.* Petron. 24. *Hodie post asellum diaria non sumo.* Horat. Epist. 1, 14, 40. *Cum servis urbana diaria rodere mavis:* pro *diaria cibaria.*

(4) In DIURNUM, *täglich.* Seneca Epist. 80. *Diurnum accipit, in centunculo dormit:* pro *diurnum cibarium.*

(5) In MENSTRUUM, *monatlich.* Liv. 44, 2. *Menstruum iusso milite ferre.* * Cic. Verr. 3, 30, 72.

Plebi Romanae prope menstrua CIBARIA *praetoris imperio donare Apronio cogitur.*

CIBUS, *Speise*, (1) in CONCOQUERE, *verdauen.* Catull. 21, 8. *Bene nam valetis omnes, pulchre concoquitis:* pro *concoquitis cibos.* Mart. 1, 77. *Bene concoquit Charinus, et tamen pallet:* pro *concoquit cibos.*

(2) In ONUSTUS, *beladen.* Plaut. Merc. 4, 4, 6. *Sed nos confido onustos redituros domum:* pro *onustos cibo.* *Cic. de Divin. 1, 29, 60. *Nunc onusti* CIBO — *perturbata et confusa cernimus.*

CINGULUM, *ein Gürtel*, in compluribus adiectivis, ut (1) in BOMBYCINUM, *seiden.* Mart. 14, 24. *Tenuia ne madidi violent bombycina crines, figat acus — comas:* pro *bombycina cingula.*

(2) In VENTRALE, *für den Leib.* Plin. 8, 48. *Sicut villosa — ventralia:* pro *ventralia cingula.*

CITIUS, *schneller*, in QUAM, *als.* Nepos 4, 5, 2. *Itaque paucis ante gradibus, quam qui sequebantur, in aedem Minervae — confugit:* pro *gradibus citius, quam.* *Cic. Att. 2, 9. CITIUS *omnino quam potuit.*

CITO, *so schnell*, in QUANTUM POTEST, *als er kann.* Plaut. Most. 3, 2, 72. *Dare volt uxorem filia quantum potest:* Poen. 3, 1, 64. *Propera, quantum potest.* Terent. Eunuch. 5, 1, 20. *Comprehendi iube, quantum potest:* pro *quantum potest cito*, ut Donatus observat.

CLARA, *klar*, in LUCE, *Licht.* Plautus Curc. 1, 3, 26. *Nam hoc quidem aedepol haud multo post luce lucebit:* pro *luce clara:* *Amph. [1, 3, 48.] *Nunc te nox, quae me mansisti, mitto, uti cedas die; ut mortalibus illucescas luce* CLARA.

COELUM, *Himmel*, I. in quibusdam verbis, ut (1) in CONTONAT, *donnern.* Plaut. Amph. 5, 1, 42. *Ibi continuo contonat sonitu maximo:* pro *coelum contonat.*

(2) In DEGRANDINAT, *herabhageln.* Ovid. Fast. 4, 755. *Da veniam culpae, nec, dum degrandinat, obsit agresti fano supposuisse pecus:* pro *coelum degrandinat.*

(3) In PLUIT, *regnen.* Virg. Aen. 10, 807. *Dum pluit.* Val. Max. 1, 6, 5. *In Piceno lapides pluisse:* pro *coelum pluisse.*

(4) In TONAT, *donnern.* Cic. de Divin. 2, 72, 142. *Si tonuerit, si tactum aliquid erit de coelo.* Sueton. Vesp. 10. *Tempestate serena tonuerat:* pro *coelum tonuerat.* *Virg. Aen. 9, 541. *Tonat* COELUM *omne fragore.*

II. In compluribus adiectivis, ut (1) in ALTUM, *hoch.* Virg. Aen. 1, 301. *Maia genitum demittit ab alto:* pro *ab alto coelo.* Lucr. 4, 199. *Corpuscula — ex alto in terras mittuntur:* pro *ex alto coelo*, vel *aethere.* *Seneca Hipp. 327. *Quibus sederat alti regia* COELI. Ovid. Met. 1, 80. *Sive recens tellus, seductaque nuper ab alto* AETHERE.

[(2) In APERTUM, *offen.* Tacit. Hist. 2, 3, 5. *Nec ullis imbribus, quamquam in aperto, madescunt.* *Virg. G. 1, 537. COELO *que invectus aperto.*]

(3) In BOREALE, *nördlich.* Avienus Perieg. 84. *Boreali fusus ab alto:* pro *coelo boreali.*

(4) In OBSCURUM, *dunkel.* Virg. Aen. 6, 268. *Ibant obscuri sola sub nocte per umbram:* pro *obscu-*

et coeli: * Aen. 3, 586. *Obscuro sed nubila* COELO.

[(5) In PURUM, *klar*. Horat. Od. 1, 34, 7. *Per purum egit equos.*]

(6) In SERENUM, *heiter*. Lucan. 1. *Fulgura fallaci micuerunt crebra sereno.* Sil. Ital. 5, 58. *Caligo in terras — resoluta sereno:* pro *sereno coelo.* * Virg. G. 1, 260. *Quae mox* COELO *properanda sereno.* Horat. Sat. 2, 4, 51. *Massica si* COELO *supponas vina sereno.*

(7) In SUBLIME, *hoch*. Auson. Ephem. 38. *In sublime ferat.* Phaedr. 2, 6, 4. *Aquila in sublime sustulit testudinem.* Seneca 4. de Benef. p. 310. *Alia per sublime dimissa:* pro *sublime coelum.*

(8) In SUMMUM, *höchste*. Plaut. Amph. 4, 3, 18. *De summo summus Iupiter sic statuit, sic factum habet:* pro *summo coelo.*

COENA, *Essen*, I. in adiectivo RECTA, *ein vollkommenes*. Mart. 8, 50. *Promissa est nobis sportula, recta data est.* Sueton. Aug. 74. *Convivabatur et assidue, nec unquam, nisi recta:* Vesp. 19. *Convivabatur assidue, ac saepius recta:* pro *recta coena:* * Domit. 7. *Revocata* COENARUM *rectarum consuetudine.* Mart. 2, 69. *En rogat ad* COENAM — *te, Classice, rectam.*

II. In verbis quibusdam, ut (1) in APPARATUR, *bereitet werden*. Terent. Eun. 3, 5, 35. *Dum apparatur, virgo in conclavi sedet:* pro *apparatur coena*, vel *convivium:* * Heaut. 1, 1, 74. *Video alios festinare, lectos sternere,* COENAM *apparare:* Adelph. 5, 9, 8. *Scortum adducere, apparare de die* CONVIVIUM.

(2) In VOCARE, *rufen*. Mart. 3, 27. *Ignosco; nullum si modo, Galle, vocas:* pro *vocas ad coenam.* Cic. Fam. 9, 20. *Ut Verrium vocare saepius audeamus:* pro *vocare ad coenam.* Plautus Stich. 2, 1, 29. *Nulli negare soleo, si quis me vocat:* pro *vocat ad coenam.* * Cic. Att. 6, 3. *Hunc ego patris causa vocavi* AD COENAM. Terent. Andr. 2, 6, 22. *Quem, inquit, vocabo* AD COENAM. Mart. 3, 50, 1. *Haec tibi, non alia, est* AD COENAM *causa vocandi:* 4, 78. AD COENAM *nuper Varus me forte vocavit.*

COENO, *speisen*, in LIBENTIUS, *lieber*. Cic. Fam. 9, 19. *At ille adiurans, nusquam se unquam libentius:* pro *libentius coenasse.* * Cato R. R. 156. *Si voles in convivio multum bibere,* COENAREQUE *libenter.*

COEPIO, *beginnen*, ante quosdam infinitivos, ut (1) in ABSCINDERE, *abreissen*. Virg. Aen. 5, 685. *Tum pius Aeneas humeris abscindere vestem:* pro *abscindere coepit.*

(2) In CURRERE, *laufen*. Horat. Sat. 1, 8, 47. *At illae currere in urbem:* 2, 6, 113. *Currere per totum pavidi conclave:* pro *currere coeperunt.*

(3) In DARE, *geben*. Lucan. 1, 131. *Dedidicit iam pace ducem, famaeque petitor multa dare in vulgus:* pro *dare coepit.*

(4) In DISSIMULARE, *sich verstellen*. Horat. Sat. 1, 9, 65. *Male salsus ridens dissimulare:* pro *dissimulare coepit.*

(5) In EXAUDIRI, *gehört werden*. Virg. Aen. 6, 557. *Hinc exaudiri gemitus, et saeva sonare verbera:* pro *exaudiri coeperunt.*

(6) In EXCUSARE, *zur Entschuldigung angeben*. Horat. Ep. 1, 7, 66. *Ille Philippo excusare laborem et mercenaria vincla:* pro *excusare coepit.*

(7) In HORTARI, *ermahnen*. Tacit. Ann. 12, 46, 1. *Custode ex-*

solutus praefectus hortari Mithridatem ad sanciendum foedus: pro *hortari coepit.*

(8) In Ingerere, *bewerfen.* Horat. Sat. 1, 5, 11. *Tum pueri nautis, pueris convicia nautae ingerere:* pro *ingerere coeperunt.*

(9) In Involvi, *eingehüllt werden.* Stat. Theb. 2, 593. *Sed ipsae in socios errare manus, et corpora turba involvi prolapsa:* pro *involvi coeperunt.*

(10) In Ire, *gehn.* Virg. Aen. 10, 458. *Ire prior Pallas.* Horat. Sat. 1, 9, 8. *Misere discedere quaerens, ire modo ocius, interdum consistere:* pro *ire coepit.*

(11) In Lenire, *beruhigen.* Hor. Epod. 5, 83. *Sub haec puer, iam non, ut ante, mollibus lenire verbis impias:* pro *lenire coepit.*

(12) In Negare, *vereinen.* Terent. Andr. 1, 1, 119. *Ego illud sedulo negare factum:* pro *negare coepi.*

(13) In Parari, *bereitet werden.* Virg. Aen. 2, 132. *Mihi sacra parari et salsae fruges, et circum tempora vittae:* pro *parari coeperunt.*

(14) In Sentire, *fühlen.* Tacit. Hist. 1, 89, 1. *Magnitudine nimia communium curarum expers populus, sentire paulatim belli mala:* pro *sentire coepit.*

(15) In Spectare, *schauen.* Virg. Aen. 5, 654. *At matres primo ancipites, oculisque malignis, spectare rates:* pro *spectare coeperunt.*

(16) In Suscipere, *übernehmen.* Plaut. Amph. 1, 1, 74. *Imperator, utrinque hinc et illinc levi vota suscipere:* pro *suscipere coepit.*

(17) In Trepidare, *zittern.* Virg. Aen. 2, 685. *Nos pavidi trepidare metu, crinemque flagrantem excutere, et sanctos restinguere fontibus ignes:* pro *trepidare coepimus.*

(18) In Vertere, *wechseln.* Horat. Sat. 2, 8, 35. *Vertere pallor tum parochi faciem:* pro *vertere coepit.*

(19) In Urere, *brennen.* Horat. Sat. 1, 9, 66. *Meum iecur urere bilis:* pro *urere coepit.* * Terent. Eun. 2, 2, 30. *Ibi homo* coepit *me obsecrare.* Phaedr. 1, 2, 24. *Qui dente aspero corripere* coepit *singulas.* Seneca Phoen. 181. *Hac parte mortem perage, quae* coepit *mori:* Herc. Oet. 55. *Hercules monstri loco iam* coepit *esse.* Sempronius Asellio ap. Gellium 2, 13. *Orare* coepit, *ut se defenderent, liberosque suos.*

COEPTA, *begonnen,* in Luce, *Tageslicht.* Liv. 8, 38. *Luce demum ausus incursare in hostem:* pro *luce coepta.* * Tacit. Ann. 15, 55. *Igitur* coepta *luce Milichus in hortos Servilianos pergit.*

COGITO, *denken,* in Mecum, *bei mir,* et Secum, *bei sich.* Terent. Andr. 1, 1, 55. *Egomet continuo mecum:* pro *mecum cogitabam,* vel *occepi cogitare.* Plin. Ep. 1, 18. *Qua ex causa saepe mecum:* pro *mecum cogito.* Virg. Aen. 1, 37. *Quum Iuno, aeternum servans sub pectore vulnus, haec secum:* pro *secum cogitabat,* vel *exigebat.* * Terent. Eun. 4, 2, 8. *Ubi ad ipsum veni diverticulum consisti:* occepi *mecum* cogitare. Plaut. Aul. 2, 8, 9. *Deinde egomet mecum* cogitare occepi. Ovid. Met. 10, 586. *Dum talia secum* exigit *Hippomenes.*

COGO, *zwingen,* ante infinitivos. Tacit. Ann. 11, 20, 3. *At legionibus cum damno labor, ecfodere rivos:* pro *ecfodere cogebantur:* 1, 17, 3. *Ne dimissis quidem finem esse militiae, sed apud vexillum retentos, alio vo-*

cabulo, eosdem labores perferre: pro *perferre cogi.*

COLLIS, *Hügel*, in LYCEUS, mons Arcadiae. Virg. G. 4, 539. *Qui tibi nunc viridis depascunt summa Lycei:* pro *Lycei collis.* Stat. Theb. 1, 365. *Umbrosus Lyceus:* pro *Lyceus collis.* *Ovid. Met. 1, 698. *Redeuntem* COLLE *Lyceo Pan videt hanc.*

COLLOQUIUM, *Unterhaltung*, in SECRETUM, *geheim.* Tacit. Ann. 11, 30, 1. *Calpurnia ubi datum secretum:* pro *secretum colloquium:* 13, 18, 3. *Crebra cum amicis secreta habere:* pro *secreta colloquia:* *ibid. 11. *Non iam secretis* COLLOQUIIS, *sed aperte, fremere.*

COLLOQUOR, *sich besprechen*, in VELLE, *wünschen*, cum accusativo casu. Plaut. Capt. 3, 4, 70. *Solus te solum volo Hegio:* Epid. 3, 4, 24. *Volo te verbis pauculis.* Terent. Andr. 1, 1, 2. *Paucis te volo:* ibid. 2, 2, 8. *Ambo opportune, vos volo:* pro *volo colloqui:* Andr. 5, 3, 1. *Quis me volt?* pro *volt colloqui.* *Plaut. Men. 2, 3, 78. *Iam sequar te; hunc volo etiam* COLLOQUI: Pseud. 1, 3, 15. *Mane, sunt,* COLLOQUI *qui volunt te.*

COMITIA, *die Volksversammlung*, in DESCENDERE, *hinuntersteigen.* Cic. pro Sulla 24. *Descendere calendis Ianuariis cum lictoribus:* pro *descendere ad comitia:* Philipp. 2, 6, 15. *Hodie non descendit Antonius:* pro *descendit ad comitia:* Philipp. 8. *Consul se cum praesidio descensurum esse dixit:* pro *descensurum esse ad comitia.* *Sueton. Caes. 13. *Quum mane* AD COMITIA *descenderet.*

COMMITTO, *begehn*, (1) in AUDERE FACINUS, *ein Verbrechen wagen.* Terent. Eun. 5, 5, 16. *Qua audacia tantum facinus audet?* pro *facinus committere audet.* *Caes. B. G. 3, 60. *Quibus tantum facinus* COMMITTERE *auderent.*

(2) In UT, *dass.* Plaut. Bacch. 2, 2, 19. *Egon' ut, quod ab illo attulisset nuntius, non impetratum id advenienti ei redderem?* 3, 1, 9. *Egone ut haec conclusa gestem?* pro *committerem, ut.* Terent. Eun. 4, 7, 1. *Hanccine ego ut contumeliam tam insignem in me accipiam, Gnatho?* pro *ego committam, ut.* *Cic. Off. 1, 81. *Nec* COMMITTERE, *ut aliquando dicendum sit:* 3, 6, 2. *Neve* COMMITTAS, *ut — tute tibi defuisse videare:* de Orat. 2, 233. *Non* COMMITTAM, *ut, si defugerim, tibi causam aliquam dem recusandi:* Att. 1, 6. *Non* COMMITTAM *posthac, ut me accusare de epistolarum negligentia possis.*

COMMODUM, vel **BONUM**, (1) in COMMUNE, *gemein.* Terent. Andr. 3, 3, 16. *In commune ut consulas.* Plaut. Asin. 2, 2, 20. *Metuo in commune ne quam fraudem fraudis sit.* Plin. Epist. 1, 16. *In commune consultare:* pro *commune commodum*, vel *bonum.* *Cic. pro Sext. 66, 139. *Pro communibus* COMMODIS *sudere.* Seneca 1. de Clem. p. 190. *Communi* BONO *genitum videri.*

(2) In PUBLICUM, *öffentlich.* Tacit. Germ. 21, 2. *Utiliter in publicum.* Plin. 9, 13. *Quod intermissum iam diu morem in publicum consulendi reduxissem:* pro *publicum commodum*, vel *bonum.* *Horat. Ep. 1, 1, 3. *In publica* COMMODA *peccem, si longo sermone morer tua tempora.* Plaut. Capt. 3, 2, 1. *Quid est sua-*

vius, quam bene rem gerere BONO *publico.*

(3) In COMMODO, *bequemlich*, in POSSE, *können.* Terent. Eun. 2, 1, 8. *Manus nostrum ornato verbis, quod poteris;* pro *quod commodo poteris:* Heaut. 3, 1, 7. *Haud faciam: nam, quod potero, adiutabo senem:* pro *quod commodo potero.* *Cic. Fam. 1, 1. *Tibi decernitur, ut regem reducas; quod* COMMODO *rem facere possis.*

[COMOEDIA, vel FABULA. Terent. Eun. Prol. 32. *Transtulisse in Eunuchum suam*, nam *Eunuchus*, *Aiax*, *Orestes*, masculina sunt; tum nomina fabularum referuntur ad generalius *fabula.* Sic Virg. Aen. 4, 462. *Solaque culminibus ferali carmine bubo visa queri.* Ubi Servius adnotat: „Retulit ad avem; nam *bubo* masculinum est: saepe enim mutamus genus, referentes ad generalitatem, ut si dicamus, *bona turdus*, referendo ad avem, aut *prima est A*, referendo ad literam, quum *A* sit neutrius generis.“ Sic Virgilius ait: *Nar albus*, sed *Nar* indeclinabile et neutrum est, quare *albus* congruit cum *fluvius*, quod subintelligitur. Eodem modo *Albula magnus, formosus Turia ripis, altus Sequana;* quae nomina terminatione feminina sunt, ideoque adiectum nomen cum subintellecto *fluvius* coniungendum. Confirmat hanc opinionem vox *fluvius* saepe adposita, ut Liv. 1, 7. *Tiberim fluvium:* 4, 32. *Tiberi amne septus.* Curt. 3. *Pyramum amnem transire.*]

COMMUNE, *gemeinschaftlich*, (1) in MINUS EST CUM, *ist minder mit.* Cic. Fam. 15, 10. *Si mihi tecum minus esset, quam est cum tuis omnibus, allegarem ad te illos:* pro *tecum minus commune esset.*

(2) In NIHIL EST CUM, *ist nichts mit.* Cic. Att. 12, 17. *Mihi ante aedilitatem meam nihil erat cum Cornificio:* pro *nihil erat commune cum.* Id ad eund. 15, 15. *Idque, etiam si mihi cum illo nihil fuisset, facerem propter eius singularem incredibilemque virtutem:* pro *fuisset commune.*

(3) In OMNIA SUNT CUM, *alles ist mit*, et in PLURA SUNT CUM, *mehr ist mit.* Cic. Fam. 13, 1. *Cum Patrone Epicureo mihi omnia sunt:* pro *sunt communia.* Plaut. Cas. 2, 2, 12. *Nec quocum plura sunt mihi:* pro *sunt mihi communia.* *Nepos 15, 3, 4. *Fide ad alios sublevandos saepe sic usus est, ut possit iudicari, omnia ei cum amicis fuisse* COMMUNIA. Ovid. Met. 9, 489. *Omnia, di facerent, essent* COMMUNIA *nobis.*

(4) In QUID CUM? *was mit?* Ovid. Met. 1, 456. *Quidque tibi, lascive puer, cum fortibus armis?* Martial. 2, 16. *Quid tibi cum medicis? dimitte Machaonas omnes:* Id. 9, 70. *Quid tibi nobiscum est ludi scelerate magister?* pro *quid commune.*

COMPAROR, *verglichen werden, zubereitet werden.* (1) in AD, *mit.* Terent. Eunuch. 2, 3, 70. *Estne, ut fertur, forma? — sane — at nihil ad nostram hanc:* pro *ad nostram hanc comparanda est.* *Ibid. 4, 4, 14. *Ne* COMPARANDUS *hic quidem ad illum* EST.

(2) In VENENUM, *Gift.* Cic. Or. pro A. Cluent. 16, 47. *Ne multis, Diogenes emittitur; venenum diebus paucis — pecuniaque obsignata, quae ad eam rem dabatur, in manibus Scamandri — deprehenditur:* pro *venenum comparatur.*

COMPLEXUS, *Umarmung*, in TENERE, *festhalten*. Virg. Aen. 1, 674. *Hunc Phoenissa tenet Dido, blandisque moratur vocibus:* pro *tenet complexu*. Tibull. 1, 6, 3. *Saepe alium tenui:* pro *tenui complexu:* 2, 7, 34. *Tunc mens mihi perdita fingit, quisve meam teneat, quot teneatve modis:* pro *teneat complexu*. * Plaut. Amph. 4, 2, 46. *Meus Amphitruo uno cubiculo Alcmenam* COMPLEXU *tenet*.

COMPOS, *mächtig*, in ESSE MENTIS, *des Verstandes sein*. Seneca Apocolocynth. 822. *Haec satis animose et fortiter: nihilo minus mentis suae non est, et timet:* pro *non est compos*. * Cic. Att. 9, 4. *Non sum, inquam, mihi crede,* MENTIS *compos*. Ovid. Met. 8, 35. *Vix sanae virgo Niseia* COMPOS *mentis erat*.

CONCEDOR, *zugegeben werden*, in FORUM, IUS, *ein Gericht*. Tacitus Ann. 4, 7, 1. *Rari per Italiam Caesaris agri; modesta servitia, intra paucos libertos domus, ac si quando cum privatis disceptaret, forum et ius:* pro *forum et ius concedebatur*.

CONCHA, *eine Muschel*, in PELAGIA, *aus der See*. Plin. 9, 36. *Purpurae nomine alio pelagiae vocantur:* pro *pelagiae conchae*.

CONCHYLIUM, *ein Muschelthier*, in BUCCINUM, *hornartig*. Quintil. 12, 10, 76. *Buccini purpura:* pro *buccini conchylii*. Plin. 9, 36, 61. *Buccinum non nisi petris adhaeret, circaque scopulos legitur:* pro *buccinum conchylium*.

CONCILIUM, *eine Versammlung*, in COMMUNE, *gemeinschaftlich*. Cic. Verr. 1, 38, 95. *Quo modo iste commune Milyadum vexarit*. Symmachus 4, 46. *Legationem illis Campanorum provincialium commune mandavit:* pro *commune concilium*.

CONCLAVE, *ein Zimmer*, in DORMITORIUM, *zum Schlafen*. Plin. 30, 6. *Post haec iubent eum in pariete dormitorii eius tectove includi:* Ibid. *Lacerta viridis viva in olla ante cubiculum dormitorii eius suspensa:* pro *dormitorii conclavis*.

CONCUMBERE, *zusammen schlafen*, in SOLERE, *zu pflegen*. Plaut. Cist. 1, 1, 38. *Frigidam subdole suffundunt: viris cum suis nos solere praedicant:* pro *solere concumbere*. Epigr. Vet. *Consule Pompeio primum duo, Cinna, solebant moechi:* pro *solebant concumbere*.

CONFERO, *sich verfügen*, in ME AD, *mich zu*. Terent. Andr. 1, 3, 21. *At ego hinc me ad forum, ut conveniam Pamphilum:* 2, 2, 24. *Ego me continuo ad Chremem:* pro *me confero ad*.

CONIICIO, vel **CONFERO**, vel **DO**, *sich begeben*, in IN PEDES, *auf die Füsse*. Terent. Eun. 5, 2, 5. *Interim dum ante ostium sto, notus mihi quidam obviam venit; ubi vidi, ego me in pedes, quantum queo:* pro *in pedes coniecci, contuli*, vel *dedi*. * Phorm. 1, 4, 13. *Atque hinc me* CONIICEREM *protinus in pedes*. Plaut. Bacch. 3, 1, 7. *Quae ut vidi, me continuo* CONTULI *protinus in pedes:* Capt. 1, 2, 12. *Si non est quod dem, mene vis* DEM *ipse in pedes*.

CONSANGUINEI, *Blutsverwandte*, in TUI, *deine*. Cic. Fam.

15, 9. *Te et pietatis in tuos — fructum cepisse, vehementer gaudeo:* pro *tuos consanguineos:* 15, 10. *Si mihi tecum minus esset, quam est cum tuis omnibus:* pro *tuis consanguineis.*

CONSANGUINITAS, *Verwandtschaft*, in PROPINQUUS, *nahe.* Cic. Off. 1, 53. *Arctior vero colligatio est societas propinquorum:* pro *propinquorum consanguinitate:* Amic. 19. *Itaque cives potiores sunt quam peregrini, et propinqui quam alieni:* pro *propinqui consanguinitate,* vel *stirpe.* * Virg. Aen. 2, 86. *Illi me comitem, et* CONSANGUINITATE *propinquum pauper in arma pater — misit.* Rutil. 1, 211. *Ille meae secum dulcissima vincula curae, filius adfectu,* STIRPE *propinquus, habet.*

CONSILIUM, *Beschluss, Rath*, I. in verbis quibusdam, ut in ADHIBERE, *anwenden.* Cic. Att. 2, 4. *Censeo tamen, adhibeas Vettium:* pro *adhibeas in consilium:* Fam. 11, 7. *Quum adhibuisset domi meae Lupus me:* pro *adhibuisset in consilium:* 4, 7. *A tuis reliquis non adhibemur: ad omnia parati sumus;* pro *adhibemur in consilium.* Tacit. Ann. 3, 10, 5. *Igitur paucis familiarium adhibitis, minas accusantium — audit:* pro *adhibitis in consilium,* vel *ad consilium.* * Cic. Fam. 6, 1. *De te autem ipso, Torquate, est tuum, sic agitare animo, ut non adhibeas* IN CONSILIUM *cogitationum tuarum desperationem aut timorem:* Off. 2, 23, 82. *Adhibuit sibi* IN CONSILIUM *quindecim principes, cum quibus causas cognovit.*

(2) In AGI DE, *verhandeln.* Cic. Att. 16, 15. *De summa autem agi poterat vehementer et severe vole:* pro *agi consilium.* * Virg. Aen. 9, 226. *Ductores Teucrum primi et dilecta iuventus* CONSILIUM *summis regni de rebus agebant.*

(3) In AGITARE, *bedenken.* Tacit. Histor. 1, 78, 2. *Creditus etiam est de memoria celebranda Neronis agitavisse:* pro *agitavisse consilium:* 3, 1. *Illic agitavere, placeretne obstrui Alpes:* pro *agitavere consilia.* * Liv. 4, 25. *Ibi* — CONSILIA *agitare; queri se a plebe adeo spretos.*

(4) In CONFERRE, *bereden.* Cic. Att. 1, 20. *Coram inter nos conferemus:* pro *conferemus consilia.* Plaut. Rud. 2, 3, 8. *Verum omnes sapientes decet conferre, et fabulari:* pro *conferre consilia.* * Terent. Heaut. 3, 1, 64. *Conferunt* CONSILIA *ad adolescentes.* Cic. Philipp. 2, 15. *Cum illo* — CONSILIA *contulit saepius.*

II. In adiectivis quibusdam, ut (1) in ARCANUM, *geheim.* Iuvenal. 9, 115. *Prodere malunt arcanum.* Horat. Ep. 1, 18, 37. *Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam:* pro *arcanum consilium.* * Horat. Od. 3, 21, 15. *Curas et arcanum iocoso* CONSILIUM *retegis Lyaeo.*

(2) In CERTUM EST, *ist gewiss.* Terent. Eun. 1, 2, 108. *Ita facere certum est:* Andr. 1, 3, 4. *Nec, quid agam, certum est.* Plaut. Amph. 1, 1, 109. *Certum est hominem eludere.* Virg. Ecl. 10, 52. *Certum est in silvis, inter spelaea ferarum, malle pati:* pro *certum est consilium.* * Plaut. Epid. 1, 2, 60. *Eundem senem oppugnare certum est* CONSILIUM *mihi.*

(3) In CONSULTUM, *bedacht.* Sallust. Cat. 1. *Priusquam incipias, consulto opus est:* pro *consulto consilio.* Horat. Ep. 1, 16, 41. *Qui consulta patrum, qui leges iu-*

raque servat: pro *consulta consilia.* * Plaut. Truc. 1, 2, 7. *Consulta sunt* CONSILIA, *quando intra advenerunt.* Paullus ICtus. *Consulto* CONSILIO.

(4) In OCCULTUM, *geheim.* Tacit. Ann. 2, 88, 1. *Responsum esse, non fraude, neque occultis, sed palam:* pro *occultis consiliis.* * Iustin. 11, 6, 8. *Adfirmans suis, occulta* CONSILIA *victoriae furtivae convenire.*

[(5) In PROPOSITUM, *vorgenommen, beabsichtigt.* Cic. de Fin. 3, 6, 22. *Ut omnia faciat, quo propositum assequatur:* pro *propositum consilium:* * de Off. 1, 31, 112. *Semper in proposito susceptoque* CONSILIO *permansisset.*]

(6) In SECRETUM, *geheim.* Quintil. 11, 1, 30. *Profert enim mores plerumque oratio, et animi secreta detegit.* Seneca Herc. Oet. 254. *Ecce praecipiti gradu secreta mentis ore confuso exerit:* pro *secreta consilia.* * Liv. 4, 25. *Ibi secreta* CONSILIA *agitare; queri se a plebe adeo spretos.*

CONSPECTUS, *Anblick*, in PUBLICUS, *öffentlich.* Nepos Alcib. 3, 5. *In publicum prodire.* Tacit. Hist. 4, 49, 7. *Egredi in publicum:* pro *publicum conspectum.* Liv. 22, 61. *Sed prope luce ac publico caruerint.* Cic. Verr. 5, 91. *Cleomenes, quamquam nox erat, tamen in publico esse non audet:* pro *publico conspectu.*

CONSTITUTUS, vel CONSTITUTA, *angesetzt*, (1) in AD DIEM, *zum Tage.* Cic. Att. 16, 24. *Ad diem pecuniam solvere:* pro *ad diem constitutam*, vel *dictam*, vel *praefinitum.* * Cic. Fam. 2, 11. *Si ad* CONSTITUTAM *diem decedemus:* 16, 10. *Nostra ad diem* DICTAM *fient.* Plin. Ep. 6, 34. *Vellem Africanae ad* PRAEFINITUM *diem occurrissent.*

(2) In IN, *in.* Horat. Ep. 1, 20, 20. *Me libertino natum patre, et in tenui re, maiores pennas nido extendisse loqueris:* pro *in tenui re constitutum.*

CONSUL, *Consul*, in ITERUM, *abermals*, cum nomine personae. Horat. Ep. 1, 5, 4. *Vina bibes iterum Tauro diffusa, palustres inter Minturnas:* pro *iterum Tauro consule.* * Catull. 3, 2. *Consule Pompeio primum — facto* CONSULE *nunc iterum.*

CONTINEO, *enthalten*, in QUIN, *dass nicht.* Plaut. Mil. Glor. 4, 8, 32. *Age, Palaestrio, bono animo es — heu nequeo, quin flcam:* pro *nequeo continere me, quin*, vel *nequeo facere, quin.* Cic. de Orat. 2, 10, 39. *Non possum, quin exclamem:* pro *non possum continere me, quin*, vel *facere, quin.* Terent. Hec. 3, 3, 25. *Nequeo, quin lacrumen miser:* pro *nequeo continere me, quin*, ut Donatus observat: Eun. 5, 2, 20. *Vix* ME CONTINEO, *quin involem in capillum.* * Plaut. Men. 2, 1, 28. *Verum nequeo* ME CONTINERE, *quin loquar.* Cic. Att. 9, 11. FACERE *non possum, quin cotidie ad te mittam.*

CONTROVERSIA, *Streit*, (1) in PARTIRE, *verhandeln.* Plaut. Amph. 4, 5, 1. *Vos inter vos partite; ego abeo, mihi negotium est:* pro *partite controversiam.*

(2) In TRANSIGERE, *abmachen.* Cic. Att. 1, 4. *De C. Macro transegimus:* pro *transegimus controversiam.* * Ibid. 1, 4. *Nos longo intervallo viseris, Acutilianam* CONTROVERSIAM *transegeris.*

CONTUNDO, *zerstossen*, in SCIPIONE, *mit einem Stocke*. Amph. Plaut. 1, 3, 22. *Quem pol ego iam scipione:* pro *scipione contundam.*

CONVENIRE, *zusammenkommen mit*, in VELLE, *wollen*, cum accusativo casu. Cic. Att. 10, 16. *Centuriones trium cohortium, quae Pompeiis sunt, me velle postridie:* pro *velle convenire.* * Terent. Adelph. 1, 2, 74. *Quicquid est, volo — hominem* CONVENIRE.

CONVENIT, *es passt sich*, in UT, *wie*. Cic. Fam. 15, 6. *Mihi, ut in eiusmodi re, tantoque bello, maximae curae est, — ut teneamus:* pro *ut convenit.* * Plaut. Pseud. 4, 5, 9. *Verum in pistrinum credo, ut* CONVENIT, *fore.*

CONVICIA, *Schimpfreden*, in PROSCINDERE, *entehren*. Ovid. ex Ponto 4, 16, 47. *Ergo submotum patria proscindere, livor, desine, neu cineres sparge, cruente, meos:* pro *proscindere conviciis.* * Sueton. Aug. 13. *Hunc foedissimo* CONVICIO *coram proscideruut.* Plin. 33, 1. *Utinam posset e vita in totum abdicari aurum — proscissum* CONVICIIS *ab optimis quibusque.*

CONVIVIA, *Feste*, (1) in NATALICIA, *Geburtstag*. Cic. Philipp. 2, 15, 50. *Hodie non descendit Antonius: cur? dat natalicia in hortis:* pro *natalicia convivia.*

(2) In PHIDITIA, convivia Lacedaemoniorum publice apparata. Cic. Tusc. 5, 34, 98. *Quid! victum Lacedaemoniorum in Phiditiis nonne videmus?* pro *Phiditiis conviviis.*

(3) In REPOTIA, convivium die post nuptias celebratum. Horat. Serm. 2, 2, 60. *Licebit ille repotia, natales, aliosve dierum festos albatus celebret:* pro *repotia convivia.*

COPIA, *Fülle*, in ABUNDARE, *in Ueberfluss haben*, cum genitivo casu. Virg. Ecl. 2, 20. *Quam dives pecoris, nivei quam lactis abundans:* pro *lactis copia.* * Curt. 4, 10, 13. COPIA *aliarum quoque rerum abundare coeperunt:* 5, 2, 1. *Fertilis terra,* COPIA *rerum, et omni commeatu, abundans.* [Caes. B. G. 1. *Abundare* COPIA *omnium rerum.*]

COPIAE, *Truppen*, vel EXERCITUS, *Heer*, in DUCERE, *führen*. Liv. 1, 23. *Ducit quam proxime ad hostem potest:* 31, 24. *Per Boeotiam Athenas ducit:* 26. *A Piraeeo Athenas repente duxit:* pro *ducit, duxit copias*, vel *exercitum.* * Cic. Tusc. 1, 41. COPIAS *ducit ad Troiam.* Curt. 9, 8, 3. *Cratero deinde imperat rex, haud procul amne —* COPIAS *duceret:* 7, 5, 1. *Nocturno itinere* EXERCITUM *ducens:* 9, 10, 2. *Qua terrestri itinere ducturus* EXERCITUM *videbatur.*

CORIUM, *Leder*, in PHOENICIUM, *purpurnes*. Scribon. 267. *Phoenicio inducitur:* pro *Phoenicio corio.*

CORNU, *Flügel, Horn*, (1) in DEXTRUM, *rechts*, et LAEVUM, *links*. Tibull. 4, 1, 105. *Dexter uti laevum teneat, dextrumque sinister miles, sitque duplex geminis victoria castris:* pro *laevum cornu — dextrumque cornu.* * Seneca de Tranq. p. 152. *Qui in acie stat, et* CORNU *dextrum laevumque defendit.* Curtius 4, 15, 2. *Ut Massagetas equites in laevum Alexandri* CORNU *a latere invehi iuberet.*

(2) In CLASSICUM, *schmetternd.* Tibullus 1, 1, 4. *Martia cui somnos classica pulsa fugent.* Boethius Consol. Metr. 5. *Tunc classica saeva tacebant.* Virg. Aen. 7, 637. *Classica iamque sonant:* pro *classica cornua.* Horat. Epod. 2, 5. *Nec excitatur classico miles:* pro *classico cornu.* *Isidorus L. 18, c. 4. *Classica sunt* CORNUA, *quae convocandi caussa erant facta, et a calando classica dicebantur.*

CORONA, *Kranz,* (1) in CIVICA, corona querna, quam civis civi, a quo servatus est, dat. Seneca 1 de Clem. p. 207. *Mereri clementia civicam.* Id. 5 de Benef. p. 337. *Tantum non civicam acciperet:* pro *civicam coronam.* *Cicero pro Planc. 72. *Ut* CORONAM *dent civicam.* Plin. 16, 4. *Hinc civicae* CORONAE, *militum virtutis insigne.*

(2) In LAUREA, *von Lorbeer.* Suetonius Domit. c. 6. *Referre lauream Iovi Capitolino.* Virg. Ecl. 7, 62. *Gratissima Phoebo laurea:* pro *laurea corona.* *Iustinus 8, 2, 3. *Omnes milites* CORONAS *laureas sumere iubet.* Cicero in L. Pison. 24, 58. *Quid est, quod confecto formidolosissimo bello,* CORONAM *illam lauream tibi tantopere decerni volueris a Senatu.*

(3) In MURALIS, corona, qua donatur, qui primus murum sublit, urbemque intravit. Seneca 1 de Benef. p. 266. *Imperator aliquem torquibus, murali et civica donat:* pro *murali corona.* *Lucret. 2, 606. *Muralique caput summum cinxere* CORONA. Liv. 30, 28. *Qui imperatores, qui consules Romanos sua manu occidissent, muralibus — insignes* CORONIS.

(4) In SERTA, *gewunden.* C. Severus ap. Charisium p. 83. *Huc ades Aonia crines circumdata serta:* pro *serta corona.* *Lucanus 10, 164. *Accipiunt sertas nardo florente* CORONAS.

[CORONAMENTA, *Bekränzungen,* in SERTA, *gewundene.* Virg. Ecl. 6, 16. *Serta procul capiti tantum delapsa iacebant.*]

CORPUS, *Körper,* (1) in AB IMO, *von unten.* Ovid. Met. 9, 352. *Succrescit ab imo, totaque paulatim lentus premit inguina cortex:* pro *ab imo corpore.*

(2) In IN UNUM, *in eins.* Tacit. Ann. 14, 27, 4. *Quasi ex alio genere mortalium in unum collecti.* Lucr. 5, 1010. *Et mulier coniuncta viro concessit in unum:* pro *in unum corpus.* *Ovid. Met. 13, 604. *Glomerataque* CORPUS *in unum densatur.*

CORRUMPO, *verführen,* in QUI TE, *wer dich.* Virg. Ecl. 3, 8. *Novimus et qui te, transversa tuentibus hircis:* pro *qui te corruperunt,* ut Servius observat.

CORTINA, *Vorhang,* in AULAEA, *hängend.* Curt. 8, 5, 21. *Quum post aulaeam, quae lectos obduxerat, staret:* pro *aulaeam cortinam.*

CREDO, *glauben,* in INDUCI, *gebracht werden.* Phaedr. 2, 7, 14. *Inducta verbis aquila, monitis paruit:* pro *inducta ad credendum.* Lucil. L. 30. *Quid quaerimus hac re inductum cautum custodem?* pro *inductum ad credendum.* *Nepos Con. 3. *Non facile* AD CREDENDUM *inducebatur.*

CRIMEN, *ein Verbrechen,* I. in adiectivis, ut (1) in ADMISSUM, *begangen.* Ovid. Her. 7, 104.

Venio tibi debita coniux; sed tamen admissi tarda pudore mei: pro *admissi criminis.* Tacit. Ann. 11, 4, 5. *Quum idem — de admissis Poppaeae sentiam:* pro *admissis criminibus.*

(2) In CAPITALE, *Haupt.* Plin. 12, 14. *Digredi via, capitale leges fecere:* pro *capitale crimen,* vel *facinus.* * Cic. Verr. 5, 9, 23. *Insimulatio capitalis* CRIMINIS: N. D. 1, 6, 13. *Fieri in civitate* FACINORA *capitalia.*

II. In compluribus verbis cum genitivo casu. Auctor ad Herenn. 2, 13, 19. *C. Caelius iudex absolvit iniuriarum eum, qui Lucilium — laeserat:* pro *iniuriarum crimine.* Tacit. Ann. 3, 38, 2. *Caesar Antistium Veterem — absolutum adulterii — ad dicendam maiestatis caussam retraxit:* pro *adulterii crimine.* * Horat. Sat. 2, 3, 278. *An commotae* CRIMINE *mentis absolves hominem, et sceleris damnabis eundem.*

(2) In ACCUSARE, *anklagen.* Plaut. Amph. 3, 1, 9. *Quam vir insontem probri — accusat:* pro *probri crimine.* Nepos 1, 7, 5. *Accusatus ergo proditionis, quod — discessisset:* * 4, 7, 1. *Absens invidiae* CRIMINE *accusaretur:* 15, 8, 1. *Collegae eius hoc* CRIMINE *accusabantur.*

(3) In ALLIGARE, *schuldig machen.* Terent. Eun. 4, 7, 39. *Hic furti se alligat:* pro *furti crimine,* vel *scelere.* * Cic. pro Flacc. 41. *Ne L. Flaccus nunc se* SCELERE *alliget, quum iam testem illum effugere non possit.*

(4) In ARGUERE, *beschuldigen.* Plaut. Amph. 3, 2, 16. *Et eccum video illum, qui me miseram arguit stupri:* pro *crimine stupri.* Tacit. Ann. 3, 33, 5. *Quoties repetundarum aliqui argueren-tur:* pro *crimine repetundarum.* * Phaedr. 1, 10, 4. *Lupus arguebat vulpem furti* CRIMINE. Seneca Herc. Oet. 898. *Si te ipsa damnas, scelere te, misera, arguis.* Mart. 11, 80. *Arguimur lentae* CRIMINE *pigritiae.*

(5) In ASTRINGERE, vel ADSTRINGERE, *schuldig sein.* Plaut. Poen. 3, 4, 27. *Homo furti se astringet:* Rud. 5, 7, 34. *Et ipsum sese, et illum, furti astringeret:* pro *furti crimine.* * Cic. Philipp. 4, 4, 9. *Quem si consulem illa provincia putaret, neque eum reciperet, magno* SCELERE *se astringeret.*

(6) In DAMNARE, *verurtheilen.* Tacit. Ann. 3, 36, 4. *Ab Annia Rufilla, quam fraudis sub iudice damnavisset, probra sibi et minae intendantur:* pro *fraudis crimine:* 70, 1. *Caesius Cordus repetundarum damnatur:* pro *repetundarum crimine.* * Ovid. Fast. 5, 624. *Sceleris* CRIMINE *damnat avos.* Val. Max. 2, 1. *Quapropter non es damnandus rigoris rustici* CRIMINE, *C. Mari.*

(7) In INSIMULARE, INSIMULARI, *beschuldigen.* Plaut. Amph. 1, 2, 15. *Atque insimulabit eam probri crimine.* Tacit. Ann. 4, 54, 4. *Non mirum, ait, si quid severius in eam statuisset, a qua veneficii insimularetur:* pro *veneficii crimine.* * Ovid. Her. 6, 22. *Utinam temeraria dicar* CRIMINIBUS *falsis insimulasse virum!*

(8) In OBLIGARE, *schuldig machen.* Aul. Gell. 7, 15. *Quod cui servandum datum est, si id usus est, sive, quod utendum acceperit, ad aliam rem, atque acceperit, usus est, furti se obligavit:* pro *furti crimine.*

CRUCIATUS, *Qual,* in ANGERE, *beängstigen,* cum genitivo casu. Plaut. Epid. 3, 1, 6. *Absur-*

de facis, qui angas te animi: pro *animi cruciatu.* *Cic. Off. 2, 25. CRUCIATU *timoris angi solitus.*

CUBILE, *Korb, Stall, Bett,* (1) in APIARIUM, *ein Bienenkorb.* Aul. Gell. 2, 20. *Apiaria quoque vulgus dicit loca, in quibus sunt siti alvei apum:* pro *apiaria cubilia.* *Colum. 8, 1, 4. *Nos similiter appellamus apum* CUBILIA, *apiaria.*

(2) In STRATUM, *gebreitet.* Petron. 45. *Qui asinum non potest, stratum caedit:* pro *stratum cubile.* Ovid. Met. 11, 649. *Caput strato recondidit alto:* pro *strato cubili.* *Lucr. 5, 1416. *Strata* CUBILIA *sunt herbis et frondibus aucta.*

CULMEN, *Gipfel,* (1) in ALTUM, *hoch.* Seneca Agam. 100. *Quicquid in altum fortuna tulit, ruitura levat.* Cic. Verr. 3, 41, 98. *Sic est hic ordo quasi propositus atque editus in altum:* pro *in altum culmen.* *Virg. Aen. 2, 290. *Ruit alto a* CULMINE *Troia.* Seneca Thyest. 926. *Ex alto* CULMINE *lapsum, stabilem in plano figere fessum.*

(2) In TECTUM, *bedeckt.* Cic. Att. 4, 3. *Porticus reficiebatur, et ad tectum paene pervenerat:* pro *tectum culmen.* Seneca Octav. 888. *Quem neque fasces texere sui, nec tecta domus:* pro *tecta culmina.* Rutil. 1, 25. *Praesentes lacrimas tectis debemus avitis:* pro *tectis culminibus.* *Virg. Aen. 2, 446. *Tecta domorum* CULMINA *convellunt.*

[CULPA, *Schuld,* in NOXIA, *fehlerhaft.* Terent. Eun. 5, 2, 13. *Unam hanc noxiam amitte. Noxius* a Tacito ut adiectivum ponitur, Ann. 5, 11, 2. *Eum ut noxium coniurationis ad disquisitionem trahebat.*]

CUM, *mit,* I. in adverbio SIMUL, *zusammen,* cum ablativo casu. Ovid. Her. 10, 29. *Quippe simul nobis habitat discrimine nullo:* pro *simul nobiscum.* Sil. Ital. 5, 418. *Avulsa est protinus hosti ore simul cervix:* pro *simul cum ore.* Virg. Aen. 5, 357. *Et simul his dictis faciem ostentabat:* pro *simul cum his dictis.* Tacit. Ann. 3, 64, 3. *Quindecimviri Septemviris simul:* pro *simul cum Septemviris.* *Cic. Att. 13, 18. *Simul* CUM *sole expergisci:* de Amic. 4, 13. *Neque enim assentior iis, qui haec nuper disserere coeperunt,* CUM *corporibus simul animos interire:* Tusc. 3, 18. *Simul animus* CUM *re concidit.* Nepos 18, 3, 4. *Simul* CUM *nuntio dilabi.*

II. In ablativis casibus, ut (1) in ASTU, *List.* Virg. Aen. 10, 522. *Ille astu subit.* Terent. Eun. 5, 4, 2. *Quod si astu rem tractavit:* pro *cum astu.*

(2) In BONO, *Wohl.* Plaut. Capt. 3, 2, 1. *Quid est suavius, quam bene rem gerere bono publico:* pro *bono cum publico.*

(3) In DILUCULO, *Tagesanbruch.* Cic. Att, 16, 13. *Quum — venissem diluculo ad pontem Tirenum.* Plaut. Amph. 2, 2, 105. *Primulo diluculo abiisti ad legiones:* pro *cum diluculo:* *ibid. 112. *Tu, dic, egone abs te abii hinc hodie* CUM *diluculo.*

(4) In LUCE, *Licht.* Seneca Epist. 122. *Ut luce prima exeat:* pro *cum luce.* *Cic. Off. 3, 31. 112. CUM *prima luce Pomponii domum venisse dicitur:* Att. 4, 3. *Metellus* CUM *prima luce furtim in campum — currebat.*

(5) In PACE, *Erlaubniss.* Cic.

Fam. 7, 17. *Pace tua dixerim.* Petron. 2. *Pace vestra liceat dixisse.* Catull. Carm. 64, 71. *Pace tua fari haec liceat, Rhamnusia virgo.* Ovid. Met. 7, 704. *Liceat mihi vera referre, pace Deae.* Cic. de Fato 3, 5. *Pace magistri dixerim.* Terent. Eun. 3, 2, 13. *Pace quod fiat tua.* Vell. Paterc. 1, 7, 4. *Pace diligentiae Catonis dixerim:* pro *cum pace.* * Cic. Tusc. 5, 29, 83. *Nos illud quidem* CUM *pace agemus.*

III. In verbis quibusdam, ut (1) in CONFLICTARI, *geplagt werden.* Auctor ad Herenn. 2, 37. *Incommodis homines magnis et multis conflictantur:* pro *cum incommodis.* Cic. pro Quint. 44. *Hoc quo pertinet? — ut honestiore iudicio — conflictere?* pro *cum iudicio.* Celsus 2, 7. *Capitis doloribus conflictantur:* pro *cum doloribus.* * Terent. Andr. 1, 1, 66. *Qui* CUM *ingeniis conflictatur eiusmodi.*

(2) In CONFLIGERE, *schlagen.* Nepos 28, 3, 4. *Praefuit paucis navibus — hisque adversus Rhodiorum classem — conflixit:* pro *cum his.* * Cic. Tusc. 4, 49. CUM *apro Erymanthio conflixit Hercules.* Lucilius. *Acribus inter se* QUM *armis confligere cernit.*

(3) In CONTENDERE, *kämpfen.* Lucr. 3, 6. *Quid enim contendat hirundo cycnis?* pro *cum cycnis.* * Ovid. Met. 10, 570. *Pedibus contendite* MECUM.

[(4) In DEO DUCE, MUSIS FAVENTIBUS. Liv. 1, 3. *Agite nunc Diis bene iuvantibus.* * Plaut. Pers. 3, 1, 4. *Sequere hac, mea gnata, me* CUM *Dis volentibus.* Ennius ap. Cic. Off. 1, 3. *Daque volentibu'* CUM *magnis Dis.*]

CUNABULA, vel INCUNABULA, *Geburtsort.* Virg. Aen. 3, 104. *Creta Iovis magni medio iacet insula ponto:* pro *Creta cunabula,* vel *incunabula Iovis.* * Propert. 3, 1, 27. *Idaeum Simoenta Iovis* CUNABULA *parvi.* Ovid. Met. 8, 99. *Certe ego non patiar Iovis* INCUNABULA *Creten.*

CUPIDINES, *Liebesgötter,* in ALIGERI, *befliegelt.* Sil. Ital. 7, 458. *Dumque hic aligeris instat Cytherea:* pro *aligeris Cupidinibus.* * Plin. 36, 5. *Aligerosque ludentes cum ea* CUPIDINES.

CURAE, *Sorge,* in VACUUS, *leer.* Virg. G. 3, 3. *Quae vacuas tenuissent carmina mentes:* pro *vacuas curis.* Cic. Verr. 4, 23. *Animus vacuus et solutus:* pro *vacuus curis:* de Clar. Orat. 5, 20. *Nunc vero, inquit, si es animo vacuo, expone nobis, quod quaerimus:* * De Fin. 2, 15, 46. *Quum vacui* CURIS *etiam quid in coelo fiat scire debemus.*

CURIAE, *Halle,* (1) in NOVAE, *neu.* Varro L. L. 5, 7. p. 56, 4. *Sub Novis dicta pars in foro aedificiorum:* pro *Novis Curiis.* * Festus l. 12. *Novae* CURIAE *proxime compitum Fabricii aedificatae sunt.*

(2) In VETERES, *alt.* Plin. 35, 4. *Hinc etiam Crassi oratoris lepos agentis sub Veteribus:* 35, 10. *E diverso Meviana, inquit Varro, omnia operiebat Serapionis tabula sub Veteribus.* Sueton. Aug. 100. *Bifariam laudatus est: pro aede Divi Iulii a Tiberio, et pro rostris sub Veteribus a Druso Tiberii filio.* * Varro L. L. 4, 32. p. 37, 20. *Ubi curarent sacerdotes res divinas, ut* CURIAE *Veteres.*

CURRUS, *ein Wagen,* in BIGUS, *mit 2 Pferden.* Virg. Aen.

10, 453. *Desiluit Turnus biiugis, pedes apparat ire cominus:* pro *biiugis curribus.* *Lucr. 5, 1297. *Quam biiugo* CURRU *belli tentare pericla.*

CURSUS, *Lauf*, I. in ablativis quibusdam casibus, ut (1) in CITO, *schnell.* Terent. Andr. 1, 5, 20. *Abi cito:* Enn. 3, 3, 32. *Cito hunc deduc ad militem:* pro *cito cursu, pede,* vel *passu.* *Seneca Hipp. 395. CURSIBUS *motae citis ventos sequantur.* Ovid. Fast. 2, 741. *Inde cito* PASSU *petitur Lucretia:* A. A. 3, 65. *Cito* PEDE *labitur aetas.*

(2) In PROPERATO, *beeiligt.* Tacit. Ann. 13, 1, 4. *Neque minus properato Narcissus Claudii libertus ad mortem agitur:* pro *properato cursu,* vel *gressu.* *Sil. Ital. 3, 159. GRESSU *properato moenia repetere.*

(3) In RECTO, *gerade.* Antoninus et Verus ap. Papir. l. 21. pr. *Appellationes, quae recto ad principem factae sunt:* pro *recto cursu.* *Lucr. 6, 27. *Qua possemus ad id recto contendere* CURSU.

II. In verbis quibusdam, ut (1) in CONTENDERE, *eilen.* Cic. Verr. 1, 67. *Haec ubi filio nuntiata sunt, statim examinatus ad aedes contendit.* Sallust. Iug. 13. *Ex proelio fugit in provinciam, ac deinde Romam contendit:* pro *contendit cursum.* *Plaut. Cist. 2, 1, 58. *Sed quis hic est, qui recta platea* CURSUM *hac contendit?* Virg. Aen. 5, 834. *Ad hunc alii* CURSUM *contendere iussi.*

(9) In DIRIGERE, *richten.* Lucr. 6, 823. *Ut cadat e regione loci, qua dirigit aestus:* pro *dirigit cursum.* *Cic. pro Sext. 45, 98. *Quo* CURSUM *suum dirigere debeant.*

(3) In TENDERE, *wenden.* Ovid. Her. 2, 15. *Dum vada tendit ad Hebri:* pro *tendit cursum,* vel *iter.* Liv. 25, 27. *Postquam tendere ad se Romanis naves vidit:* pro *tendere cursum,* vel *iter.* *Sil. Ital. 9, 211. *Ex acie tendere in Capitolia* CURSUM. Ovid. Met. 2, 547. *Ad dominum tendebat* ITER.

CURULIS, *Wagensessel,* in SELLA, eburnea, qua in curru posita magistratus ad forum deferri solebant. Horatius Sat. 1, 6, 96. *Meis contentus, omissis fascibus et sellis nolim mihi sumere:* pro *sellis curulibus.* *Liv. 29, 37. *Sella* CURULI *sedere.* Isidor. Orig. 20, 11. *Sellae* CURULES *erant, in quibus magistratus sedentes iura reddebant.*

CUSTODIRI, *gehütet werden,* in PER, *von.* Tacit. Ann. 4, 5, 3. *Mauros Iuba rex acceperat, donum populi Romani. Cetera Africae per duas legiones pariique numero Aegyptus:* pro *custodiebantur per duas.*

CUSTOS, *ein Aufseher,* in SACRARIUS, *in einer Kapelle.* Inscriptio ap. Gruter. 308. n. 1. *Sacrarius Iunonis Quiritis:* pro *sacrarius custos.*

CYATHUS, *Glas,* in numeralibus, ut in TRES, QUATUOR, QUINQUE, SEX, *drei, vier, fünf, sechs.* Adag. *Aut quinque bibe, aut tres, aut quatuor:* pro *quinque, tres, quatuor cyathos.* *Mart. 9, 95. *Sex iubeo* CYATHOS *fundere? Caesar erit:* 11, 28. *Quum te sex* CYATHOS *orat amica gari,* 37. *Quincunces et sex* CYATHOS *bessemque bibamus:* 1, 72, 1. *Naevia sex* CYATHIS, *septem Fustina bibatur.* [Palairetus *calathis* habebat e lectione corrupta. M. R.]

D.

Daps, dapis, *Speise*, in Ambrosia, *süss*. Cic. Tusc. 1, 26. *Non ambrosia aut nectare deos laetari arbitror*. Catull. 100, 2. *Ambrosia dulci dulcius*: pro *ambrosia dape*. * Mart. 4, 8. *Temperat ambrosias quum tua cura* dapes: 8, 39. *Qui — caperet — ambrosias* — dapes, 49. *Et capit ambrosias cum duce Roma* dapes.

De, *von*, *wegen*, *durch*, I. in nominibus quibusdam cum ablativo casu, ut (1) in Certior, *sicherer*. Ovid. Her. 6, 3. *Hoc tamen ipsa debueram scripto certior esse tuo*: pro *de hoc — certior*. * Cic. Fam. 1, 9. *Tu me* de *tuis rebus omnibus — velim quam familiarissime certiorem — facias*.

(2) In Fessus, *ermüdet*. Cic. de Divin. 1. *Bello fessus*: pro *de bello*. Virg. Aen. 2, 596. *Fessum aetate*: pro *de aetate*. Ovid. Met. 14, 426. *Via fessus*: pro *de via*. * Cic. Acad. 1, 1. *Fessus* de *via*.

(3) In Laetus, *freudig*. Martial. 4, 77, 2. *Nunquam divitias deos rogavi, contentus modicis, meoque laetus*: pro *deque meo*. * Terent. Adelph. 2, 2, 45. *Laetus est* de *amica*.

(4) In Peritus, *erfahren*. Hirt. B. Afr. 31. *Mirabili peritus scientia bellandi*: pro *peritus de mirabili scientia*. * Varro R. R. 1, 2. De *agricultura Romanus peritissimus*.

II. In compluribus casibus ablativis, ut (1) in Alto, *vom Himmel*. Virg. G. 1, 96. *Flava Ceres alto nequicquam spectat Olympo*: pro *de alto*, ut Servius observat, vel *ab alto*, vel *ex alto*: * Aen. 1, 301. *Maia genitum demittit* ab *alto*. Lucr. 4, 199. *Corpuscula* — ex *alto in terras mittuntur*.

(4) In Caetero, *im Uebrigen*. Plin. 10, 58. *Palumbes incubat femina post meridiana in matutinum, caetero mas*: pro *de caetero*: * 11, 26. De *caetero, in ventre nihil est*. Seneca de Ira 3. De *caetero, vide non tantum an verum sit quod dicis, sed an ille, cui dicitur, ferre possit*.

(3) In Compacto, *verabredet*. Liv. 5, 11. *Ut multo verisimilius sit compacto eam rem — actam*: pro *de compacto*, vel *ex compacto*. Plaut. Capt. 3, 1, 29. *Omnes compacto rem agunt*: * ibid. 24. *Scivi extemplo rem* de *compacto geri*. Sueton. Iul. 20. *Productusque pro rostris auctores* ex *compacto nominare*.

(4) In Ea re, Eadem re, *aus der Ursache*. Vitr. 1, 1. *Ea re facilius omnia cognoscunt*. Curt. 5, 9. *Ea re paruit Artubazo*. Gell. 4, 1. *Non ea re literas quoque alias nescio*: pro *ea de re*. Nepos Milt. 4. *Vidit hostes eadem re fore tardiores*: pro *eadem de re*.

(5) In Improviso, *plötzlich*. Liv. 27, 28. *Improviso id fecerat*. Caes. B. C. 3, 70. *Improviso accessit incommodum*: pro *de improviso*, vel *ex improviso*. * Terent. Andr. 2, 5, 6. *Quasi* de *improviso respice ad eum*. Lucr. 2, 1034. Ex *improviso ceu sint obiecta repente*.

(6) In Industria, *mit Fleiss*. Plaut. Truc. 1, 1, 37. *Atque haec celamus nos damna industria*: pro *de*, vel *ex industria*. * Terent. Andr. 4, 5, 56. *Paullum interesse censes, ex animo omnia, ut fert*

natura, facias, an DE *industria.* Liv. 1, 56. *Ergo* EX *industria factus ad imitationem stultitiae.*

(7) In MORE, *Weise, Gebrauch.* Plaut. Amph. 1, 1, 66. *Nos nostras more nostro et modo instruximus:* pro *de more,* vel *ex more.* *Plin. Paneg. 5, 3. *Tibi ascendenti* DE *more Capitolium.* Virg. Aen. 10, 832. *Sanguine turpantem comptos* DE *more capillos.* Horat. Serm. 2, 3, 280. *Ex more imponens cognata vocabula rebus.*

(8) In NOCTE, *Nacht.* Caes. B. C. 1, 81. *Nocte et interdiu.* Plin. 7, 49. *Nocte ac die:* pro *de nocte.* *Sueton. Vesp. 2. DE *nocte evigilabat.* Horat. Ep. 1, 2, 32. *Ut iugulent homines, surgunt* DE *nocte latrones.*

(9) In QUARE, *weshalb.* Nepos 2, 7, 2. *Quare aequum esse, illos viros bonos — mittere:* pro *qua de re,* vel *qua ex re?* *Plaut. Amphitr. 4, 2, 49. *Dic, ausculto, tu vapula — qua* DE *re?* Nepos Milt. 4. *Qua* EX *re maioribus copiis praeesse coeperat.*

(10) In QUO, *weshalb.* Plaut. Pseud. 2, 2, 43. *Quin provocas, ut id agam, quo missus huc sum:* pro *de quo.*

(11) In REPENTE, *plötzlich.* Lucr. 1, 219. *Ex oculis res quaeque repente erepta periret.* *Terent. Hec. 4, 1, 3. *Ita corripuit* DE *repente tacitus sese ad filiam.* Cic. pro Lig. 14. *Tu* DE *repente irrupisses.*

(12) In SUBITO, *plötzlich.* Plaut. Bacch. 1, 1, 49. *Quamvis subito venias, semper liber est.* *Ibid. 46. *Si apud te eveniat* DE *subito.*

III. In verbis quibusdam cum ablativo casu, ut (1) in AGERE, *thun.* Plaut. Pseud. 2, 4, 61. *Sed quid illo es acturus:* pro *de illo.*

(2) In CONFIDERE, *vertrauen.* Seneca Thyest. 615. *Nemo confidat nimium secundis:* pro *de nimium secundis,* vel *in nimium secundis.* Caes. B. G. 3, 83 *Affinitate alicuius confidere:* pro *de affinitate,* vel *in affinitate.* Val. Flacc. Argon. 6, 625. *Atque meis ausim confidere regnis:* pro *de meis,* vel *in meis.* *Ulpianus. *Quum* DE *consuetudine civitatis — confidere quis videtur.* Caes. B. C. 2, 5. DE *salute confidere.* Hirt. B. Afr. 19. IN *illorum multitudine confidere.*

(3) In DAMNARE, *verurtheilen.* Ovid. Fast. 5, 624. *Sceleris crimine damnat avos:* pro *de crimine.* *Cic. pro Cluent. 116. DE *pecuniis repetundis damnare:* Verr. 1, 23. DE *maiestate damnatum esse.*

(4) In ESSE, *werden.* Terent. Phorm. 1, 2, 86. *O Geta! quid te futurum est?* pro *de te futurum est?*

(5) In FACERE, *thun.* Terent. Andr. 3, 5, 8. *Nec, quid me nunc faciam, scio:* pro *de me:* Heaut. 2, 3, 76. *Quid illa facias?* pro *de illa.* Plaut. Casin. 5, 4, 6. *Quid fecisti scipione?* pro *de scipione:* *Mil. Glor. 4, 3, 1. *Quod mihi nunc auctor es, ut faciam, Palaestrio,* DE *concubina.*

(6) In FIERI, *werden.* Cic. Att. 6, 1. *Quid illo fiet, quem reliquero?* pro *de illo:* Fam. 14, 4. *Sed quid Tulliola mea fiet?* pro *de Tulliola.* Terent. Heaut. 4, 3, 37. *Quid me fiat?* pro *de me.* *Plaut. Epid. 1, 2, 47. *Quid* DE *illa fiet fidicina igitur?*

(7) In FLERE, *weinen.* Plaut. Pseud. 1, 1, 98. *Flevit drachmis argenteis:* pro *de drachmis.* *Cic. Verr. 1, 30, 76. *Flere* DE *morte alicuius.*

(8) In GAUDERE, *sich freuen.* Terent. Phorm. 3, 2, 9. *Crede mihi, gaudebis facto:* pro *de facto,*

vel *in facto*. * Cic. Fam. 7, 2. De *Bursa te gaudere, certo scio:* Off. 3, 121. In *aliquo genere scientiae gaudere.*

(9) In Gigni, *geboren werden.* Ovid. Met. 9, 430. *Fatis iuvenescere debent Callirhoë geniti:* pro *de Callirhoë*, vel *ex Callirhoë:* * Her. 16, 197. *Phryx erat, et nostro genitus* de *sanguine.* Mart. 1, 81. De *servo scis te genitum, blandeque fateris.*

(10) In Gloriari, *prahlen.* Cic. Orat. 50, 169. *Nominibus veterum gloriantur:* pro *de nominibus:* pro Lig. 29. *Quibus rebus quis in se ipso gloriatur:* pro *de quibus rebus:* * de Fin. 3, 8. *Quis* de *misera vita posset gloriari?* de Sen. 82. *Ut* de *me aliquid more senum glorier.*

(11) In Gratulari, *Glück wünschen.* Coel. in Cic. Fam. 8, 13. *Gratulor tibi affinitate viri optimi:* pro *de affinitate.* Phaedr. 4, 25, 27. *Et gratulari me fac iudicio tuo:* pro *de iudicio tuo.* * Cic. Fam. 1, 7. *Quod mihi* de *Crassipede gratularis, agnosco humanitatem tuam.*

(12) In Loqui, *sprechen.* Plaut. Poen. 3, 3, 13. *Ut quaestui habeant, male loqui melioribus:* pro *de melioribus.* * Cic. Att. 2, 22. *Sed postea tamen ille non destitit* de *nobis asperrime loqui.*

(13) In Nasci, *geboren sein.* Virg. Aen. 3, 374. *Canit divino ex ore sacerdos, nate dea:* pro *de dea*, vel *ex dea.* * Ovid. Met. 15, 447. De *sanguine natus Iuli.* Terent. Eun. 3, 2, 6. *Hem alterum:* ex *homine huuc natum dicas.*

(14) In Pendere, *hängen.* Virg. Aen. 12, 374. *Dum trahitur, pendetque iugis:* pro *de iugis.* * Ovid. Fast. 2, 760. Deque *viri collo dulce pependit onus.*

(15) In Suspendere, *übergehen.* Plaut. Poen. 1, 3, 5. *Supersede istis verbis:* pro *de istis verbis.* Cic. Fam. 4, 2. *Supersedeas hoc labore itineris:* pro *de hoc labore.* * Obsequens c. 106. *De lege supersedendum pronuntiarunt.*

[(16) In Mea sententia, meo iudicio, *nach meiner Meinung, nach meinem Urtheil.* Pro *de mea sententia, de meo iudicio.* * Cic. pro Rosc. Am. 10. De *amicorum sententia Roscius Romam confugit.* Cf. p. 68.]

DEBEO, *ich soll*, in Videor sperare, *zu hoffen scheinen.* Cic. Verr. 2, 17, 50. *Quapropter primum ab diis immortalibus, quod sperare mihi videor, hoc idem iudices peto, ut in hoc iudicio nemo improbus, praeter eum, qui iam pridem inventus est, reperiatur:* de Amic. 4, 15. *Quo in genere sperare videor, Scipionis amicitiam et Laelii notam posteritati fore:* pro *sperare debere videor:* * Fam. 9, 1. *Quamobrem, quando placatis his utor, videor sperare* debere, *si te viderim, et ea quae premant, et ea, quae impendant, me facile transiturum.*

DECET, vel DECORUM EST, vel AEQUUM EST, *es geziemt sich*, in infinitivis modis cum interrogatione, ut (1) in Abiisse, *weggehn.* Terent. Phorm. 3, 1, 2. *Itane te hinc abisse?* pro *abiisse decet*, vel *abiisse decorum est*, vel *abiisse aequum est.*

(2) In Admittere, *begehn.* Terent. Adelph. 3, 3, 55. *Haec te admittere indigna genere nostro?* pro *admittere decet*, vel *decorum est*, vel *aequum est?*

(3) In Agere, *thun.* Terent. Andr. 1, 5, 18. *Ah! tantamne rem tam negligenter agere?* pro *agere*

decet, vel *decorum est*, vel *aequum est?*

(4) In AMPLEXARI, *umarmen.* Plaut. Truc. 5, 1, 41. *Huncce hominem te amplexari?* pro *amplexari decet*, vel *decorum est*, vel *aequum est.*

(5) In CELARI, *verhehlt werden.* Terent. Hec. 4, 4, 23. *Nosne hoc celatos tamdiu?* pro *celatos decet*, vel *decorum est*, vel *aequum est.*

(6) In ESSE, *sein.* Terent. Heaut. 4, 1, 17. *O Iupiter, tantam esse in animo insciti am?* Phorm. 3, 2, 12. *Adeon' ingenio esse duro te atque inexorabili?* pro *esse decet*, vel *decorum est*, vel *aequum est?*

(7) In FACERE, *thun.* Terent. Adelph. 3, 3, 54. *Coepit clamare, o Aeschine, haeccine flagitia facere te?* pro *facere decet*, vel *decorum est*, vel *aequum est?*

(8) In FIERI, *geschehn.* Terent. Adelph. 3, 3, 37. *Haeccine fieri? — inepta lenitas patris:* pro *fieri decet*, vel *decorum est*, vel *aequum est?*

(9) In FORE, *sein werden.* Cic. ad Att. 5, 20. *At te Romae non fore?* pro *fore decet*, vel *decorum est*, vel *aequum est?*

(10) In IMMUTARI, *verändert werden.* Terent. Eun. 2, 1, 19. *Adeon' homines immutarier ex amore, ut non cognoscas eundem esse?* pro *immutarier decet*, vel *decorum est*, vel *aequum est?*

(11) In RADERE, *schaben.* Horat. Sat. 2, 4, 83. *Ten' lapides varios lutulenta radere palma?* pro *radere decet*, vel *decorum est*, vel *aequum est?*

(3) In SOLLICITARI, *beunruhigt werden.* Terent. Andr. 4, 2, 6. *Siccine me atque illam opera tua nunc miseros sollicitari?* pro *sollicitari decet*, vel *decorum est*, vel *aequum est?*

(13) In TORQUERI, *gefoltert werden.* Horat. Sat. 1, 8, 67. *Tene, ut ego accipiar laute, torquerier omni sollicitudine districtum?* pro *torqueri decet*, vel *decorum est*, vel *aequum est?* * Plaut. Men. 3, 1, 8. *Non ad eam rem otiosos homines* DECUET *deligi?* Asin. 3, 1, 5. *An* DECORUM EST *adversari meis te praeceptis?* 5, 2, 82. *Istoccine patrem* AEQUUM *mores* EST *liberis largirier?* Terent. Heaut. 1, 2, 29. *Huncccine* ERAT AEQUUM *ex illius more, an illum ex huius vivere?*

DECLAMATIO, *Rede*, in SUASORIA, *überredend.* Petron. 6. *Agamemnonis suasoria:* pro *suasoria declamatio.* Quintil. 3, 8. *Declamare suasorias:* pro *suasorias declamationes.*

DECUS, *Zier*, in REGALE, *königliche.* Apud ICtos, pro *regale decus.* * Seneca Med. 217. *Generosa, felix,* DECORE *regali potens fulsi.* Ovid. Met. 9, 689. *Inerant lunaria fronti cornua — et regale* DECUS.

DEFECTUS, *Finsterniss*, in LUNA LABORAT, *der Mond leidet.* Plin. 2, 9. *Luna laborat:* pro *laborat defectu.* Iuvenal. 6, 443. *Una laboranti poterit succurrere lunae:* pro *laboranti defectu.* * Claudian. Epigr. de Magn. 14, 2. *Laborat luna* DEFECTU.

DEFENSOR, *ein Vertheidiger.* Tacit. Ann. 1, 59, 7. *Si patriam, parentes, antiqua mallent, quam dominos et colonias novas, Arminium potius gloriae ac libertatis, quam Segestem flagitiosae servitutis ducem sequerentur:* pro *gloriae ac libertatis defensorem.*

DEFERO, *bringen*, in REFAD,

die Sache zu. Cic. N. D. 2, 4, 11. *Vitio creatos consules esse. Augures rem ad senatum; senatus ut abdicarent; consules abdicaverunt:* pro *augures rem detulerunt ad senatum:* *de Off. 3, 31. *Iuravit, hoc coactus terrore Pomponius. Rem ad populum* DETULIT.

DENS, *ein Zahn*, (1) in GENUINUS, *von der Backe.* Pers. 1, 114. *Secuit Lucilius urbem, te Lupe, te Muti, et genuinum fregit in illis:* pro *genuinum dentem.*

[(2) In MAXILLARIS, COLUMELLARIS, CANINUS. Plin. H. N. 11, 37.]

(3) In MOLARIS, *von der Backe.* Iuvenal. 5, 160. *Pressoque diu stridere molari:* pro *de dente molari:* 13, 212. *Interque molares difficili crescente cibo:* pro *molares dentes.*

DEPRECATIONES, *Verwünschungen*, in DIRAE, *schreckliche.* Horat. Epod. 5, 89. *Diris agam vos:* pro *diris deprecationibus.* Liv. 40, 5. *Huius atrocitas facinoris novum velut flammam regis invidiae adiecit, ut vulgo ipsum liberosque eius exsecrarentur, quae dirae brevi ab omnibus Diis exauditae, ut saeviret ipse in suum sanguinem, effecerunt:* pro *dirae deprecationes.* *Plin. 28, 2. *Defigi quidem diris* DEPRECATIONIBUS *nemo non metuit.*

DESIDERIUM, *Mangel*, in FERRE NON POSSE, *nicht ertragen können.* Terent. Eun. 1, 1, 8. *Indicans te amare, et ferre non posse.* Cic. Tusc. 2, 17. *Subduc cibum unum diem athletae; Iovem Olympium, eum ipsum, cui se exercebit, implorabit, ferre non posse, clamabit:* pro *desiderium ferre non posse:* *Philipp. 10, 14. DESIDERIUM *diutius civitas ferre non potest.*

DESUM, *fehlen*, (1) in HOC ETIAM, *dies auch.* Terent. Eun. 5, 8, 51. *Praeterea hoc etiam, quod ego vel primum puto:* pro *hoc etiam deest*, ut Donatus observat.

(2) In TANTUM QUOD, *nur dass.* Cic. Verr. 1, 45, 116. *Componit edictum iis verbis, ut quivis intelligere possit, unius hominis causa conscriptum esse: tantum quod hominem non nominat: causam quidem totam perscribit:* ibid. 3. *Tantum quod oratoribus Metellus obsides non dedit:* pro *tantum defuit, quod.*

DEUS, DEA, *Gott, Göttin*, in POTENS, *mächtig*, cum genitivo casu. Serenus Samm. de Med. 3. *Tuque* (Aesculapi) *potens artis, reduces qui tradere vitae nosti — huc ades:* Nemesian. 2, 56. *Et nemorum Silvane potens:* pro *deus potens.* Virg. G. 1, 26. *Te maximus orbis auctorem frugum, tempestatumque potentem accipiat:* pro *potentem deum.* Horat. Carm. Sec. 1. *Phoebe, silvarumque potens Diana:* pro *potens dea:* *Od. 1, 5, 15. *Me tabula sacer votiva paries indicat uvida suspendisse potenti vestimenta maris* DEO. Virg. Aen. 3, 528. DI *maris, et terrae, tempestatumque potentes.*

DICO, *sagen*, I. in verbis quibusdam, ut (1) in AUDERE, *wagen.* Virg. Ecl. 3, 16. *Quid domini faciant, audent quum talia fures:* pro *audent dicere talia.* Iuvenal. 2, 1. *Ultra Sauromatas fugere hinc libet — quoties aliquid de moribus audent, qui Curios simulant, et Bacchanalia vivunt:* pro *aliquid de moribus dicere audent.*

(2) In Cavere, *sich hüten*. Plaut. Asin. 1, 1, 15. *Cave mihi mendacii quicquam*: Mil. Glor. 4, 1, 20. *Cave mendacium*. Terent. Andr. 1, 5, 65. *Verbum unum cave de nuptiis*: pro *cave dicas*, ut Donatus observat.

(3) In Cedo, *bitte*. Cic. de Div. 2, 246. *Cedo tandem qui sit ordo, aut quae concursatio somniorum*: Att. 9, 21. *Ingemuisti? certe, cedo reliqua*. Terent. Andr. 2, 3, 9. *Cedo igitur, quid faciam, Dave?* Heaut. 2, 3, 91. *Age, age, cedo istuc tuum consilium*: 4, 1, 49. *Nomen mulieris cedo quod sit*: pro *cedo dic*: * Andr. 4, 5, 24. *Cedo, cuius puerum hic apposuisti*, DIC *mihi*.

(4) In Coepisse, *beginnen*. Virg. Aen. 6, 372. *Talia fatus erat, coepit quum talia vates*. Tacit. Ann. 1, 41, 5. *Apud circumfusos ita coepit*: 2, 37, 3. *Modo Hortensii — imaginem, modo Augusti intuens, ad hunc modum coepit*. Phaedr. 4, 23, 2. *Musca sic coepit prior*: pro *coepit dicere*.

(5) In Desinere, *aufhören*. Virg. Ecl. 5, 19. *Sed tu desine plura, puer*: pro *desine dicere plura*.

(6) In Incipere, *beginnen*. Virg. Aen. 6, 103. *Incipit Aeneas heros*. Terent. Andr. 1, 5, 50. *Incipit, mi Pamphile*: pro *incipit dicere*, ut Donatus observat. Ovid. Met. 9, 280. *Cui sic incipit Alcmene*: pro *incipit dicere*. Tacit. Ann. 11, 6, 5. *Et postquam annuit tacens, incipiunt*: pro *incipiunt dicere*, vel *effari*. * Virg. Aen. 4, 76. *Incipit* EFFARI *mediaque in voce resistit*.

(7) In Salve, *lebe wohl*. Claudian. N. H. & M. 252. *Blande Mariam Cytherea salutat, salve sidereae proles augusta Serenae*: pro *dicens salve*.

(8) In Velle, *wollen*. Terent. Andr. 1, 1, 7. *Exspecto quid velis*: pro *quid velis dicere*. Plaut. Amph. 1, 3, 44. *Numquid vis? — ut, quum absim, me ames, me tuam absentem tamen*: pro *numquid vis dicere?*

II. In compluribus nominibus, ut (1) in Continuo, *sogleich*. Terent. Phorm. 1, 2, 51. *Ibi continuo Antipho: voltisne eamus visere*: pro *continuo dixit*.

(2) In Fas, *vergönnt*. Lucan. 10, 63. *Terruit illa suo, si fas, Capitolia sistro*: pro *si fas est dicere*: ut Scholiasta observat.

(3) In Haec, *dieses*. Ovid. Met. 14, 198. *Haec, et plura forox*: pro *haec dixit*. Virg. Ecl. 8, 62. *Haec Damon*: G. 4, 528. *Haec Proteus*: Aen. 1, 76. *Aeolus haec*: pro *haec dixit*, ut Servius observat.

(4) In Hic, *hierauf*. Virg. Aen. 6, 509. *Hic Priamides, nihil, o tibi, amice, relictum est*: pro *hic dixit*. Horat. Sat. 2, 8, 16. *Hic herus, Albanum, Maecenas, sive Falernum te magis appositis delectat*.

(5) In Huic, *diesem*. Martial. 6, 78. *Huic herus medicus, bibas caveto: vinum si biberis, nihil videbis*: pro *huic dixit*.

(6) In Mox, *zunächst*. Terent. Adelph. 2, 1, 50. *Mox; cras redi*: pro *mox dicit*.

(7) In Nam, *denn*. Virg. Aen. 2, 188. *Nam, si vestra manus violasset dona Minervae*: pro *nam, dicebat*. Horat. Epist. 1, 15, 2. *Nam mihi Baias Musa supervacuas Antonius*: pro *nam Musa Antonius dicit*.

(8) In Multa, *vieles*. Cic. Att. 6, 9. *Ac ne multa, cognovi ex eo*: 10, 1. *Ne multa, omnes suos caros habet*: pro *ne multa dicam*.

(9) In Nihil, *nichts*. Virg. Aen. 2, 287. *Ille nihil*: pro *nihil dixit*.

Ovid. Met. 5, 30. *Ille nihil contra:* pro *nihil contra dixit.*

(10) In Omnia, *alles.* Terent. Hec. 3, 1, 42. *Interii! cur id mihi non dixti? — Quia non poteram una omnia:* pro *poteram omnia dicere.*

(11) In Palam, *öffentlich.* Tacit. Ann. 2, 72, 2. *Haec palam, et alia secreto:* pro *palam dicebat.* *Cic. Verr. 1, 7. *Etenim ea dicam, quae ille, si commemorari noluisset, non tanto in conventu, tam aperte palamque* dixisset.

(12) In Plura, *mehr.* Cic. Fam. 13, 1. *In quo etiam si peccat, magis ineptiis, quam improbitate peccat: sed ne plura:* pro *ne plura dicam.* Virg. Aen. 6, 407. *Tumida ex ira tum corda residunt; nec plura his:* pro *nec dixit plura.*

(13) In Quid? *was?* Terent. Heaut. 2, 3, 70. *Adducimus tuam Bacchidem — hem! quid? Bacchidem?* pro *quid dicis?* 5, 1, 23. *Quid Syrus meus?* pro *quid dixit.* Virg. G. 1, 111. *Quid, qui — luxuriem segetum tenera depascit in herba:* pro *quid dicam.* Horat. Carm. 2, 18, 23. *Quid, quod usque proximos revellis agri terminos?* pro *quid dicam?* *Terent. Andr. 3, 1, 4. *Sed hic Pamphilus — quid* dicit?

(14) In Quid ita? *warum das?* Terent. Eun. 5, 4, 28. *Quid ita? aut quid factum 'st? cedo:* pro *quid ita dicis?* ut Donatus observat.

(15) In Quid falsi? *was falsches?* Iuvenal. 2, 65. *Quid enim falsi Laronia?* pro *quid falsi dixit.*

(16) In Quid multa? *wozu vieles?* Phaedr. 2, 4, 23. *Quid multa? inedia sunt consumti cum suis.* Plaut. Bacch. 5, 2, 43. *Quid multa? ego amo.* Cic. de Orat. 1, 230. *Quid multa? pedem nemo in illo iudicio supplosit:* pro *quid multa dicam?* *Terent. Eun. 3, 2, 43. *Quid tibi ego multa* dicam? *domini similis es.*

(17) In Quicquam, *irgend etwas.* Terent. Heaut. 5, 1, 23. *Ne is quidem quicquam? — Nihil:* pro *quicquam dixit.*

(18) In Quorsum, *wozu?* Horat. Sat. 2, 3, 201. *Rectum animi servas? quorsum?* pro *quorsum dicis?* Terent. Adelph. 1, 2, 20. *Quorsum istuc? — Quia tu, Demea, haec male iudicas:* pro *quorsum istuc dicis?* ut Donatus observat.

(19) In Recte, *wohl.* Terent. Adelph. 5, 9, 40. *Sino. habeat; in istac finem faciat, — istuc recte:* Heaut. 3, 2, 27. *Ego vero laudo — recte sane:* pro *recte dicis,* vel *putas:* *Andr. 2, 2, 26. *Id gaudeo — recte* dicis: 1, 1, 114. *Honesta oratio est — recte* putas.

(20) In Salutem, *Gruss.* Cic. Tusc. 5, 90. *Anacharsis Hannoni salutem:* Att. 5, 17. *Cicero Attico salutem:* pro *salutem dicit.* *Plaut. Bacch. 4, 4, 82. *Mnesilochus salutem* dicit *suo patri.* Martial. 12, 11. *Parthenio* dic *musa tuo nostroque salutem.*

(21) In Simpliciter, *einfach.* Phaedr. 3, 7, 7. *Canis simpliciter; eadem est conditio tibi:* pro *simpliciter dixit.* *Mart. 14, 215. Dic *mihi simpliciter, comoedis et citharoedis fibula quid praestat?*

DICOR, *gesagt werden,* (1) in Nefas, *unerlaubt.* Virg. Aen. 8, 687. *Et ultima secum Bactra vehit, sequiturque, nefas! Aegyptia coniux:* 10, 673. *Quosque, nefas! omnes infanda in morte reliqui:* pro *nefas dictu:* *3, 365. *Sola novum* dictuque *nefas Harpyia Celaeno prodigium canit.*

(2) In Satis de, *genug von.* Cic. Att. 6, 9. *Quare de hoc satis:* pro

satis dictum sit. Nepos 7, 11, 6. *Sed satis de hoc: reliquos ordiamur:* pro *satis dictum est de hoc.*

DICTUM, *ein Spruch*, I. in adiectivis, ut (1) in COLLECTANEA, *eine Sammlung.* Gell. 4, 14. *Liber collectaneorum:* pro *collectaneorum dictorum.* * Sueton. Caes. 56. *Item* DICTA *collectanea.*

(2) In TALIA, *solche.* Virg. Aen. 1, 374. *Quaerenti talibus ille suspirans:* pro *talibus dictis*, vel *verbis:* *4, 92. *Talibus aggreditur Venerem Saturnia* DICTIS. Ovid. Met. 2, 783. *Talibus adfata est breviter Tritonia* DICTIS: 15, 779. *Talia nequicquam toto Venus anxia coelo* VERBA *iacit.*

II. In nominibus possessivis, ut (1) in CAECILIANUM, *von Caecilius.* Seneca Ep. 113. *Non possum hoc loco dicere illud Caecilianum; o tristes ineptias!* pro *Caecilianum dictum.*

(2) In CASSIANUM, *von Cassius.* Cic. Orat. pro Mil. 12. *Itaque illud Cassianum, cui bono fuerit, in his personis valeat:* pro *Cassianum dictum.*

(2) In CATONIANUM, *von Cato.* Seneca Ep. 119. *Paratum tibi creditorem daho, Catonianum illud — quantulumcumque est, satis erit, si quicquid deerit, id a nobis petierimus:* pro *Catonianum dictum.*

(4) In HESIODIUM, *von Hesiodus.* Cic. Brut. 15. *Illud Hesiodium laudatur a doctis, quod eadem mensura reddere iubet, qua acceperis:* pro *Hesiodium dictum.*

(5) In PYTHAGORICUM, *von Pythagoras.* Boëth. 1 de Cons. Prosa 4. *Instillabas auribus cogitationibusque cotidie meis Pythagoricum illud:* pro *Pythagoricum illud dictum.*

(6) In VIRGILIANUM, *von Virgil.* Quintil. 1, 3. *Habendumque in animo semper illud Virgilianum:* pro *Virgilianum dictum.*

DIES, *Tag*, I. in compluribus verbis, ut (1) in ADVESPERASCIT, *wird spät.* Terent. Andr. 3, 4, 1. *Iam advesperascit.* Plin. 7, 52. *Deinde quum advesperavisset.* Cic. Verr. 4, 65, 147. *Quum iam advesperasceret, discessimus:* pro *advesperasceret dies.*

(2) In DILUCESCIT, *bricht an.* Cic. Cat. 3, 3, 6. *Ipsi comprehensi ad me, quum iam dilucesceret, deducuntur.* Liv. 36, 24. *Iam dilucescebat, quum signum consul dedit:* pro *dilucescebat dies.*

(3) In ILLUCET, vel INLUCET, *bricht an.* Liv. 1, 28. *Ubi illuxit, paratis omnibus, — vocari ad concionem — iubet:* pro *illuxit dies*, vel *aurora.* *Seneca Here. Oet. 60. *Illuxit* DIES. Curt. 3, 6, 8. *Inluxit* DIES. Plaut. Poen. 1, 2, 9. *Postquam* AURORA *illuxit.*

(4) In LUCIT, LUCESCIT, *bricht an.* Cic. pro Rosc. 34, 97. *Nondum lucebat, quum Ameriae scitum est:* Verr. 5, 94. *Lucebat iam fere:* pro *lucebat dies.* Liv. 4, 28. *Et iam lucescebat, omniaque sub oculis erant:* pro *lucescebat dies.*

(5) In VESPERASCIT, *geht gegen Abend.* Terent. Heaut. 2, 3, 7. *Et vesperascit, et non noverunt viam:* pro *vesperascit dies*, vel *coelum.* *Tacit. Hist. 2, 49, 3. *Vesperascente* DIE, *sitim haustu gelidae aquae sedavit.* Nepos 10, 3, 5. *Ut vesperascente* COELO, *Thebas possent pervenire.*

II. In numeralibus, ut (1) in SEPTIMUS, *der siebente.* Plin. 11, c. ult. *Homini non utique septimo letalis inedia:* pro *septimo die.* *Curt. 10, 10, 9. *Septimus* DIES *erat, ex quo corpus regis iacebat in solio.*

(2) In Tertius, *der dritte*. Tacit. Ann. 12, 69, 1. *Tertium ante idus octobris foribus palatii repente diductis*: pro *tertium diem*. *Plin. Ep. 4, 27. *Tertius* dies *est, quod audivi*.

(3) In Undecimus, *der elfte*. Plin. 11, c. ult. *Durasse et ultra undecimum plerosque certum est*: pro *ultra undecimum diem*.

III. In compluribus adiectivis, ut (1) in Alternus, na, *einer nach dem andern*. Scribon. 81. *Hoc medicamentum solvitur tertio quartove die, si non suppuraverint strumae: sed si apertae fuerint, hieme alternis, aestate cotidie*: pro *alternis diebus*.

(2) In Crastinus, *der morgende*. Gell. 2, 29. *Crastino seges non metetur*: pro *crastino die*. Nepos 16, 3, 2. *In crastinum differo res severas*: pro *in crastinum diem*. [* Cic. Att. 15, 8. *Aliquid crastinus* dies *ad cogitandum*. M. R.]

(3) In Extremus, *der letzte*. Cic. de Amic. 10, 33. *Nihil difficilius esse dicebat, quàm amicitiam usque ad extremum vitae permanere*: pro *extremum diem*. *Sil. Ital. 3, 135. *Extremumque* diem *primus tulit*.

(4) In Festus, *heilig*. Afranius Privigno. *Festis promiscue, atque profesto, concelebras focum*: pro *festis diebus*. Ovid. Her. 16, 92. *Addidit ad festos hunc quoque Troia diem*: pro *festos dies*. *Colum. 2, 22, 1. *Exercere quae licitum sit* diebus *festis*. Virg. G. 1, 268. *Festis quaedam exercere* diebus *fas et iura sinunt*. Lucr. 5, 1166. *Horror — festis cogit celebrare* diebus.

(5) In Hesternus, *gestrig*. Auson. Epigr. 74. *Alcon hesterno signum Iovis attigit*: pro *hesterno die*. *Catull. 48, 1. *Hesterno* die *lustimus*. Cic. pro Quint. 33. *Quod hesterno* die *fecerunt*.

(6) In Hodiernus, *heutig*. Seneca Ep. 1. *Sic fiet, ut minus ex crastino pendeas, si hodierno manum iniecerit*: pro *hodierno die*. * Cic. Cat. 3, 6, 20. *Neque a nobis ante hodiernum* diem *collocaretur*.

(7) In Natalis, *Geburtstag*. Ovid. Her. 11, 111. *Nate — natali dilacerate tuo*. Mart. 9, 54. *Natali tibi, Quinte, tuo dare parva volebam munera*: pro *natali die*. *Plaut. Curc. 5, 2, 56. *Quem ego tibi misi natali* die. Cic. Att. 9, 4. *Natali* die *tuo scripsisti epistolam ad me plenam consilii*.

(8) In Perendinus, *übermorgen*. Plaut. Trin. 5, 2, 65. *Tu in perendinum paratus sis*: pro *in perendinum diem*.

(9) In Posterus, *der folgende*. Tacit. Ann. 4, 45, 4. *Quum postero ad quaestionem retraketur*: pro *postero die*: *Hist. 1, 26, 2. *Postero idusum* die. Scribon. 56. *Postero* die, 271. *In postero* die. Curt. 6, 8, 15. *In* diem *posterum*.

(10) In Profestus, *nicht heilig*. Afranius Privigno. *Atque profesto concelebras focum*. Plaut. Aul. 2, 8, 10. *Profesto egere liceat, nisi peperceris*: pro *profesto die*. *Plin. 18, 6. *Qui profestis* diebus *ageret*. Liv. 34, 3. Diebus *profestis*.

(11) In Proximus, *der nächste*. Cic. Att. 4, 17. *Ab Q. Fratre accepi literas datas a litoribus Britanniae, proximo*: pro *proximo die*. Curt. 4, 10, 1. *In proximum deinde iter pronuntiari iussit*: pro *in proximum diem*. * Cic. Tusc. 4, 64. Die *primo et proximo*.

(12) In Ultimus, *der letzte*. Curt. 3, 12, 18. *Ad ultimum vitae perseverare potuisset*: pro *ad ultimum diem*.

DIGITUS, *Finger*, in MINIMUS, *kleinste*. Horat. Sat. 1, 4, 14. *Ecce Crispinus minimo me provocat:* pro *minimo digito*, ut Acro observat.

[In AURICULARIS, ANNULARIS, MEDICUS, INFAMIS. Pers. 2, 33. *Infami digito et lustralibus ante salivis expiat.*]

DII, *Götter*, I. in verbis quibusdam, ut (1) in DENT! *geben!* Plaut. Poen. 1, 1, 10. *O multa tibi dent bona!* pro *di dent:* *3, 3, 53. DI *Deaeque vobis multa bona dent:* 73. *Multa tibi* DI *dent bona.*

(2) In OBSECRO, *bitte*. Terent. Phorm. 5, 1, 27. *Quid? duasne is uxores habet? — Au! obsecro:* pro *obsecro deos.*

II. In compluribus adiectivis, ut (1) in INFERI, *unterirdisch*. Cic. de Inv. 1, 29, 46. *Probabile est — impiis apud inferos poenas esse praeparatas.* Seneca Agam. 4. *Fugio Thyestes inferos.* Vell. Pat. 2, 48, 2. *Quam — magnitudinem illibatam detulit ad inferos:* pro *inferos deos.* *Terent. Phorm. 4, 4, 6. *Te — omnes* DI *— inferi — perdant.* Liv. 31, 31. DII *inferi.*

(2) In MANES, *oberen und unteren*. Seneca Herc. F. 1255. *Manibus aut aris nocens:* pro *diis manibus:* Hipp. 1240. *Ne metue, qui manes regis:* pro *deos manes.* Tibull. 2, 7, 19. *Ne tibi neglecti mittant nova somnia manes:* pro *dii manes.* * Cic. de Leg. 2, 9, 22. DEORUM *manium iura sancta sunto.* Phaedr. 1, 27, 4. *Violarat quia* DEOS *manes.* Lucr. 6, 764. *Ducere forte* DEOS *maneis inferne reamur.*

(3) In PENATES, *Hausgötter*. Tibull. 1, 3, 33. *At mihi contingat patrios celebrare penates.* Virg. Aen. 1, 704. *Flammis adolere penates:* pro *deos penates.* *Ovid. Her. 7, 77. *Quid puer Ascanius? quid* DI *meruere penates?* Terent. Phorm. 2, 1, 81. *Ego* DEOS *penates hinc salutatum domum devortar.*

(4) In SUPERI, *oberen*. Horat. Carm. 1, 6, 16. *Par superis:* pro *superis diis.* Lucan. 9, 579. *Superos quid quaerimus ultra?* Iuvenal. 13, 75. *Superos contemnere testes:* pro *superos deos.* *Liv. 31, 31. DII *superi inferique.* Horat. Ep. 2, 1, 138. *Carmine* DI *superi placantur.* Seneca Tro. 1004. *Maculate superos caede funesta* DEOS.

DIMICARE, *fechten*, in CIRCUM, *ringsum*. Virg. Aen. 11, 655. *At circum lectae comites, Larinaque virgo:* pro *circum dimicant*, ut Servius observat.

DIRAE, *Flüche*, in DEVOVERE, *verwünschen*. Ovid. Her. 2, 12. *Thesea devovi, quia te dimittere nollet:* pro *devovi diris:* 93. *Devoveo teque tuosque:* pro *devoveo diris:* Met. 13, 329. *Licet — meumque devoveas sine fine caput:* pro *devoveas diris:* Her. 6, 164. *Vivite devoto femina virque toro:* pro *devoto diris.* Horat. Od. 3, 4, 26. *Devota non extinxit arbor:* pro *devota diris.*

DIRUM, INFAUSTUM, vel **SINISTRUM**, *unglücklich*, in OMEN, *Wahrzeichen*. Virg. Aen. 2, 190. *Quod di prius omen in ipsum convertant:* pro *omen dirum*, vel *infaustum*, vel *sinistrum.* * Ovid. Met. 5, 550. *Ignavus bubo,* DIRUM *mortalibus omen:* 6, 448. INFAUSTO *committitur omine sermo:* Her. 13, 49. *Di, precor, a nobis omen removete* SINISTRUM.

DISCEDO, vel **EXCEDO**, *abweichen*, in TRANSVERSUM UNGUEM, *einen Finger breit.* Cic. Fam. 7, 25. *Nec transversum unguem, quod aiunt, a stilo:* pro *transversum unguem discedas*, vel *excedas:* *Acad. 4, 18, 58. *Ab hac regula mihi non licet, transversum, ut aiunt, digitum,* DISCEDERE: Att. 12, 29. *In omni vita sua quemque a recta conscientia transversum unguem non oportet* DISCEDERE. Plaut. Aul. 1, 1, 18. *Si tu hercle ex isthoc loco digitum transversum, aut unguem latum,* EXCESSERIS.

DISCIPLINA, *Wissenschaft.* in MATHEMATICA, *die Mathematische.* Sueton. Tib. 69. *Circa deos ac religiones negligentior, quippe addictus mathematicae, persuasionisque plenus, cuncta fato agi:* pro *mathematicae disciplinae.* Seneca Ep. 88. *Mathematica, ut ita dicam, superficiaria est, in alieno aedificat.* *Vitr. 1, 1. *Mathematicae* DISCIPLINAE.

DIVERSORIUM, *Haus*, in MERITORIUM, *liederlich.* Firmicus 6, 31. *Si autem iis Veneris accesserit stella, illustribus viris de meritorio detracta mulier coniugali gratia copulatur:* pro *meritorio diversorio:* ibid. *Eritque in publicis meritoriis prostituta:* pro *meritoriis diversoriis.*

DIVITIAE, *Reichthümer*, in POTENS, *mächtig.* Phaedr. 1, 24, 1. *Inops, potentem dum vult imitari, perit.* Horat. Od. 2, 18, 12. *Nec potentem amicum largiora flagito:* pro *potentem divitiis.* *Liv. 1, 34. *Lucumo, vir impiger, ac* DIVITIIS *potens, Romam commigravit.*

DIVULGARI, *sich verbreiten*, in HINC, *daher.* Tacit. Hist. 2, 25, 6. *Hinc per omnem aciem miraculum:* pro *hinc divulgatum est.*

DO, *geben*, I. in verbis quibusdam, ut (1) in CEDO, *bitte*, cum accusativo casu. Plaut. Most. 1, 3, 150. *Cedo aquam manibus:* Mil. Glor. 4, 1, 33. *Loquere, et consilium cedo*, 4, 2, 28. *Cedo te mihi solae solum.* Terent. Heaut. 3, 1, 84. *Cedo dextram:* pro *cedo da.*

(2) In ORARE, *bitten.* Terent. Andr. 3, 2, 48. *Orabo gnato uxorem:* pro *orabo ut det gnato*, ut Donatus observat.

(3) In VELLE, *wollen.* Ovid. Met. 7, 35. *Cur non tauros exhortor in illum, terrigenasque feros, insopitumque draconem? Di meliora velint!* pro *velint dare.*

II. In compluribus nominibus, ut (1) in ARGENTUM FOENORI, *Geld auf Zinsen.* Plaut. Most. 3, 1, 1. *Scelestiorem ego annum, argento foenori, nunquam ullum vidi:* pro *argento foenori dato:* *3, 1, 6. *Qui* DEDIT *argentum foenori.*

(2) In DICTA, *Worte.* Virg. Aen. 1, 81. *Haec ubi dicta:* pro *dicta dedit*, ut Servius observat: *2, 790. *Haec ubi dicta* DEDIT, *lacrimantem — deseruit.*

(3) In MELIORA, *bessere Dinge.* Cic. Philipp. 8, 3. *Ergo habet Antonius, quod suis polliceatur? quid nos? num quid tale habemus? di meliora!* Virg. G. 3, 513. *Di meliora piis, erroremque hostibus illum!* pro *di meliora dent, duint*, vel *faciant, faxint, ferant*, vel *velint.* *Terent. Phorm. 5, 9, 16. *Mi homo! di melius* DUINT. Plaut. Cas. 4, 3, 14. *Di melius* FACIANT! Merc. 2, 2, 14. *Di melius* FAXINT. Tibull. 3, 4, 1. *Di meliora* FERANT!

(4) In QUO, *wozu*, cum accusa-

tivo casu. Horat. Ep. 1, 5, 12. *Quo mihi fortunam, si non conceditur uti:* pro *quo mihi data est fortuna.* Cic. Fam. 7, 23. *Martis vero signum quo mihi?* Phaedr. 3, 18, 9. *Quo mi, inquit, mutam speciem, si vincor sono?* pro *quo dii dederunt mihi.*

(5) In VERBA, *Worte*, in DARE, *geben*, pro *betrügen.* Pers. 3, 19. *An tali studeam calamo? cui verba? quid istas succinis ambages?* pro *verba das?* * Ovid. Her. 16, 237. *Nec tibi verba* DAMUS. Terent. Andr. 1, 3, 6. *Cui verba* DARE *difficile est.*

DOCEO, *lehren*, in SUS MINERVAM, *eine Sau die Minerva.* Festus. *Sus Minervam, in proverbio est, ubi quis id docet alterum, cuius ipse inscius est:* pro *sus Minervam docet.* Cic. Fam. 9, 18. *Etsi sus Minervam:* pro *Minervam doceam:* * de Orat. 2, 73, 233. *Et* DOCEBO *sus*, (*ut aiunt*,) *oratorem eum.*

DOLOR, *Schmerz*, (1) in DIFFERRI, *gequält werden.* Plaut. Cist. 2, 1, 5. *Miser examinor, feror, differor:* pro *differor doloribus.* * Terent. Adelph. 3, 4, 40. *Miseram me! differor* DOLORIBUS.

(2) In DISCRUCIARI, *sehr leiden*, cum genitivo. Plaut. Aul. 1, 2, 27. *Discrucior animi, quia ab domo abeundum est mihi.* Terent. Adelph. 4, 4, 1. *Discrucior animi: hoccine de improviso mali mi obiici tantum:* pro *discrucior animi dolore.*

DOLUS, *List*, in DUCTARE, *herumführen.* Plaut. Men. 4, 3, 29. *Nisi feres argentum, frustra me ductare non potes:* pro *ductare dolis:* * Capt. 3, 4, 109. *Deartuatus sum miser huius scelesti technis, qui me, ut lubitum est, ductavit* DOLIS.

DOMICILIUM, *Aufenthalt*, in HABERE, *haben.* Cic. S. Rosc. 46. *Qui in Brutiis habent:* pro *habent domicilium.* Digest. 8. tit. 2. *Quidam Iberus, qui habet post horrea mea.* Plaut. Aul. Prol. 5. *Qui nunc hic habet:* Bacch. 1, 2, 6. *Quis istic habet?* pro *habet domicilium?* Pseud. 2, 2, 3. *Ubi ille habuit leno:* pro *habuit domicilium.* Varro L. L. 4, 8. *Cispius mons, ubi aeditumus habere solet:* pro *habere domicilium.* * Cic. pro Arch. 4. DOMICILIUM *Romae habuit.*

DOMUS, *Haus*, I. in adiectivis nominibus, (1) in FLAMINIA, das Haus des Flamen. Gell. 10, 15. *Ignem e Flaminia, id est, Flaminis Dialis* DOMO, *nisi sacrum, efferri ius non est.*

(2) In PATRIA, *väterlich.* Virg. Ecl. 1, 3. *Nos patriam fugimus.* Cic. Somn. Scip. 4. *Qui patriam conservaverint:* pro *patriam domum*, vel *sedem, tellurem, terram.* * Solin. c. 22. *Relicta* DOMO *patria.* Virg. Aen. 3, 85. *Da patriam Thymbraee* DOMUM, *da moenia fessis.* Curt. 3, 7, 11. *Exsilium patria* SEDE *mutaverat.* Seneca Hipp. 1148. SEDIS *patriae videt hospitium:* Troad. 602. *Et patria* TELLUS *Hectorem leviter premat.* Virg. Aen. 6, 508. *Patria decedens ponere* TERRA. Lucr. 2, 641. *Patriam defendere* TERRAM.

(3) In REGIA, *königlicher Pallast.* Ovid. Met. 2, 1. *Regia solis erat sublimibus alta columnis:* Trist. 3, 1, 30. *Hic fuit antiqui regia parva Numae:* pro *regia domus*, vel *sedes.* * Iustin. 16, 1, 15. *Cassandrum vero patrem extinctorem regiae* DOMUS, *non*

foeminis, non pueris pepercisse. Seneca Hipp. 666. *Supplex iacet allapsa genubus regia proles* DOMUS: Herc. Oet. 484. *Est in remoto regiae* SEDIS *loco — specus.*

II. In verbis quibusdam, ut (1) in DEDUCI, *geführt werden.* Plaut. Cas. 2, 7, 34. *Hic ipsus Casinam deperit — iam hercle amplexari, iam osculuri gestio — sine prius deduci*: pro *deduci domum.* Cic. Verr. 3, 34. *Tertia Isidori mimi filia deducta*: pro *deducta domum.* *Terent. Hec. 1, 2, 60. *Ut ad pauca redeam, uxorem deducit* DOMUM.

(2) In DUCERE UXOREM, *eine Frau führen: heirathen.* Terent. Adelph. 5, 3, 25. *Et me tum uxorem credidisti scilicet ducturum*: pro *ducturum domum*: 5, 4, 13. *Duxi uxorem*: pro *duxi domum*: *3, 4, 27. *Iurans se illam ducturum* DOMUM: Phorm. 2, 1, 68. *Qua ratione inopem potius ducebat* DOMUM. Plaut. Aul. 2, 1, 28. *Volo te uxorem* DOMUM *ducere.*

(3) In EGREDI, *ausgehn.* Terent. Heaut. 1, 1, 15. *Nunquam tam mane egredior*: pro *egredior domo.*

(4) In EXTRUDERE, *heraustreiben.* Terent. Hec. 1, 2, 98. *Pamphilum extrudit pater.* Plaut. Merc. Argum. 1. *Mercatum a se dum filium extrudit pater*: pro *extrudit domo*: *2, 3, 22. *Iam hinc olim invitum* DOMO *extrusit ab sese.*

DONUM, *Geschenk, Opfer*, I. in CUMULARE, *aufhäufen.* Tibull. 2, 5, 6. *Dum cumulant aras, ad tua sacra veni*: pro *cumulant donis*, vel *lancibus.* *Virg. Aen. 11, 50. *Fors et vota fecit, cumulatque altaria* DONIS: 12, 214. *Viscera vivis eripiunt, cumulantque* — LANCIBUS *aras.*

II. In compluribus adiectivis, ut (1) in APOPHORETA, in conviviis dari solita, quae convivae domum sumebant. Petron. 60. *Dum haec apophoreta iubemur sumere*: 56. *Puer super hoc positus officium apophoreta recitavit*: pro *apophoreta dona.* *Symmach. 2, 81. *Filius noster Symmachus, peracto munere candidati, offert tibi* DONA *apophoreta.*

(2) In AROMATICUM, *Weihrauch.* Spartian. Hadr. 19. *In honorem socrus suae aromatica populo donavit*: pro *aromatica dona.*

(3) In LAUTIA, quae Romani legatis principum dabant, vel principibus ipsis, ut publico sumtu laute viverent. Liv. 35, 23. *Aedes liberae Attalo ac lautia decreta*: pro *lautia dona.* Apul. Met. 9. p. 183, 32. *Sed mihi, ne rudimentum servitii perhorrescerem, novus dominus loca et lautia prolixe praebuit*: pro *lautia dona.*

(4) In MISSILIA, quae ab Romanis imperatoribus populo praeberi solebant. Seneca Ep. 74. *Sollicitus missilia eius exspectat.* Sueton. Dom. 4. *Die proximo omne genus rerum missilia sparsit*: pro *missilia dona.*

DUCO, *führen*, in nominibus quibusdam, (1) in LEGIONES, *Regimenter*, cum accusativo loci. Cic. Att. 6, 9. *Quo die, ut scribis, Caesar Placentiam legiones quatuor*: pro *Placentiam ducturus erat legiones.*

(2) In PEDES, *Füsse.* Virg. Ecl. 9, 1. *Quo te, Moeri, pedes?* pro *pedes ducunt, ferunt*, vel *rapiunt.* *Plin. 7, 5, 1. DUCUNT *ad diaetam tuam ipsi me, ut verissime dicam, pedes.* Horat. Epod. 16, 21. *Ire, pedes quocunque* FERENT: Carm. 3, 11, 49. *I, pedes quo te* RAPIUNT.

DUCTO, *herumführen*, in Dolis, *mit List*. Plaut. Pseud. 4, 1. *O hominem lepidum! te quoque etiam dolis:* pro *dolis ductabo:* *Capt. 3, 4, 108. *Deartuatus sum miser huius scelesti technis, qui me, ut lubitum est,* DUCTAVIT *dolis.*

DUM, *wenn*, in Modo, *nur*. Tacit. Ann. 2, 14, 6. *Modo se patris, patruique vestigia prementem iisdem in terris victorem sisterent.* Terent. Phorm. 1, 2, 9. *Scies, modo ut tacere possis:* pro *dummodo.* *Tibull. 1, 1, 57. *Tecum* DUM *modo sim, quaeso segnis, ineresque vocer.* Iuvenal. 8, 269. *Malo pater tibi sit Thersites,* DUM *modo tu sis Aeacidae similis.*

E.

E EX

E, vel EX, *von, durch, mit, aus, nach*, I. in adiectivis cum ablativo casu, ut (1) in Aeger, *krank*. Cels. 3, 6. *Aeger fluore:* pro *ex fluore.* Cic. Cat. 1, 11, 31. *Aeger morbo gravi:* pro *ex morbo.* *Liv. 26, 8. *Aeger* EX *vulnere.*

(2) In Artus, *gepasst*. Lucr. 3, 857. *Qui coetu, coniugioque corporis, atque animae consistimus uniter apti:* pro *e coetu coniugioque — apti:* *851. *Quibus* E *sumus uniter apti.* Cic. Tusc. 5, 25. *Quum rerum causas alias* EX *aliis aptas, et necessitate nexas videt.*

II. In substantivis cum ablativo alius substantivi. Propert. 2, 31, 11. *Auro solis erat supra fastigia currus:* pro *ex auro — currus.* Virg. Aen. 5, 662. *Furit — Vulcanus transtra per, et remos, et — abiete puppes:* 1, 448. *Gradibus surgebant limina, nexaeque aere trabes:* pro *ex aere trabes:* *Ecl. 6, 19. *Iniiciunt ipsis* EX *vincula sertis:* Aen. 4, 138. *Cui pharetra* EX *auro.* Ovid. Her. 3, 31. *Operoso* EX *aere lebetes:* Met. 7, 240. *Statuitque aras* E *cespite binas.* Cic. Brut. 73, 257. *Minervae signum* EX *ebore.*

III. In ablativis quibusdam, ut (1) in Commodo, *bequemlich*. Cic. Fam. 1, 1. *Quod commodo rem facere possis.* Seneca Ep. 70. *Quumque commodo mori non licuisset:* pro *ex commodo.* *Colum. 6, 2, 14. Ex *commodo.*

(2) In Composito, *verabredet*. Nepos 14, 6, 6. *Mala fide compositoque fecisse.* Terent. Phorm. 5, 1, 29. *Composito factum est.* Virg. Aen. 2, 159. *Composito rumpit vocem:* pro *ex composito*, vel *de composito.* *Liv. 1, 9. *Tum* EX *composito orta vis.* Apul. Apol. 273. De *composito.*

(3) In Consuetudine, *gebräuchlich*. Cic. pro Rosc. 15, 44. *Quod consuetudine patres faciunt, id quasi novum reprehendis?* de Fin. 5, 25, 74. *Consuetudine quasi altera natura efficitur:* pro *ex consuetudine.* *Plin. Ep. 1, 2. Ex *consuetudine tua.* Cic. pro Cluent. 62. *Neque in his locis* EX *consuetudine quaerebatur.*

(4) In Contrario, *hingegen*. Nepos 18, 1, 5. *At apud illos*

contrario nemo ad id officium admittitur. Vitr. 1, 8, 1. *Campestribus locis contrario non possunt haberi copiae:* pro *e contrario*, vel *ex contrario.* *Auctor ad Herenn. alicubi. E *contrario confiteri.* Cic. de Orat. 2, 182. Ex *contrario conferre aliqua in adversarios.*

(5) In Destinato, *absichtlich.* Sueton. Caes. 60. *Praelia non tantum destinato, sed ex occasione sumebat:* pro *ex destinato:* *Calig. 43. *Militiam resque bellicas semel attigit, neque* ex *destinato.*

(6) In Iure, *mit Recht.* Iuvenal. 2, 34. *Iure damus poenas:* pro *ex iure*, vel *pro iure.* *Varro L. L. 2, 70. p. 57, 10. *Inde* ex *iure manum consertum vocare.* Gell. 20, 9. *Non* ex *iure manum consertum.* Terent. Adelph. 1, 1, 26. *Non necesse habeo omnia* pro *meo iure agere.*

(7) In Merito, *mit Grund.* Terent. Andr. 3, 2, 51. *Quin eum merito possim cogere.* Cic. Verr. 3, 68. *Quamquam merito sum iratus Metello:* pro *ex merito.* *Ovid. Her. 5, 7. *Leniter,* ex *merito quicquid patiare, ferendum est.*

(8) In Necessitate, *nothwendig.* (Cic.) post Redit. ad Quir. 19. *Belligerandum fuit mihi cum fortuna, fatali aliqua quasi necessitate:* pro *ex necessitate.* *Plin. Ep. 5, 109. *Quum omnes* ex *necessitate facient, quod ego faciebam.*

(9) In Nec opinato, *unvermeint.* Liv. 3, 15. *Propiusque aliud novum malum, nec opinato, exortum est:* pro *nec ex opinato:* *4, 27. *Unde nec* ex *opinato adversum hostem invadat.*

(10) In Ordine, *nach der Reihe.* Ovid. Her. 20, 203. *Ordine fac referas.* Liv. 37, 17. *Omnia exposuit ordine patribus.* Terent. Eun. 5, 4, 48. *Tu isti narra omne ordine:* pro *ex ordine*, vel *in ordine.* *Auctor ad Herenn. 3, 31. *Collocare quaedam* ex *ordine.* Cic. Verr. 4, 143. *Dicere sententiam* ex *ordine.* Virg. Ecl. 7, 29. *Referebat* in *ordine Thyrsis.* Ovid. Met. 8, 189. *Nam ponit* in *ordine pennas.*

(11) In Parte, *theils.* Sueton. Iul. 41. *Dimidia parte.* Plin. 37, 11. *Parte flavus, parte melleus.* Virg. Aen. 8, 682. *Parte alia:* pro *ex parte.* *Quintil. 6, 3, 90. *Pisces* ex *parte adusti et versati.* (Cic.) pro Domo 14, 38. *Dimidia* ex *parte sacerdotes non habebit populus Romanus.* Scribon. 56. Ex *alia parte.*

(12) In Praeparato, *vorbereitet.* Quintil. 4, 2, 58. *Praeparato facere:* pro *ex praeparato.* *Seneca Ep. 11. *Non* ex *praeparato locutus est.* Liv. 28, 29. Ex *praeparato simul omnium rerum terror oculis auribusque est offusus.*

(13) In Praescripto, *nach Vorschrift.* Cic. pro Cluent. 53, 147. *Omnia legum — praescripto fieri videbitis:* pro *ex praescripto.* *Colum. 1, 1. *Neque enim semper eundem, velut* ex *praescripto, habitum gerunt.*

(14) In Sententia mea, *meiner Meinung.* Plaut. Epid. 3, 3, 12. *Fuit conducibile hoc, mea quidem sententia:* pro *ex mea sententia:* *Men. 2, 2, 1. *Bene obsonavi, atque* ex *mea sententia, bonum anteponam prandium pransoribus:* Cist. 1, 2, 8. *Quia sum onusta mea* ex *sententia.*

(15) In Supervacuo, *überflüssig.* Ulpianus in l. At si quis §. Plerique D. de Relig. et Sumt. Fun. *Quod si supervacuo fuerit factum:* pro *ex supervacuo.* *Seneca de Tranq. p. 162. *Aut* ex

supervacuo laboramus. Liv. 2, 37. *Ad praecavendum vel* EX *supervacuo.*

(16) In Tuto, *sicher.* Cic. Fam. 12, 2. *Nec mihi tuto in Senatum venire licet:* de Fin. 2, 26, 82. *Quod sine ea tuto et sine metu vivi non posset.* Ovid. Amor. 2, 2, 65. *Amare tuto:* pro *ex tuto:* *Her. 20, 167. *Tu petis* EX *tuto.*

IV. In verbis quibusdam cum ablativo casu, ut (1) in Agere, *treiben.* Virg. G. 2, 130. *Auxilium venit, ac membris agit atra venena:* pro *membris agit.*

(2) In Bibere, *trinken.* Iuvenal. 2, 95. *Vitreo bibet ille Priapo:* pro *e vitreo,* vel *in vitreo Priapo.* Seneca Hipp. 518. *Bibant auro:* pro *ex auro,* vel *in auro.* Virg. G. 2, 506. *Ut gemma bibat, et Sarrano indormiat ostro:* pro *e gemma,* vel *in gemma.* Iuvenal. 10, 25. *Nulla aconita bibuntur fictilibus:* pro *e fictilibus,* vel *in fictilibus.* *Propert. 3, 3, 26. *Nec bibit e gemma divite nostra sitis.* Seneca Thyest. 453. *Venenum* IN *auro bibitur.*

(3) In Cavare, *höhlen.* Virg. G. 1, 262. *Cavat arbore lintres:* pro *ex arbore.* *Liv. 21, 26. *Novasque alias* (naves) *primum Galli inchoantes cavabant* EX *singulis arboribus.*

(4) In Cedere, *weichen.* Iuvenal. 3, 29. *Cedamus patria:* pro *e, ex patria.* Cic. Att. 9, 12. *Cedere Italia:* pro *ex Italia,* vel *ab Italia,* vel *de Italia.* *Lucr. 3, 219. *Ubi* E *toto corpore cessit.* Cic. pro Mil. 82. *Cedere* EX *civitate.* Virg. Aen. 3, 447. *Neque* AB *ordine cedunt.* Horat. A. P. 258. *Non ut* DE *sede secunda cederet, aut quarta.*

(5) In Deiicere, *herabwerfen, abstürzen.* Cic. pro Sext. 36, 78. *Deiicere templo Magistratus:* pro *de templo:* pro Mur. 79. *Praetura deiectus est:* pro *de praetura,* vel *ex praetura.* *Horat. Sat. 1, 6, 38. *Audes deiicere* E *saxo cives?* Nepos Dio. 4. *Deiicere* EX *superiore parte aedium.* Liv. 5, 21. *Deiectis* EX *muro undique armatis.* Plaut. Stich. 2, 2, 31. *Ego hinc araneas* DE *foribus deiiciam et* DE *pariete.* Cic. Att. 16, 15. *Ex quo mihi videtur — deiectus* DE *gradu.*

(6) In Fluere, *strömen, entstehn.* Ovid. ex Ponto 4, 2, 20. *Carmen vena pauperiore fluit:* pro *ex vena.* Quintil. 5, 14. *Totis vallibus fluere:* pro *ex totis vallibus.* Iul. Obseq. 79. p. 73. *Sanguinis rivi terra fluxerunt:* pro *e terra:* *80. p. 75. *Sanguinis rivi* E *terra fluxerunt.* Cic. de N. D. 3, 19. *Haec omnia* EX *eodem fonte fluxerunt.*

(7) In Fundi, *herausgegossen sein.* Arnob. 1. *Mercurius utero fusus Maiae:* pro *ex utero.* *Lactant. 3, 17. *Locus, in quo quisque est fusus* EX *utero.*

(8) In Pellere, *vertreiben.* Ovid. Her. 1, 109. *Inimicos pellere tectis:* pro *e tectis:* 14, 112. *Regnoque domoque pellimur:* pro *e regnoque domoque.* Plautus alicubi: *Pellere timorem animo.* *Plin. 10, 43. *Pellere* EX *regione.* Cic. de Fin. 1, 43. *Moestitiam* EX *animis pellere:* in Pison. 30. *Quum equites Romani relegarentur, viri boni lapidibus* E *foro pellerentur.*

(9) In Promovere, *vorwärts bewegen.* Phaedr. 4, 24, 28. *Unum promorat vix pedem triclinio:* pro *e triclinio.*

(10) In Reportare, *zurücktragen.* Cic. Att. 4, 17. *Exercitum Britannia reportabant:* pro *e Britannia,* vel *de Britannia.* Virg. G. 1, 275. *Aut atrae massam picis urbe reportat:* pro *ex*

urbe, vel *ab urbe*: Aen. 2, 115. *Adytis haec tristia dicta reportat*: pro *ex adytis*, vel *de adytis*. *Plin. Epist. 3, 7. *Gloriam reportare* EX *proconsulatu*. Cic. de Leg. 3, 18. *Nihil praeter laudem* — EX *hostibus* — *reportandum*: Att. 6, 1. *Si nihil aliud* DE *hac provincia, nisi illius benevolentiam reportassem, mihi id satis esse.*

(11) In RUERE, *stürzen*. Virg. G. 4, 185. *Portis mane ruunt*: pro *e portis*. *Catullus 64, 393. Ex *urbe ruentes*.

(12) In SURGERE, *aufstehn*. Virg. Aen. 3, 513. *Haud segnis strato surgit Palinurus*: pro *e strato*, vel *de strato*: 10, 116. *Solio tum Iupiter* — *surgit*: pro *e solio*, vel *de solio*. Ovid. Met. 9, 701. *Laeta toro surgit*: pro *e toro*, vel *de toro*. *Cic. pro Flacc. 21. *Surgere* EX *accusatorum subsellis*. Propert. 2, 15, 14. E *thalamo surgere*: 2, 26, 24. DE *toro surgere*. Cic. Verr. 4, 65, 147. DE *sella surrexit et abiit*.

EA, *der Ursache*, in PROPTER QUOD, *wegen, dass*. Apul. Apol. 275, 5. *Sustineo non meam modo, verum etiam philosophiae defensionem* — *propter quod* — *patroni* — *multa in me* — *et in philosophos ficta effutierunt*: pro *propterea quod*. *Cic. pro Rosc. 38. *Propter* EA *quod ea non possunt internosci*. Terent. Andr. 1, 1, 11. *Propter* EA *quod servibus liberaliter*.

EFFICIO, *bewirken*, in POSSE, *können*, cum accusativo casu. Nepos 20, 4, 5. *Quod ceteri reges imperio potuerunt*: pro *potuerunt efficere*: 10, 3, 3. *Plato autem tantum apud Dionysium auctoritate potuit*: pro *potuit efficere*. *Cic. de Orat. 2, 26. *Qui nihil potest dignum re* — EFFICERE: ad Q. Fratr. 1, 1. *Caveamus quantum* EFFICERE — *possumus, ut ne quod in nobis insigne vitium fuisse dicatur.*

ELIGO, *wählen*, ante UTRUM VULT, *was er von beiden will*. Terent. Heaut. 5, 5, 14. *An dubitas, Clitipho* — *imo utrum vult*: pro *imo eligat utrum vult*.

EMORIOR, *sterben*, ante SI NON, *wenn nicht*. Terent. Andr. 4, 4, 51. *Ne me attigas, sceleste, si pol Glycerio non omnia haec*: pro *emoriar si pol non*: *Eun. 5, 2, 49. EMORIAR, *si non hanc uxorem duxero*.

EO, *deshalb, dahin*, (1) in QUIA, *weil*. Cic. de Amic. 4. *Ut beate vixisse videar, quia cum Scipione vixerim*: pro *videar eo, quia*: de Fin. 1, 32. *Neque porro quisquam est, qui dolorem ipsum, quia dolor sit, amet*: pro *dolorem ipsum eo, quia*: *Att. 10, 15. *Quia scripseras, te proficisci cogitare*, EO *te haerere censebam*. Plant. Capt. 1, 1, 2. *Iuventus nomen indidit scorto mihi*, EO *quia invocatus soleo esse in convivio*: ibid. 5, 3, 17. Eo *miser sum, quia male illi feci*.

(2) In QUO, *wohin*. Ovid. Met. 13, 215. *Mittor, quo postulat usus*: pro *mittor eo, quo*. Plaut. Curc. 1, 1, 6. *Tamen est eundum, quo imperant*: pro *eundem eo, quo*: *Horat. Ep. 2, 2, 49. *Ibit* EO, *quo vis, qui zonam perdidit*.

(3) In UT, *dass*. Terent. Heaut. 5, 1, 72. *Egone? ut eius animum, qui nunc luxuria, et lascivia diffluit, retundam, redigam, ut quo se vertat, nesciat*: pro *redigam, eo ut*. *Cic. Fam. 16, 1. *Marionem ad te* EO *misi, ut aut tecum ad me quam primum*

venèret: 13, 70. *Haec ad te* EO *pluribus scripsi, ut intelligeres.*

EO, IRE, *gehn,* I. in quibusdam nominibus, (1) in CIRCUM, *ringsum.* Virg. Aen. 3, 65. *Et circum Iliades crinem de more solutae:* pro *et circum eunt.*

(2) In HINC AD, *von hier zu.* Plaut. Bacch. 2, 3, 114. *At ego hinc ad illum, et conveniam quantum potest:* pro *hinc eo ad illum:* Merc. 2, 2, 6. *I tu hinc ad villam.* *Terent. Eun. 3, 5, 32. *Ego, inquit, ad coenam hinc* EO.

(3) In MECUM, *mit mir.* Plaut. True. *Tu ergo hac mecum:* pro *mecum i.* Terent. Andr. 5, 4, 48. *Propero ad filiam: eho mecum Crito:* pro *mecum i.*

(4) In QUO, *wohin.* Terent. Adelph. 2, 1, 36. *Illuc, quaeso, redi, quo coepisti, Aeschine:* pro *quo ire coepisti.*

II. In verbis quibusdam, ut (1) in CONARI OBVIAM, *entgegen versuchen.* Terent. Phorm. 1, 2, 2. *Ate go obviam conabor tibi:* pro *conabor ire obviam,* ut Donatus observat, vel *occurrere obviam.* *2, 1, 23. *Mei fratris video filium mi* IRE *obviam.* Iustin. 1, 6, 13. *Matres et uxores eorum obviam* OCCURRUNT.

(2) In CONTENDERE, *eilen.* Aurel. Vict. Caes. 24, 2. *In Galliam maturrime contendit:* pro *contendit ire.* Val. Flacc. 3, 452. *Vos ego nec Graias unquam contendere ad urbes — velim:* pro *contendere ire.* *Hirt. B. Afr. 87. *Ab Utica proficiscitur, atque in regnum* IRE *contendit.*

(3) In PERGERE, *eilen.* Plaut. Mil. Glor. 4, 6, 52. *Illa ad nos pergit.* Seneca Tro. 1090. *Nec gradu segni puer ad alta pergit moenia:* pro *pergit ire:* Med. 974. *Perge tu mecum comes:* pro *perge tuère.* Aurel. Vict. Vir. Illustr. 22, 2. *Ad navem Romanam perrexit:* pro *perrexit ire.* *Terent. Phorm. 5, 6, 27. *Ad fores suspenso gradu placide* IRE *perrexi.* Seneca Hipp. 1071. *Hac* IRE *pergunt, sequa per scopulos agunt:* Agam. 142. *Quocunque me ira —feret, huc* IRE *pergam.* Gell. 14, 2. *Perge* IRE *ad Phavorinum.*

(4) In PROPERARE, *eilen.* Seneca Herc. Oet. 1053. *Ad vatem properat Dryas:* pro *properat ire:* 1525. *Dic ad aeternos properare manes Herculem:* pro *properare ire.* Terent. Andr. 1, 5, 64. *Obstetricem accerso—propera:* pro *propera ire.* *Plaut. Rud. 4, 6, 19. *Propera* IRE *in urbem.*

EPISTOLA, *ein Brief,* in NOTORIA, *benachrichtigend.* Trebellius in Claud. 17. *Nihil mihi gravius accidit, quam quod notoria tua intimasti:* pro *notoria epistola.*

EQUUS, *ein Pferd,* (1) in ADMISSARIUS, *ein Beschäler.* Plaut. Mil. Glor. 4, 3, 19. *Ad equas fuisti scitus admissarius.* Colum. 6, 36, 4. *Admissarius imponitur equae:* pro *admissarius equus.* *Varro R. R. 2, 7, 1. *Et* EQUOS *emittere incipiam — quos admissarios habeo.*

(2) In BIIUGI, *zwiegespannt.* Virg. Aen. 10, 575. *Interea biiugis infert se Lucagus albis:* pro *biiugis equis:* 586. *Telo admonuit biiugos:* pro *biiugos equos.* *Mart. 1, 13. *Gestatus biiugis Regulus esset* EQUIS.

(3) In CORNIPES, *mit Hornhufen,* Seneca Hipp. 809. *Si dorso libeat cornipedis vehi:* pro *cornipedis equi.* Val. Flacc. 2, 487. *Cadentes — in gramine pascit cornipedes genitor.* Nemesian. 323. *Incipe cornipedes latos agitare per agros:* pro *cornipedes*

equos. *Virg. Aen. 6, 591. *Aere et cornipedum cursu simularat* EQUORUM: 7, 779. *Cornipedes arcentur* EQUI.

(4) In EOUS, *ein Sonnenross.* Virg. G. 1, 288. *Aut quum sole novo terras irrorat eous.* Cinna in Smyrna. *Te matutinus flentem conspexit eous:* pro *eous equus.* *Ovid. Met. 2, 153. *Interea volucres Pyrois, et Eous — solis* EQUI — *himmitibus auras — implent.* Virg. Aen. 2, 417. *Laetus eois Eurus* EQUIS.

(5) In IUGALIS, *ein Wagenpferd.* Claudianus de Raptu Proserp. 2, 318. *Emeritos vertunt ad pascua nota iugales.* Virg. Aen. 7, 276, 280. *Iubet ordine duci — absenti Aeneae currum, geminosque iugales:* pro *iugales equos.*

(6) In QUADRIIUGI, vel QUADRIIUGES, *viergespannt.* Statius Theb. 7. *Quadriiugos atro stimulans Bellona flagello:* pro *quadriiugos equos.* Ovid. Met. 2, 167. *Relinquunt quadriiugi spatium:* pro *quadriiugi equi.* *Virg. Aen. 10, 570. *Quin ecce Niphaei quadriiuges in* EQUOS *adversaque pectora tendit.*

(7) In QUADRUPES, *vierfüssig.* Ovid. Met. 15, 516. *Arrectisque auribus horrent quadrupedes:* pro *quadrupedes equi:* 2, 84. *Nec tibi quadrupedes — in promptu regere est:* pro *quadrupedes equos.*

(8) In SONIPES, *ein Renner.* Statius Theb. 5, 3. *Acrior sonipes.* Seneca Agam. 628. *Tremuitque saepe limine in primo sonipes:* pro *sonipes equus:* Hipp. 1082. *Tum vero pavida sonipedes mente exciti imperia solvunt.*

ERGASTULUM, *Arbeitshaus,* (1) in FULLONIUM, *eines Wäschers.* Ammian. 14. extr. *Fortuna Adramyttenum Andriscum, in fullonio natum, ad Pseudophilippi nomen evexit:* pro *fullonio ergastulo.*

(2) In PISTRINUM, *eine Bäckerei.* Terent. Phorm. 2, 1, 19. *Molendum est in pistrino:* Heaut. 3, 2, 19. *Pistrino dignus:* pro *pistrino ergastulo.*

(3) In TEXTRINUM, *eine Weberei.* Cic. Verr. 4, 103. *Quod tamen isti textrinum per triennium ad muliebrem vestem conficiendam fuit:* pro *textrinum ergastulum.*

ESCA, *ein Essen,* in MERENDA, *zwischen Mittag und Abend.* Plaut. Most. 4, 2, 50. *Eia mastigia, numquid ad merendam istic ero?* pro *merendam escam.*

ETIAM, *auch, selbst,* (1) in NON MODO, SED: vel NON MODO, VERUM: vel NON SOLUM, SED, *nicht nur, sondern.* Cic. Fam. 12, 29. *Non modo te, cui omnia nostra notissima sunt, sed neminem in Pop. Romano arbitror esse, cui sit ignota ea familiaritas, quae mihi cum L. Lamia est:* pro *non modo te — sed etiam neminem:* Tusc. 3, 22. *Ut iisdem malis manentibus, non modo leniatur aegritudo, sed in plerisque tollatur:* pro *non modo leniatur — sed etiam in plerisque:* Verr. 4, 11. *Ecquae civitas est, non modo in provinciis nostris, verum in ultimis nationibus, aut tam libera:* pro *non modo in — verum etiam in:* Fam. 12, 10. *Omnibus negotiis non interfuit solum, sed praefuit.* Varro R. R. 1. *Uva non solum legitur ad bibendum, sed eligitur ad edendum:* pro *non solum — sed etiam.* *Cic. Fam. 6, 13. *Deinde, quod ea de republica semper voluisti atque sensisti, ut non modo quum secunda sperare debeas, sed* ETIAM *si omnia adversa essent:* pro Cael. 19, 45. *Non*

modo agendo, verum ETIAM *cogitando possit sustinere:* de Orat. 2. *Non solum oratione, sed multo* ETIAM *magis vi et dolore.*

(2) In NON, SI, *nicht, wenn.* Terent. Eun. 1, 1, 4. *Redeam? non, si me obsecret.* Cic. Fam. 11, 10. *Non, si Varronis thesauros haberem, subsistere sumtui possem:* pro *non, etiam si.*

(3) In QUIN, *sogar.* Virg. Aen. 10, 23. *Quin intra portas atque ipsis proelia miscent aggeribus murorum:* pro *quin etiam.* *Cic. de Amic. 26, 59. *Quonam enim modo quisquam amicus esse poterit, cui se putavit inimicum esse posse? quin* ETIAM *necesse erit cupere et optare, ut quam saepissime peccet amicus.* Plaut. Poen. 3, 1, 66. *Optime itis, pessime hercle dicitis: quin* ETIAM *decideriut vobis femina in talos velim.*

(4) In SED, *aber.* Quintil. 3. *Decentior equus, cuius adstricta sunt ilia, sed idem velocior:* pro *sed etiam idem.* Gratius 47. *Quam commoda nostro armamenta operi: gravis est tutela sed illis:* pro *sed etiam illis.*

(5) In SI, NON, *wenn, nicht.* Cic. Fam. 13, 74. *Tanta mihi cum eo necessitudo est, familiaritasque, ut si mea res esset, non magis laborarem:* pro *etiam si, — non magis.*

EVENIT, *es ereignet sich*, I. in nominibus quibusdam, ut (1) in CAPITI, *ihnen.* Terent. Hec. 3, 1, 54. *Aliquid tulisse comminiscentur mali: capiti atque aetati illorum!* pro *capiti eveniat.* *Ovid. Her. 20, 129. *In caput haec nostrum dominae periuria quaeso* EVENIANT.

(2) In SI QUID, *wenn etwas.* Terent. Heaut. 3, 2, 43. *Neque eo nunc dico, quo quicquam illum senserim, sed si quid, ne quid:* pro *sed si quid evenerit, ne quid succenseas.*

II. In verbis quibusdam, ut (1) in SPERARE, *hoffen.* Terent. Heaut. 1, 1, 107. *At porro recte spero, et illum tibi salvum adfuturum esse hic:* pro *spero eventurum.*

(2) In VELLE, *wollen.* Terent. Eun. 5, 2, 37. *Equidem pol in eam partem accipioque, et volo:* pro *volo evenire,* ut Donatus observat.

EXCLUDO, *aufschliessen*, in QUAE? *welche?* cum accusativo casu. Terent. Eun. 1, 1, 20. *Egone illam? quae illum? quae me?* pro *quae me exclusit?* vel *quae me sprevit?* ut Priscianus observat Instit. 17.

EXEO, *herausgehn, sich verbreiten*, (1) in FORAS, *zur Thüre.* Plaut. Aul. 4, 4, 1. *Foras, foras, lumbrice, qui sub terra erepsisti modo:* pro *exi foras.* *Terent. Eun. 4, 4, 1. EXI *foras, sceleste.*

(2) In RUMOR, *Gerücht.* Tacit. Ann. 4, 54, 5. *Inde rumor, parari exitium:* pro *rumor exiit, incedit, perstrepuit,* vel *pervasit.* *Nepos 17, 2, 1. *Namque fama* EXIERAT. Tacit. Ann. 6, 23, 4. *Rumor* INCEDEBAT, *fore ut nurui ac nepoti conciliaretur Caesar.* Liv. 24, 11. *Quum* INCREBRESCERET *rumor bellum in Sicilia esse.* Stat. Ach. 2, 76. PERSTREPIT *rumor in aula.* Tacit. Ann. 15, 36, 3. PERVASERAT *rumor ipso tempore flagrantis urbis.*

EXERCITIA, *Uebungen*, (1) in ARITHMETICA, *arithmetische.* Cic. Att. 14, 12. *Accubans apud Vestorium, hominem — in arithmeticis satis exercitatum:* pro *arithmeticis exercitiis.*

(2) In DIALECTICA, *logisch.* Cic.

Att. 14, 12. *Apud — hominem remotum a dialecticis:* de Clar. Orat. 119. *In dialecticis omnem curam consumere:* pro *dialecticis exercitiis.*

(3) In GRAMMATICA, *grammatisch.* Cic. de Orat. 1, 42, 187. *In grammaticis poetarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam sonus:* pro *grammaticis exercitiis.*

(4) In MUSICA, *dichterisch.* Terent. Eun. 3, 2, 24. *Fac in palaestra, in musicis:* pro *musicis exercitiis,* vel *studiis:* *Heaut. Prol. 23. *Repente ad* STUDIUM *se applicasse hunc musicum.*

EXERCITUS, *ein Heer,* (1) in ADMOVERE, *nähern.* Curt. 9, 4, 27. *Iam admovebat rex, quum vates monere eum coepit, ne committeret, aut certe differret obsidionem:* pro *admovebat exercitum, aciem,* vel *copias.* *Liv. 34, 6. *Ad urbem Romam admoturus* EXERCITUM *videbatur.* Val. Flacc. 3, 501. *Finem quum Phasidis alti transierit Perses,* ACIEMQUE *admoverit urbi.* Curt. 3, 7, 8. *Inde rex* COPIAS *admovit.*

(2) In COMPARARE, *versammeln.* Nepos 8, 2, 2. *Tempore ad comparandum dato:* pro *ad comparandum exercitum.* *Curt. 4, 14, 12. *Quod mearum fuit partium,* EXERCITUM — *comparavi.*

EXSILIUM, *Verbannung,* in EIICI, *verjagt sein.* (Cic.) pro Domo sua ad Pontif. 25. *Sic M. Cato invisus, quasi per beneficium, Cyprum relegatur; eiiciuntur duo, quos improbi videre non poterant:* pro *eiiciuntur in exsilium.* Ibid. 32. *Et tu unus pestifer civis, cum restitutum negas esse civem, quem eiectum universus Senatus non modo civem, sed etiam egregium civem semper putavit?* pro *eiectum in exsilium.* *Parad. 4. *Quomodo igitur tot legibus* IN EXILIUM *eiectus, nomen exsulis non perhorrescis?*

EXPRIMO, *ausdrücken,* in VERBUM E VERBO, *Wort für Wort.* Cic. Acad. 4, 17. *Nec definiri aiebant necesse, quid esset cognitio, aut perceptio, aut, si verbum e verbo volumus, comprehensio:* pro *si verbum e verbo exprimere volumus:* *c. 31. *Amplectimur maxime cognitionem et istam catalepsin, quam, ut dixi, verbum e verbo* EXPRIMENTES, *comprehensionem dicemus.*

EXTA, *Eingeweide,* in PROSECTA, *aufgeschnitten.* Licinius Macer Ornithogonia. *Cum virgis prosecta ferunt.* Ovid. Met. 12, 152. *Cuius ut imposuit prosecta calentibus aris:* Fast. 6, 163. *Sic ubi libavit prosecta sub aethere ponit.* Statius Theb. 5, 641. *Ubi averso dederat prosecta tonanti:* pro *prosecta exta.* *Nonius 3, 179. *Prosecta,* EXTA, *quae aris dantur, ex fibris pecudum dissecta.* Cato R. R. 134, 4. *Ubi* EXTA *prosecta erunt.*

F.

FABER, *Schmidt, Arbeiter*, (1) in AERARIUS, *ein Kupferschmidt.* Plin. 16, 6. *Certo in aerariorum tantum officinis.* Mart. 12, 57. *Negant vitam ludimagistri mane, nocte pistores, aerariorum marculi die toto:* pro *aerariorum fabrorum.* *Plin. 34, 1. *A rege Numa collegio tertio* FABRUM *aerariorum instituto.*

(2) In EBORARIUS, vel EBURARIUS, *Arbeiter in Elfenbein.* Inscr. ap. Gruter. p. 65. *L. Plotio Sabino, eborario:* pro *eborario fabro.* *Inscr. ap. Spon. Misc. Erud. Ant. *Q. Considius Eumolpus,* FABER *eburarius.*

(3) In FERRARIUS, *ein Eisenschmidt.* Firmic. 4, 7. *Coquos, ferrarios, atque ex igne vel ferro artes suas officiaque complentes:* pro *ferrarios fabros.* *Plaut. Rud. 2, 6, 47. *Ut fortunati sunt* FABRI *ferrarii.*

FABULA, *eine Erzählung, ein Schauspiel.* I. In verbo FINGERE, *ersinnen.* Phaedr. 4, 16, 1. *Quum de fortunis quidam quereretur suis, Aesopus finxit consolandi gratia:* pro *finxit fabulam.*

II. In compluribus adiectivis, ut (1) in PRAETEXTA, fabula Romani argumenti, in qua magistratus inducebantur. Horat. A. P. 288. *Vel qui praetextas — docuere:* pro *praetextas fabulas.*

(2) In SUA EUNUCHUS, *sein Eunuchus.* Terent. Eun. Prol. 32. *Eas se non negat personas transtulisse in Eunuchum suam:* pro *suam fabulam.*

(3) In TOGATA, fabula, in qua mores Romanorum exprimi solebant. Iuvenal. 1, 3. *Impune ergo mihi recitaverit ille togatas?* Horat. A. P. 288. *Vel qui docuere togatas:* pro *togatas fabulas.* Cic. pro P. Sextio 35. *Num quum ageretur togata:* scil. *fabula.*

FACILE, *leicht*, in EST, *ist*, cum infinitivo. Virg. Aen. 6, 596. *Cernere erat:* pro *erat facile:* G. 4, 447. *Neque est te fallere cuiquam.* Ovid. A. A. 2, 531. *Effugere hunc non est.* Mart. 11, 99. *Effugere non est, Basse, basiatores:* pro *est facile, est promptum,* vel *est in promptu.* *Varro L. L. 9, 9. FACILE *est animadvertere.* Apul. Met. 8. p. 210. *At vobis* FACILE *est suppetiari miserrimo seni.* Lucr. 5, 1281. FACILE *'st ipsum per te cognoscere.* Ovid. Met. 3, 96. *Neque erat cognoscere* PROMPTUM: 2, 86. IN PROMPTU *regere est.*

FACIO, *thun, begehn*, I. ante coniunctivum. Ovid. Her. 1, 110. *Tu citius venias, portus et ara tuis:* pro *fac*, vel *face tu citius venias:* ibid. 1, 2. *Nil mihi rescribas:* pro *fac nil mihi rescribas:* *2, 98. *Phylli,* FACE *exspectes Demophoonta tuum.* Terent. Adelph. 3, 5, 1. *Bono animo* FAC *sis Sostrata.* Plancus ap. Cic. ad Fam. 10, 4. FAC *valeas, neque mutuo diligas.*

II. In verbis quibusdam, ut (1) in COGERE, *zwingen.* Virg. Aen. 3, 56. *Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames?* pro *facere.* Terent. Adelph. 3, 4, 44. *Quod vos vis cogit, id voluntate impetret?* pro *cogit facere.* Horat. Sat. 1, 4, 73. *Nec recitem*

quicquam, nisi amicis, idque coactus? pro *coactus facere.*

(2) In Conari, *versuchen.* Terent. Andr. 1, 5, 35. *Egone istuc conari?* 4, 1, 52. *Conari manibus, pedibus:* pro *conari facere.*

(3) In Debeo, *ich soll.* Cic. Verr. 1, 8. *Ex quibus quidam, qui se omnia mea causa debere arbitrabatur, eadem illa nocte ad me venit:* pro *debere facere,* ut Asconius observat.

(4) In Decet, *es geziemt.* Plaut. Amph. 2, 2, 189. *Nostro generi non decet:* Most. 3, 2, 41. *Musice hercle agitis aetatem, ita ut vos decet:* pro *decet facere.* * Cic. de Orat. 1, 55, 212. *Omni in re posse, quod deceat* facere, *artis et naturae est.*

(5) In Inceptare, *beginnen.* Plaut. Curc. 1, 2, 57. *Magnum inceptas, si id expectas, quod nusquam 'st:* pro *inceptas facere:* *1, 1, 23. *Nunquid tu — facis, aut inceptas facinus* facere, *Phaedrome?*

(6) In Libet, vel Lubet, *es gefällt.* Horat. Epist. 1, 7, 19. *Ut libet, haec porcis hodie comedenda relinques.* Terent. Heaut. 4, 5, 32. *Ut lubet, non ego dicebam, in perpetuum ut illam illi dares:* pro *ut lubet facias,* vel *fac.*

(7) In Licet, *es ist erlaubt.* Cic. de Amic. 1. *Quoad possum, et licet:* Verr. 5, 179. *Sed non idem mihi licet, quod iis, qui nobili genere nati sunt:* pro *licet facere.*

(8) In Minari, *drohen.* Terent. Eun. 5, 4, 35. *Nunc minatur porro, sese id, quod moechis solet:* pro *minatur — sese facturum id,* ut Donatus observat.

(9) In Occipere, *beginnen.* Plaut. Capt. 1, 1, 30. *Nunc hic occepit quaestum hunc filii gratia:* pro *occepit facere.* Terent. Andr. 1, 1, 52. *Dein quaestum occipit:* scil. *facere.*

(10) In Posse, *vermögen.* Phaedrus 3, 13, 14. *Apertum est, quis non possit, aut quis fecerit:* pro *possit facere.* Terent. Adelph. 2, 2, 7. *Qui potui melius, qui hodie usque os praebui?* pro *potui facere.* [Ovid. Met. 8, 883. *Cornua, dum potui:* scil. *facere.* M. R.]

(11) In Solere, *pflegen.* Mart. 9, 45, 3. *Risit, nam solet hoc:* pro *solet facere.* Plaut. Merc. 2, 3, 47. *Quippe haud etiam quicquam inepte feci, amantes ut solent:* pro *solent facere.* * Gell. 7, 12. *Quisquam dubitet, quin idem fecerit, quod cinaedi* facere *solent.*

(12) In Velle, *wünschen.* Terent. Andr. 1, 1, 18. *Quin tu uno verbo dic, quid est quod me velis:* pro *velis facere:* 3, 3, 4. *Auscultа, paucis et quid te ego velim:* pro *velim facere:* Heaut. 4, 8, 31. *Ego domi ero, si quid me voles:* pro *voles facere.* * Plaut. Bacch. 4, 4, 51. *Nunc quid nos vis* facere? Pseud. 2, 4, 3. *Dic tu modo me quid vis* facere: Merc. 3, 4, 36. *Quid me* facere *vis?*

III. In compluribus adiectivis et dictionibus, (1) in Ad rem, *auf das Vermögen.* Terent. Eun. 1, 2, 51. *Eius frater aliquantum ad rem est avidior:* Adelph. 5, 3, 48. *Attentiores sumus ad rem omnes, quam sat est:* pro *ad rem faciendam.*

(2) In Amplius, vel Nihil amplius, vel Quicquam amplius, *mehr als das, nichts mehr als das, etwas mehr als das.* Terent. Eun. 1, 2, 62. *Ad virginem animum adiecit — etiamne amplius?* pro *amplius fecit?* Sueton. Galba 19. *Nihil amplius, quam continere se statuit:* pro *nihil amplius fecit:* Vesp. 20. *Valetudine prospera usus est, quamvis ad eam tuendam nihil amplius, quam*

fauces caeteraque membra sibimet ad numerum in sphaeristerio defricaret: pro *nihil amplius faceret:* Domit. 3. *Quotidie secretum sibi horarium numere solebat, nec quicquam amplius, quam muscas captare, ac stylo praeacuto configere:* pro *quicquam amplius facere.*

(3) In CERTIOREM, *bekannt.* Cic. Att. 15, 29. *Sed velim quaeras, facile autem potes, et me certiorem:* pro *me certiorem facias:* * Verr. 4, 72. *Socii populi Romani, atque amici, certiorem te* FACIUNT. Terent. Phorm. 4, 3, 69. *Quantum potest me certiorem* FACE. Plaut. Aul. 2, 2, 67. *Abiit, neque me certiorem* FECIT.

(4) In HOC OMNES ALII, *Alle andere dies.* Ovid. Met. 3, 618. *Hoc probat Alcimedon; et, qui requiemque modumque voce dabat remis animorum hortator Epopeus: hoc omnes alii:* pro *hoc omnes alii faciunt.*

(5) In ISTUC QUIDEM, *dieses zwar,* et in ISTUC RECTE, *dies mit Recht.* Terent. Heaut. 4, 1, 40. *Istuc recte: conservasti te, atque illam:* pro *istuc recte fecisti.* Plaut. Mil. Glor. 4, 2, 26. *Amat mulier quaedam quandam — pol istuc quidem multae:* pro *istuc quidem faciunt.*

(6) In ITA, *so.* Terent. Andr. 1, 1, 38. *Ita facillime sine invidia laudem invenias, et amicos pares:* pro *ita faciens,* vel *agens,* ut Donatus observat.

(7) In MALI NIHIL, *kein Unrecht.* Terent. Phorm. 1, 2, 30. *Noster mali nihil quicquam primo:* scil. *fecit.*

(8) In NEMPE HOC? *dies also?* Pers. Sat. 3, 1 et 7. *Nempe hoc assidue? — unus uit comitum:* pro *nempe hoc facies assidue?*

(9) In OMNIA, *alles zusammen.* Plin. Ep. 2, 8. *Studes? an piscaris? an venaris? an simul omnia?* pro *omnia facis.* Terent. Heaut. 1, 1, 46. *Haec clam me omnia:* pro *omnia fecit.*

(10) In QUICQUAM, vel QUIDQUAM, *irgend etwas.* Plaut. Merc. 4, 4, 50. *Conceptis verbis iam iusiurandum dabo, me nunquam quicquam cum illa:* pro *quicquam fecisse.* Terent. Heaut. 5, 1, 23. *Ne is quidem quicquam:* pro *quicquam fecit.*

(11) In QUID? *was?* Horat. Epod. 1, 5. *Quid nos, quibus te vita sit superstite iucunda, si contra, gravis?* pro *quid nos faciemus.* Virg. Aen. 3, 339. *Quid puer Ascanius? superatne, et vescitur auras?* pro *quid facit puer?* Plaut. Bacch. 2, 3, 69. *Cedo quid illi? — tristes illi — subducunt lembum:* pro *quid illi fecerunt?* Terent. Andr. 1, 1, 61. *Eho, quid Pamphilus?* 1, 5, 6. *Quid Chremes? qui denegarat se commissurum mihi gnatam suam uxorem?* Adelph. 3, 2, 28. *Quid is ergo?* pro *quid fecit.*

(12) In QUID CUM? *was mit.* Phaedr. 3, 19, 7. *Et quidam e turba garrulus, Aesope, medio sole, quid cum lumine?* pro *quid facis cum lumine?*

(13) In QUID? SI, *was? wenn.* Terent. Adelph. 2, 1, 38. *Quid? si ego tibi illam nolo vendere:* pro *quid facies?*

(14) In QUID POSTEA? *was dann?* Plaut. Bacch. 2, 3, 61. *Sapientar factum a vobis: quid illi postea?* pro *quid illi postea fecerunt?*

(15) In UT, vel UTI, *dass,* cum coniunctivo. Plaut. Curc. 5, 2, 61. *Tu ut hodie adveniens coenam des sororiam:* pro *tu fac,* vel *facito,* vel *tu effice ut.* Terent. Adelph. 5, 9, 29. *Dicam tibi, ut id ostenderem:* pro *feci ut:* Heo. 4, 4, 61. *Aliquando tandem huc animum ut adduoas tuum:* pro

fac ut adducas, vel *effice ut*. Horat. Sat. 2, 1, 42. *O pater et rex Iupiter, ut pereat positum rubigine telum:* pro *fac ut*, vel *facito*, vel *effice ut*. Plaut. Cist. 2, 3, 52. *Uti abeas domum:* pro *fac uti*, vel *effice uti:* *Mil. Gl. 3, 1, 216. *Et praecepta sobrie ut cures* FACE: Merc. 3, 3, 4. FACITO *ut cogites:* Bacch. 2, 3, 94. FACITÒ *ut memineris ferre.* Cato c. 66. FACITO *ut amurcam quotidie suppleas.* Lucr. 1, 30. EFFICE *ut interea fera moenera militiai — quiescant.*

(16) In UT NUPER, *wie neulich.* Horat. Epod. 9, 7. *Ut nuper, actus quum freto Neptunius dux fugit, ustis navibus:* pro *ut nuper fecimus.*

FACIO REDUCEM, *zurückbringen.* Terent. Hec. 5, 4, 35. *Egone hunc ab Orco mortuum?* pro *ab Orco feci reducem?* *5, 4, 12. *Qui ab Orco mortuum me* REDUCEM *in lucem feceris.*

FACTUM, *gethan*, I. in verbo NOLLE, *nicht wünschen.* Terent. Heaut. 1, 1, 30. *Si quid laboris est, nollem:* pro *nollem factum:* *Adelph. 2, 1, 11. *Novi ego vestra haec: nollem* FACTUM.

II. In nominibus, ut (1) in BENE, *wohl.* Auson. Caes. 20. *Di bene! quod spoliis Didius non gaudet opimis:* pro *bene factum!* *Terent. Andr. 1, 1, 78. O FACTUM *bene! beasti.* Plaut. Most. 3, 1, 115. *Bene* FACTUM!

(2) In OPUS EST, *es ist nöthig.* Terent. Heaut. 3, 2, 47. *Videbimus, quod opus sit:* pro *opus sit facto:* *Andr. 3, 2, 10. *Non imperabat coram, quid opus* FACTO *esset puerperae:* 4, 2, 32. *Ita* FACTO *est opus:* Adelph. 4, 3, 10. *Aut si ita opus est* FACTO, *eamus.*

FACTUS, TA, TUM, *gemacht*, (1) in DE, *von.* Claudian. de R. P. 2, 103. *Niveo de pumice fontes roscida mobilibus lambebant gramina rivis:* pro *de pumice facti*, vel *caesi.* *Ovid. Met. 5, 317. FACTAQUE *de vivo pressere sedilia saxo:* 14, 313. FACTUM *de marmore signum.* Anthol. Vet. Lat. Epigr. 1, 64. *Dat tibi marmoreo* CARRAM *de monte Dianam.*

(2) In EX, *aus.* Plaut. Bacch. 4, 4, 1. *Huic decet statuam statui ex auro:* pro *ex auro factum.* Virg. Ecl. 6, 19. *Iniiciunt ipsis ex vincula sertis:* pro *vincula facta ex ipsis sertis.* Cic. Brut. 73. *Minervae signum ex ebore pulcherrimum:* pro *ex ebore factum.* Ovid. Her. 3, 31. *Operoso ex aere lebetes:* pro *ex aere factos:* Met. 7, 240. *Statuitque aras e cespite binas:* pro *e cespite factas.* *Caes. B. G. 2, 33. *Scutis ex cortice* FACTIS, *aut viminibus intextis.* Cic. Verr. 2, 21. *Statua ex aere* FACTA.

FAMA, *Gerücht*, (1) in EXIT, *sich ausbreiten.* Nepos 14, 6, 3. *Sensit, si in turbam exisset, ab homine tam necessario se relictum, futurum, ut ceteri consilium sequerentur:* pro *exisset fama:* *17, 2, 1. *Namque* FAMA *exierat Artaxerxem comparare classem:* 23, 9, 3. *De qua sciebat exisse* FAMAM.

(2) In FERTUR, *es wird gesagt.* Terent. Eun. 2, 3, 70. *Estnè, ut fertur, forma?* pro *fertur fama.* *Ovid. Met. 12, 197. *Ita* FAMA *ferebat*, 200. *Hoc quoque* FAMA *ferebat.*

FAMES, *ein Hunger*, in MILVINA, *wie ein Weihe.* Plaut. Men. 1, 3, 29. *Quae mihi opposita in mensam, milvinam suggerant:* pro *milvinam famem.*

FAMILIARIS, * *häuslich*, in Res, *die Güter*. Terent. Adelph. 2, 2, 12. *Rem facies:* Eunuch. 1, 2, 51. *Eius frater aliquantum ad rem est avidior:* Heaut. 3, 1, 77. *Tu rem perire, et ipsum, non poteris pati.* Plaut. Aul. 2, 4, 21. *Suam rem periisse, seque eradicarier:* pro *rem familiarem.* Horat. Sat. 2, 5, 8. *Et genus, et virtus, nisi cum re, vilior alga est:* pro *re familiari.* * Cic. Fam. 1, 9. Familiaris *rei naufragia:* Off. 2, 15. *Nec ita claudenda est res* familiaris, *ut eam benignitas aperire non possit:* 2, 18. *Habenda autem est ratio rei* familiaris, *quam quidem dilabi sinere flagitiosum.*

FARI, *sprechen*, (1) in Infit, *er beginnt.* Ovid. Met. 2, 511. *Causamque viae scitantibus infit.* Val. Flacc. 7, 258. *Lacrimisque haec infit obortis.* Virg. Aen. 5, 708. *Isque his Aeneum solatus vocibus infit.* Liv. 1, 28. *Tum ita Tullus infit:* 3, 71. *Ibi infit, annum se tertium et nonagesimum agere:* pro *infit fari.* * Virg. Aen. 11, 242. *Et Venulus dicto parens ita* fari *infit.*

(2) In Vix ea, *kaum dies.* Virg. Aen. 11, 296. *Vix ea legati:* pro *vix ea fati erant.* * Ovid. Met. 15, 843. *Vix ea* fatus erat, *media quum sede Senatus constitit alma Venus.* Virg. Aen. 1, 586. *Vix ea* fatus erat, *quum — scindit se nubes:* 2, 323. *Vix ea* fatus eram, *gemitu quum talia reddit.*

FAS, *erlaubt*, in Est, *ist*, cum infinitivo. Terent. Heaut. 1, 2, 18. *Miserum! quem minus credere 'st:* pro *credere 'st fas:* Adelph. 5, 3, 42. *Scire est liberum ingenium, atque animum:* pro *scire fas est.* Plaut. Truc. 2, 6, 20. *An me maleficio vincere est?* pro *vincere fas est?* Ovid. A. A. 2, 27. *Vivere non potui, sit mihi posse mori:* pro *fas sit.* * Virg. G. 1, 126. *Aut partiri limite campum* fas *erat:* Aen. 6, 266. *Sit mihi* fas *audita loqui.* Mart. 5, 3, 5. *Cui tam prope* fas *est cernere.* Stat. Silv. 3. *Si* fas *est aequare iacentia summis.* Val. Flacc. 1, 118. *Herculeis nec me umquam fidere* fas *sit:* 7, 280. *Cur non hospitibus* fas *sit succurrere dignis.* Rutil. Iter. 1, 585. *Ipsam si* fas *est postponere praefecturam.*

FASTIGIUM, *der Gipfel*, (1) in Altum, *hoch.* Claudian. Ruf. 2, 22. *Tollentur in altum, ut lapsu graviore ruant.* Seneca Agam. 100. *Quicquid in altum fortuna tulit, ruitura levat:* pro *in altum fastigium.* * Vell. Paterc. 2, 116, 4. *In altissimum* fastigium *imaginis.*

(2) In Summum, *höchste.* Horat. Epist. 2, 1, 32. *Venimus ad summum fortunae.* Ovid. Met. 13, 909. *Pervenit in summum positi prope littora montis:* pro *summum fastigium.* Lucr. 5, 1124. *Et tamen e summo quasi fulmen deiicit ictos:* pro *summo fastigio.* * Plin. Paneg. 52. *Sic fit, ut dei summum inter homines* fastigium *serves.* Vell. Paterc. 2, 30, 3. *Quem virum quis non miretur in summum* fastigium *evectum.* Tibull. 3, 1, 11. *Summaque praetexat tenuis* fastigia *chartae.* Virg. Aen. 1, 342. *Sed summa sequar* fastigia *rerum.*

FATEOR, *gestehn*, in Pudet, *sich schämen.* Terent. Adelph. 2, 4, 8. *Hoc mihi dolet, nos paene sero scisse — pudebat:* pro *pudebat fateri*, ut Donatus observat.

FATA, *Ende, Schicksal*, (1) in Extrema, *Letzte*, pro: *Tod.* Virg.

Aen. 1, 19. *Sive extrema pati:* 6, 456. *Verus mihi nuntius ergo venerat, exstinctam ferroque extrema secutam?* *9, 204. *Magnanimum Aeneam et* FATA *extrema secutus.*

(2) In FUTURA, *zukünftige.* Tacit. Ann. 6, 21, 3. *Imperium ipsi, et futura sollerter patefaciens, interrogabatur:* pro *futura fata.* Val. Flacc. 4, 593. *Animos adcinge futuris:* pro *futuris fatis.*

(3) In SUPREMA, *letzte.* Tacit. Ann. 3, 49, 1. *Post celebre carmen, quo Germanici suprema defleverat:* pro *suprema fata.*

(4) In ULTIMA, *letzte.* Aurel. Vict. de Orig. Gent. Rom. 10. *Vitae ultima agere.* Ovid. Met. 14, 803. *Nec in ultima ferro decertare placet:* pro *ultima fata.*

FAUSTUM, DEXTRUM, *günstig, gut,* in OMEN, *Wahrzeichen.* Ovid. Her. 8, 116. *Et errorem vocis, ut omen, amo:* pro *ut omen faustum,* vel *dextrum:* 17, 159. *Omine laetatus dedit oscula.* Virg. G. 4, 386. *Omine quo firmans animum:* pro *omine quo fausto,* vel *dextro:* *Ovid. Met. 9, 784. FAUSTO *tamen omine laeta mater abit templo.* Val. Flacc. 1, 245. *Deus omine* DEXTRO *imperat.*

FEBRIS, *Fieber,* (1) in QUARTANA, *ein Quartanfieber.* Iuvenal. 4, 57. *Iam quartanam sperantibus aegris.* Cic. Fam. 16, 10. *Quum in quartanam conversa vis est morbi:* pro *quartanam febrim.* *Plin. 7, 10. FEBRI *quartana liberari.* Mart. 10, 77. FEBRIS *saltem quartana fuisses.*

(2) In TERTIANA, *ein Tertianfieber.* Petron. c. 17. *Ut tertianae etiam impetum timerem:* pro *tertianae febris.* *Cic. N. D. 3, 10, 24. *Ne tertianas quidem* FEBRES — *divinas esse dicendum sit.*

FERIAE, *Festtage,* in LATINAE, *dem Iupiter von Latium zu Ehren.* Horat. Ep. 1, 7, 76. *Iubetur rura suburbana indictis comes ire Latinis:* pro *Latinis feriis.* Cic. ad Q. Fr. 2, 4. *Dies erant duo, qui post Latinas habentur religiosi:* pro *Latinas ferias.* *Liv. 41, 20. *Latinae* FERIAE *fuere ante diem tertium Nonas Maii.* Coelius ap. Cic. ad Fam. 8, 6. *Adhuc senatus consultum, nisi de* FERIIS *Latinis, nullum facere potuerunt.*

FERO, *tragen, bringen,* (1) in IN OCULIS, *in den Augen.* Terent. Eun. 3, 1, 11. *Rex te ergo in oculis:* pro *in oculis tulit.* *Cic. Philipp. 6, 4. *Oderat tum, quum ille tabulis novis adversabatur; iam* FERT *in oculis.*

(2) In PEDEM, *Fuss.* Terent. Adelph. 2, 2, 19. *Nusquam pedem:* pro *pedem fero:* *Andr. 4, 5, 13. *Nunquam huc* TETULISSEM *pedem.* Plaut. Men. 4, 2, 66. *Neque aedepol ego prandi, neque hodie huc intro* TETULI *pedem.*

(3) In SUPPETIAS, *Hülfe, Beistand.* Plaut. Amph. 4, 4, 24. *Blepharo, suppetias mihi:* pro *suppetias fer:* Men. 5, 7, 31. *Aedepol, here, nae tibi suppetias tempore adveni modo:* pro *suppetias ferens:* *Epid. 5, 1, 51. *Sed memento — suppetias mihi cum sorore* FERRE: Men. 5, 7, 14. *Ecquis suppetias mihi audet* FERRE.

FERRUM, *ein Schwerd,* in BIPENNE, *zweischneidig.* Seneca Agam. 897. *Armat bipenni Tyndaris dextram furens:* pro *bipenni ferro.* *Virg. Aen. 11, 135. FERRO *sonat icta bipenni fraxinus.*

FESTA, *Feste,* [cf. Quintil. 1, 5, 2. M. R.] (1) in DIONYSIA, *des Bacchus,* celebrata Athenis. Te-

rent. Heaut. 1, 1, 110. *Dionysia hic sunt hodie: apud me sis:* pro *Dionysia festa.*

(2) In FUGALIA, dies festus in memoriam expulsionis regum. Augustin. C. D. 2, 6. *Sed demonstrentur talibus aliquando conventiculis consecrata, non ubi ludi agerentur obsceni, vocibus et moribus histrionum, nec ubi Fugalia celebrarentur:* pro *Fugalia festa.*

(3) In LIBERALIA, *des Bacchus.* Cic. Fam. 12, 25. *Liberalibus literas accepi tuas:* pro *Liberalibus festis.*

(4) In LUPERCALIA, *dem Pan geheiligt.* Cic. ad Quint. Fr. 2, 13. *Hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis:* pro *Lupercalibus festis.*

(5) In MEGALESIA, *zu Ehren der Cybele*, die quarto Aprilis. Liv. 36, 36. *M. Iunius Brutus aedem magnae Matris deum in palatio dedicavit; et ludos ob eam dedicationem factos, Megalesia appellavit:* pro *Megalesia festa.*

(6) In TERMINALIA, *zu Ehren des Terminus.* Cic. Philipp. 12, 10, 24. *Hisce ego me viis committam, qui Terminalibus in suburbium, ut eodem die reverterer:* pro *Terminalibus festis.* * Horat. Epod. 2, 59. *Agna* FESTIS *caesa Terminalibus.*

(7) In VERREA, *eingeführt von Verres.* Cic. Verr. 2, 21, 52. *At vero praeclarum diem reposuisti, Verrea ut agerent:* pro *Verrea festa.*

(8) In VULCANALIA, *zu Ehren des Vulcanus.* Plin. Epist. 3, 5, 8. *Lucubrare Vulcanalibus incipiebat:* pro *Vulcanalibus festis.*

FIDES, *Treue*, in PRO DEUM? *o der Götter!* Terent. Phorm. 2, 3, 4. *Pro deum immortalium! negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho?* pro *pro deum fidem!* *Hec. 2, 1, 1. *Pro deum atque hominum* FIDEM! Plaut. Curc. 5, 3, 16. *Pro deum atque hominum* FIDEM, *hoccine pacto indemnatum atque intestatum me arripi?*

FILIA, *eine Tochter*, ante genitivum nominis proprii. Horat. Sat. 2, 1, 41. *Canidia Albuti:* pro *filia Albuti.* Virg. G. 1, 138. *Lycaonis Arcton:* pro *Arcton filiam Lycaonis:* Aen. 6, 36. *Deiphobe Glauci:* pro *Glauci filia.* Plin. Ep. 10, 4. *Patronam habuit Thermuthin Theonis:* pro *Theonis filiam.*

FILIUS, *ein Sohn*, I. ante genitivum nominis proprii. Florus 2, 2, 6. *Quod Poenum illum dixisse Adherbalem Bomilcaris ferunt:* pro *Adherbalem filium Bomilcaris.* [Hanc Graecorum rationem rarius in suis, quam in peregrinis nominibus sequuntur Latini, cf. Ruhnk. ad Vell. Pat. 2, 5. M. R.] *Nepos 2, 1, 1. *Themistocles Neocli* FILIUS.

II. In compluribus aliis nominibus, ut (1) in MEUS, *mein.* Terent. Heaut. 1, 1, 54. *Ego te meum esse dici tantisper volo:* pro *meum filium.* *Plaut. Epid. 3, 3, 8. *Quasi quid* FILIUS *meus deliquisset.*

(2) In NOSTER, *unser.* Terent. Heaut. 5, 4, 11. *Nostrum te esse credito:* pro *nostrum filium.* *Plaut. Bacch. 2, 3, 3. *Nam meus formidat animus nostrum tam diu ibi desidere, neque redire* FILIUM.

(3) In REGALIS, *königlich.* Ammian. 16, 27. *Hos sequebantur potestate proximi reges numero quinque, regales decem:* pro *regales filii.*

(4) In TUUS, *dein.* Plaut. Epid. 2, 2, 35. *Quasi tuus annos multos*

deamat: pro *tuus filius.* Terent. Adelph. 5, 3, 16. *Quando ego tuum non curo:* pro *tuum filium,* vel *gnatum.* *Terent. Heaut. 3, 1, 22. *Meus* GNATUS.?

(5) In UNICUS, *einzig.* Mart. 16, 62. *Amisit pater unicum Silanus:* pro *unicum filium,* vel *gnatum.* Plaut. Capt. 2, 2, 72. *Tametsi unicus sim:* pro *unicus filius,* vel *gnatus:* *Casin. 2, 3, 36. *Nihilo magis unicus est ille mihi* FILIUS, *quam ego illi pater:* Poen. Prol. 68. *Quum iam periisse sibi videt* GNATUM *unicum.*

FILUM, *Faden,* in PENSUM, *gesponnen.* Mart. 4, 73, 3. *Volventes — pensa sorores.* Ovid. Her. 3, 75. *Nos humiles famulaeque tuae data pensa trahemus.* Virg. Aen. 9, 476. *Excussi manibus radii, revolutaque pensa:* pro *pensa fila.* Plaut. Bacch. 5, 2, 33. *Pensum ego lepide accurabo.* Stat. Silv. 3, 3, 172. *Inexorabile pensum deficit:* pro *pensum filium.*

FINIS, *Endzweck.* [(1) In HACTENUS, i. e. *hac fine tenus,* QUATENUS, i. e. *qua fine tenus.* Cic. Arat. 83. *Lumborum (fine) tenus.* Virg. Aen. 12, 147. *Qua visa est fortuna pati:* pro *quatenus, so lang als.* Cf. p. 142.]

(2) In QUO? *wozu?* Ovid. Her. 14, 65. *Quid mihi cum ferro? quo bellica tela puellae?* Seneca Herc. F. 953. *Quo, nate, vultus huc et huc acres refers?* pro *quo fine.*

FIO, *geschehn, werden, entstehn,* I. in nominibus, ut (1) in MENTIO, *Erwähnung.* Tacit. Hist. 1, 90, 2. *Inscitiam potius legionum, quam audaciam increpans, nulla Vitellii mentione:* pro *mentione facta.* Cic. Philipp. 2, 15, 39. *Nunquam ab eo mentio de me, nisi honorifica, nisi plena amicissimi desiderii:* pro *mentio facta est:* *ad Q. Fr. 2, 11. *De te ab Sipylo mentio* EST *honorifica* FACTA.

(2) In MORA, *Aufschub.* Curt. 7, 5, 34. *Nec mora, lucos quoque sacros caedunt.* Ovid. Met. 13, 953. *Pectora fluminibus iubeor supponere centum, nec mora:* pro *nec mora fit.* *Virg. Aen. 10, 153. *Haud* FIT *mora, Tarchon iungit opes, foedusque ferit.*

(3) In TUM DE, *dann aus.* Terent. Andr. 5, 6, 8. *Tum de puero, Dave? — ah desine:* pro *tum de puero quid fiet.*

(4) In UT, *wie.* Tacit. Hist. 5, 15, 15, 3. *Neque, ut in pedestri acie, cominus certabatur:* pro *ut fit,* vel *fieri solet.* *Phaedr. 3, 9, 5. *E populo sic, nescio quis, ut* FIERI SOLET.

II. In verbis quibusdam, ut (1) in ASSOLET, *es pflegt.* Tacit. Ann. 13, 44, 5. *Ut assolet in amore et ira.* Liv. 1, 28. *Ubi illuxit, paratis omnibus, ut assolet, vocari ad concionem utrumque exercitum iubet:* pro *assolet fieri.* [*Iustin. 39, 1. *Dum aliena affectat, ut assolet* FIERI, *propria per defectionem Syriae amisit.*]

(2) In DECET, *es geziemt.* Terent. Eun. 5, 8, 35. *Eia, haud sic decet:* pro *decet fieri.*

(3) In EST ABORTUS, *frühzeitig geboren.* Terent. Hec. 3, 3, 37. *Sed si id fieri non potest, quin sentiant, dicam abortum esse:* pro *esse factum,* ut Donatus observat.

(4) In OPORTET, *es muss.* Cic. pro Balbo 3, 8. *Est aliquid, quod non oporteat, etiam si licet, quicquid vero non licet, certe non oportet:* pro *oportet non fieri:* *pro Marc. 30, 8. *Sunt aliqua, quae* FIERI *non oportet, etiam si licet.*

Terent. Heaut. 3, 3, 1. *Itane* FIERI *oportet?* Plaut. Merc. 5, 2, 109. *Sic decet, sic* FIERI *oportet.*

(5) In POTEST, *es kann.* Terent. Eun. 3, 2, 50. *Si id non poterit:* pro *poterit fieri:* Phorm. 2, 1, 73. *Non, non sic futurum est, non potest:* pro *potest fieri:* 5, 8, 3. *Quantum potest, nunc convenendus Phormio est.* Plaut. Poen. 3, 1, 64. *Propera, quantum potest:* pro *potest fieri:* Most. 2, 1, 28. *Disperiisti? qui potest?* Men. 5, 9, 59. *Aeque ambo pares — qui potest?* pro *potest fieri?* Pseud. 2, 2, 38. *Potest, ut alii ita arbitrentur:* pro *fieri potest, ut:* Amphitr. 4, 4, 25. *Rixam tamen, ut potest, dirimam:* pro *ut potest fieri.* *Terent. Hec. 3, 3, 37. *Sed si id* FIERI *non potest, quin sentiant.* Cic. Philipp. 13. FIERI *potest, ut fallar.*

(6) In SINERE, *zugeben, erlauben.* Plaut. Epid. 3, 4, 81. *Eamne* (iniuriam) *ego sinam impune?* pro *sinam impune fieri?*

(7) In SOLET, *es pflegt.* Sallust. Iug. 15. *Scaurus veritus, quod in tali re solet.* Plaut. Cas. 5, 4, 32. *Neuter fecit, quod novae nuptae solet.* Terent. Eun. 5, 4, 35. *Nunc minatur porro, sese id, quod moechis solet:* pro *solet fieri,* ut Donatus observat. Cic. pro Cluent. 17. *Quum quaedam in collibus, ut solet, controversia pastorum esset orta:* pro *ut solet fieri.* Petron. c. 49. *Non, ut olim solebat, sed ut nunc fit:* pro *solebat fieri.* *Plaut. Most. 3, 2, 35. *Dic igitur quod solet* FIERI. Curt. 3, 8, 19. *Ut solet* FIERI. Phaedr. 3, 9, 5. *E populo sic, nescio quis, ut* FIERI *solet.*

(8) In VELLE, *wünschen.* Tacit. Hist. 1, 16, 6. *Cogitare, quid aut volueris sub alio principe, aut nolueris:* pro *volueris fieri.* Mart. 3, 9. *Nec dicere possum, quod vult et non vult, quid sibi Galla velit:* pro *velit fieri.*

FLAGITIUM, *Missethat,* in INCESTUM, *blutschänderisch.* Cic. Tusc. 4, 35, 75. *Stupra dico, et corruptelas, et adulteria, incesta denique:* pro *incesta flagitia.* Sueton. Ner. 5. *Incestique cum sorore — reus:* pro *incestique flagitii.* Tacit. Ann. 12, 5, 2. *Quin et incestum metuebatur:* pro *incestum flagitium.* *Non. 6, 74. *Incestum, dicitur* FLAGITIUM *in affines admissum.* (Cic.) pro Domo c. 40. *Incesto* FLAGITIO *— polluit ceremonias.*

FLAMINA, *Winde,* in SIBILA, *pfeifende.* Lucr. 5, 1381. *Et zephyri cava per calamorum sibila primum agrestes docuere cavas inflare cicutas:* pro *sibila flamina.*

FLUMEN, *Fluss,* in TORRENS, *strömend.* Calpurn. 5, 47. *Modo cum caligine nimbos intulit, et miseras torrentibus abstulit agnas:* pro *torrentibus fluminibus.* *Ovid. in Ibin 515. FLUMINE *torrenti mersus.* Lucr. 4, 1093. *In medioque sitit torrenti* FLUMINE *potans.*

FODINA, *Grube, Mine,* (1) in ARENARIA, *Sandgrube.* Varro R. R. 1, 2, 23. *Neque lapidicinae, neque arenariae ad agriculturam pertinent:* pro *arenariae fodinae.* Cic. pro Cluent. 13, 37. *In arenarias quasdam extra portam Esquilinam perductus occiditur:* pro *arenarias fodinas.*

(2) In ARGENTARIA, *Silbermine.* Liv. 34, 21. *Vectigalia magna instituit ex ferrariis argentariisque:* pro *argentariisque fodinis.*

(3) In AURARIA, *Goldmine.* Tacit. Ann. 6, 19, 1. *Aurariasque*

eius, quanquam publicarentur, sibimet Tiberius seposuit: pro *aurariasque fodinas.*

(4) In CALCARIA, *Lehmgrube.* Ulpian. l. 8. ff. de poenis §. 10. *In calcariam quoque aut sulphurariam damnari solent:* pro *calcariam fodinam.*

(5) In FERRARIA, *Eisenbergwerk.* Liv. 34, 21. *Vectigalia ex ferrariis:* pro *ferrariis fodinis.* Caes. B. G. 7, 22. *Apud eos magnae sunt ferrariae:* pro *ferrariae fodinae.*

(6) In MINIARIA, *Zinnobergrube.* Plin. 33, 7. *Sisaponensibus autem miniariis suae venae arena sine argento excoquitur; auri modo probatur:* pro *miniariis fodinis.*

(7) In NITRARIA, *Salpetergrube.* Plin. 31, 10. *Sunt ibi nitrariae, in quibus et rufum exit a colore terrae:* pro *nitrariae fodinae.*

(8) In SULPHURARIA, *Schwefelgrube.* Ulpian. l. 8. ff. de poenis §. 10. *In calcariam quoque aut sulphurariam damnari solent:* pro *sulphurariam fodinam.*

FODIO, *graben,* in METALLA, *Bergwerke.* Tacit. Agric. 32, 9. *Ibi tributa, et metalla:* pro *metalla fodientes.*

FOEDUS, *Bündniss,* in PACTUM, *abgeschlossen.* Liv. 9, 11. *Aut pacto stas?* pro *pacto foedere.* *Virg. G. 4, 158. *Namque aliae victu invigilant, et* FOEDERE *pacto exercentur agris.*

FOENUS, *Zins,* (1) in LOCARE, *ausleihen.* Plaut. Most. 3, 1, 4. *Locare argenti nemini nummum queo:* pro *locare foenori:* *Most. 3, 1, 1. *Scelestiorem ego annum locando argento* FOENORI *nunquam ullum vidi.*

(2) In PONERE, *ausleihen.* Horat. Epod. 2, 69. *Omnem redegit idibus pecuniam, quaerit calendis ponere:* pro *ponere in foenore:* *A. P. 421. *Dives agris, dives positis* IN FOENORE *nummis.*

FOETUS, *ein Kind,* (1) in CONCIPERE, *empfangen.* Ovid. Met. 3, 268. *Concipit, id deerat:* pro *concipit foetum:* Amor. 2, 13, 3. *Aut ex me conceperat:* pro *conceperat foetum.* *Gell. 4, 2. *Ut concipere* FOETUS *non posset.*

(2) In GEMELLUS, *Zwillinge.* Ovid. Her. 13, 61. *His ego te victam, consors Ledaea, gemellis, suspicor:* pro *gemellis foetibus.* Virg. Ecl. 1, 14. *Gemellos — reliquit:* pro *gemellos foetus,* vel *partus.* *Ovid. Her. 6, 143. *Obviaque exissem* FOETU *comitata gemello:* Met. 6, 732. *Et genitrix facta est,* PARTUS *enixa gemellos.*

FONS, *ein Quell,* (1) in ARETHUSA, *von Arethusa.* Seneca N. Q. 3, 26. *Ut Arethusa in Sicilia:* pro *Arethusa fons:* *Consol. ad Marc. 17. *Videbis celebratissimum carminibus* FONTEM *Arethusam.*

(2) In AVERNUS, *höllisch.* Lucr. 6, 830. *Aestus averni.* Claudian. de R. Pr. 2, 348. *Pestiferi limen averni:* pro *averni fontis.* Val. Flacc. 5, 348. *Et viso pulsus decor omnis averno:* pro *averno fonte.* *Virg. Aen. 4, 512. *Sparserat et latices simulatos* FONTIS *averni.*

FORE, *sein werden,* I. in nominibus quibusdam, ut (1) in PRAELIA, *Treffen.* Virg. Aen. 11, 47. *Moneret acres esse viros, cum dura praelia gente:* pro *praelia fore,* ut Servius observat.

(2) In QUID, SI, *was, wenn.* Ovid. Met. 9, 149. *Quid, si, me, Meleagre, tuam memor esse sororem,*

forte paro facinus. Plaut. Pseud. 1, 5, 99. *Sed quid, si abstulero?* pro *quid foret, si.*

(3) In Ultra, *weiter.* Tacit. Ann. 2, 14, 6. *Propiorem iam Albim, quam Rhenum, neque bellum ultra:* pro *ultra fore.*

II. In verbis quibusdam, ut (1) in Confidere, ut, *sich verlassen, dass.* Plin. Ep. 2, 5, 7. *Ac sicut veremur, ne quibusdam pars aliqua secundum suam cuiusque naturam non probetur, ita videmur posse confidere, ut universitatem omnibus varietas ipsa commendet:* pro *posse confidere fore, ut.* *Cic. Att. 16, 16. penult. *Confido* fore, *ut alio genere literarum utamur.*

(2) In Promittere, *versprechen.* Virg. Aen. 2, 95. *Si patrios unquam remeassem victor ad Argos, promisi ultorem:* pro *promisi me fore ultorem.* *Plaut. Mil. Glor. 2, 3, 55. *Vae capiti tuo — tuo istuc, Sceledre, promitto* fore.

(3) In Sperare, *hoffen.* Horat. Carm. 1, 5, 10. *Qui semper vacuam, semper amabilem sperat.* Plaut. Mil. Glor. Argum. 14. *Capitur ille, sperat nuptias:* pro *sperat fore:* *Menaech. 5, 9, 33. *Si invenis hunc meum fratrem esse — spero — et ego idem spero* fore.

FORES, *Thüren,* (1) in Ambae, *beide.* Plaut. Most. 2, 2, 23. *Pultando pedibus paene confregi hasce ambas:* pro *hasce ambas fores.*

(2) In Ferire, *anklopfen.* Plaut. Amphitr. Prol. 151. *Adest, ferit:* pro *ferit aedes:* *Men. 1, 2, 62. *Iam* fores *ferio.*

FORNAX, *ein Ofen,* in Calcaria, *von Kalk.* Ammian. Marc. 27, 4. *Calcarias exstinguere:* pro *calcarias fornaces.* *Plin. 17, 9. *Nuper repertum, oleas gaudere maxime vinere e calcariis* fornacibus.

FORTIS, *ein tapferer,* in Vir, *Mann.* Terent. Adelph. 4, 2, 25. *Laudo: o Ctesipho, patrissas: abi, virum te iudico:* pro *virum fortem:* Eun. 1, 2, 74. *Heu noster, laudo: tandem perdoluit: vir es.* Curt. 9, 7, 17. *Ut, si vir esset, postero die secum ferro decerneret.* Cic. Cat. 3, 5. *Cogita, ut vir sis:* pro *vir fortis.* Sil. Ital. 10, 617. *Adversis etenim frangi non esse virorum:* pro *virorum fortium.* Horat. Epod. 15, 12. *Nam si quid in Flacco viri est, feret:* pro *viri fortis.* *Curt. 5, 9, 6. Fortium *virorum est, magis mortem contemnere, quam odisse vitam.*

FORTUNA, *Schicksal,* (1) in Forte, *zufällig,* quum sit ablativus vocabuli *fors.* Terent. Andr. 1, 1, 91. *Forte unam aspicio adolescentulam:* pro *forte fortuna:* *Phorm. 5, 6, 1. *O fortuna! o fors* fortuna! *quantis commoditatibus — onerastis diem!* Plaut. Bacch. 4, 8, 75. *Ni illic hodie forte* fortuna *hic foret.*

(2) In Ludibrium, *Spott.* Tacit. Ann. 1, 58, 8. *Educatus Ravennae puer quo ludibrio conflictatus sit, in tempore memorabo:* pro *quo ludibrio fortunae.* *Iustin. 27, 2, 5. *Sed quasi ad ludibrium* fortunae *natus esset.* Cic. Parad. 1, 2. *Ille haec ludibria* fortunae *ne sua quidem putavit, quae nos appellamus etiam bona.*

FORUM, *Zimmer, Haus, Markt,* (1) in Aleatorium, *Spielzimmer.* Sidon. Apoll. 2, 2. *Atque illic aleatorium lassis — faciat:* pro *aleatorium forum.* *Sueton. Aug. 71. *Lusimus enim per omnes*

dies, FORUMQUE *aleatorium calfecimus.*

(2) In CARNARIUM, *Fleischmarkt.* Plaut. Curc. 2, 3, 45. *Coenam e carnario emit, iam factus satur:* pro *carnario foro.*

(3) In QUAESTORIUM, *Schatzhaus.* Liv. 41, 2. *Praetorio deiecto — direptis, quae ibi fuerunt, ad quaestorium — pervenerunt:* pro *ad quaestorium forum.*

FRAGMENTA, *Scherben*, in FIGULARIA, *eines Töpfers.* Colum. 7, 5, 9. *Figularibus tritis, et picis liquidae et fricti salis singulos sextarios infundunt:* pro *singularibus fragmentis.*

FRATER, *Bruder*, (1) in GEMINUS, *Zwillinge.* Liv. 1, 6. *Quoniam gemini essent:* pro *gemini fratres.* Plaut. Amph. 2, 1, 68. *Quid opus verbis? geminus Sosia hic factus est tibi:* pro *geminus frater.* * Cic. pro Cluent. 45. *C. et L. Fabricii* FRATRES *gemini fuerunt ex municipio Aletrinate.*

(2) In GERMANUS, *leiblich.* Ovid. Her. 11, 87. *Quid mihi tunc animi credas, germane, fuisse?* pro *germane frater.* * Terent. Andr. 1, 5, 57. *Si te in germani* FRATRIS *dilexi loco.* Cic. pro Font. 63. *Germanum* FRATREM *complexa teneat:* Verr. 1, 128. *Dixit C. Fannius eques Romanus,* FRATER *germanus Q. Titinii.*

(3) In PATRUELIS, *ein Geschwisterkind.* Ovid. Met. 13, 157. *Teucer patruelis Achilli:* pro *patruelis frater:* 4, 461. *Molirique suis letum patruelibus ausae:* pro *patruelibus fratribus.* * Cic. pro Cn. Planc. 27. *Quod si adesset, non minus ille declararet, quam hic illius* FRATER *patruelis.* Sueton. Caes. 29. *Qui* FRATRI *patrueli successerat.*

FRENA, *Gebiss*, in LUPATA, *scharf.* Ovid. Amor. 1, 2, 15. *Asper equus duris contunditur ora lupatis.* Virg. Georg. 3, 208. *Pressique negabunt verbera dura pati, et duris parere lupatis:* pro *lupatis frenis.* * Horat. Carm. 1, 8, 6. *Gallica nec lupatis temperat ora* FRENIS.

FRETA, *Seen*, in ABRUPTIORA, *reissendere.* Frontin. Strateg. 1, 4, 7. *Abruptiora tranare:* pro *abruptiora freta.*

FRONS, *Seite*, in LAEVA, *linke.* Plaut. Mil. Glor. 2, 4, 8. *Respice dum ad laevam, quis illaec est mulier?* pro *laevam frontem.* * Mart. 1, 70, 11. *Protinus a laeva clari tibi* FRONTE *penates, atriaque excelsae sunt adeunda domus.*

[FRUGES, *Früchte*, in SATAE, *gesät.*]

FRUMENTA, *Korn*, in SATA, *gesät.* Quintil. 8. Prooem. *Velut laeto gramine sata strangulant:* pro *sata frumenta.* Seneca Hippol. 456. *Luxuriat satis.* Virg. G. 1, 113. *Quique satis largum coelo dimittitis imbrem:* pro *satis frumentis:* * 3, 176. *Sed* FRUMENTA *manu carpes sata.*

FRUSTUM, *ein Bissen*, in COLLARE, *vom Halse.* Apic. 7, 5. *Elixum vero collare si voles, sine conditura assas, et succum calidum perfundis:* pro *collare frustum.*

FUGA, *Flucht*, in VERTI, *gewendet sein.* Virg. Aen. 10, 512. *Tempus versis succurrere Teucris:* pro *versis in fugam.* * Tacit. Hist. 2, 26, 1. IN FUGAM *versi.* Iustin. 2, 12, 26. *Et mox proelio*

victi, IN FUGAM *vertuntur*: 15, 4, 22. *Demetrius filius eius* IN FUGAM *vertitur*.

FUGIO, *fliehn*, (1) in EX PATRIA, *aus dem Vaterlande*. Terent. Adelph. 2, 4, 10. *Non pudor, tam ob parvulam rem paene e patria*: pro *e patria fugere*, ut Donatus observat.

(2) In IN ANGIPORTUM, *in einen Gang*. Terent. Eun. 5, 2, 5. *Ubi vidi, ego me in pedes, quantum queo, in angiportum quoddam desertum*: pro *fugiens in angiportum quoddam*, ut Donatus observat.

FULMINEUS, *blitzend*, vel TRISULCUS, *dreispitzig*, in IGNIS, *Feuer*. Ovid. Met. 6, 696. *Exiliantque cavis elisi nubibus ignes*. Virg. Aen. 3, 199. *Ingeminant abruptis nubibus ignes*: pro *ignes fulminei*, vel *trisulci*. * Lucret. 2, 382. *Quare* FULMINEUS *multo penetralior ignis*. Ovid. Met. 11, 523. FULMINEIS *ardescunt ignibus undae*: 2, 848. *Cui dextra* TRISULCIS *ignibus armata est*.

FUNDUS, *Land*, in ARPINAS, *von Arpinum*. Cic. ad Fam. 7, 23. *Tantum quod ex Arpinati veneram, quum mihi a te litterae redditae sunt*: pro *Arpinati fundo*: * 14, 7. FUNDO *Arpinati bene poteris uti cum familia urbana*.

FUNDUS, *Grund*, in IMUS, *tiefste*. Lucr. 3, 38. *Humanam qui vitam turbat ab imo*: 5, 164. *Ab imo everterea summum*. Curt. 7, 5, 33. *Fundamenta murorum ab imo moliuntur*: pro *ab imo fundo*. Ovid. Met. 11, 499. *Quum fulvas ex imo verrit arenas*. Plin. 2, 47. *Quoniam ille infernus fluctus ex ima maris spirat*: pro *ex imo fundo*. Ovid. Met. 5, 587. *Invenio sine vertice aquas — perspicuas imo*: pro *imo fundo*. * Virg. Aen. 2, 419. *Atque imo Nereus ciet aequora* FUNDO. Val. Flacc. 8, 366. FUNDOQUE *iterum violentus ab imo erigitur*. Seneca Herc. F. 86. *Adsint ab imo Tartari* FUNDO *excitae Eumenides*. [Iustin. 4, 1, 10. *In imum desidere*, et ibid. 15. *Raptum secum spiritum in imum* FUNDUM *trahit*.]

[FUNEBRIS, *Leichen-*, in LAUDATIO, *Rede*. Cic. de Sen. 4. *Est in manibus laudatio*. * Seneca Ep. 102. *Nemo dicit laudem* FUNEBREM, *sed laudationem*.]

FUNERA, *Leichen*, in IUSTA, *Gebräuche*. Cic. pro L. Flacc. 95. *Iusta Catilinae facta sunt*. Plin. 2, c. ult. *Eae, quum secutis diebus iusta peragerent*: pro *iusta funera*. * Caes. B. G. 6, 19. *Iustis* FUNERIBUS *confectis*. [ubi tamen alii *funebribus* legunt. Plin. 10, 2. *Iusta* FUNERA *reddere*. M. R.]

FUNIS, *ein Tau*, in RUDENS, *zum Rudern*. Plaut. Rud. 4, 3, 1. *Dum hanc tibi, quam trahis, rudentem, complico*: pro *rudentem funem*. Iuvenal. 6, 103. *Duros gaudet tractare rudentes*: pro *rudentes funes*. * Non. 1, 254. *Rudentes ea causa sapientissimi dictos volunt, quod* FUNES, *quum vento verberentur, rudere existimentur*.

FUR, vel LATRO, *ein Dieb*, in TENERE, *festhalten*, *ergreifen*. Plaut. Aul. 4, 9, 1. *Perii, interii, occidi! quo curram? quo non curram? tene, tene!* pro *tene, tene furem!* * Petron. c. 15. p. 51. LATRONES *tenere clamavit*.

FURCA, *eine Stange*, in VARA, *ein Querholz*. Colum. 5, 9, 2.

Hoc autem facile contingit, si prius varam feceris: pro *varam furcam.*

FURIAE, *die Furien*, in DIRAE, *schreckliche.* Val. Flacc. 5, 446. *Ultrices spectant a culmine dirae.* Virg. Aen. 8, 701. *Tristesque ex aethere dirae:* pro *dirae furiae.* Apul. Met. 2. p. 127, 29. *An non putas devotionibus meis posse diras invocari:* pro *diras furias.*

G.

GALLUS, *ein Hahn*, in GALLINACEUS, *ein Haushahn.* Plin. 8, 16. *Gallinaceorum cristae:* 37, 105. *Alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum inventas crystallina specie:* pro *gallinaceorum gallorum.* * Cic. de Divin. 1, 74. GALLOS *gallinaceos in eo loco sic assidue canere coepisse.*

GAUDEO, *sich freuen.* Plaut. Curc. 4, 4, 5. *Salve! salvus quum advenis in Epidaurum*, scil. *gaudeo:* * Most. 5, 2, 7. *Salvus quum advenis, Theuropides, peregre,* GAUDEO.

GENITALE, *erzeugend*, in MEMBRUM, *Glied*, Priapeia Epigr. 69. *Huius — mirata est filia membrum:* pro *membrum genitale.* * Ovid. Amor. 2, 3, 3. *Qui primus pueris* GENITALIA *membra recidit.*

GENUS, *Geschlecht*, in SUMMO, *vom grössten, höchsten.* Plaut. Capt. 2, 2, 29. *Summo atque a summis viris:* pro *summo genere*, vel *loco:* * 1, 2, 66. *Habeo alium, prognatum* GENERE *summo:* 2, 2, 69. *Fateor — meque summo* GENERE *gnatum:* Cist. 1, 1, 26. *Ubi istas videas summo* GENERE *natas:* Aul. Prol. 28. *Nam compressit eam adolescens de summo* LOCO. Liv. 1, 34. *Summo* LOCO *natus.*

GERI, *gethan werden*, in TALIA, *solches.* Virg. Aen. 8, 18. *Talia per Latium:* pro *talia gerebantur per Latium.*

GIGANTES, *Riesen*, in ANGUIPEDES, *schlangenfüssige.* Ovid. Met. 1, 184. *Centum quisque parabant iniicere anguipedum captivo brachia coelo:* pro *anguipedum Gigantum.*

GLADIATORES, *Kampffechter*, in MERIDIANI, *mittägige.* Tertul. Apol. 15. p. 152. *Risimus et inter ludicras meridianorum crudelitates Mercurium mortuos cauterio exanimantem:* pro *meridianorum gladiatorum.* Sueton. Claud. 34. *Bestiariis meridianisque adeo delectabatur, ut etiam prima luce ad spectaculum descenderet:* pro *meridianisque gladiatoribus.*

GLADIUS, *Schwerdt*, (1) in IMMERGERE, *eintauchen.* Apul. Met. 2. *Latrones involo, ac singulis altissime immergo:* pro *immergo gladium.*

(2) In PETERE, *zielen.* Virg. Aen. 9, 438. *At Nisus ruit in medios, solumque per omnes Volscentem petit:* pro *petit gladio.* * Ovid. Met. 5, 185. *Pectora Lyncidae* GLADIO *petit.*

GRADUS, *ein Schritt*, I. in verbis quibusdam, (1) in ACCELERARE, *beeilen*. Seneca Oed. 289. *Tiresias tremulo tardus accelerat genu:* pro *accelerat gradum.* Cic. Cat. 2, 4, 7. *Aurelia via profectus est: si accelerare volent, ad vesperam consequentur:* pro *accelerare gradum*, vel *iter.* * Liv. 2, 43. *Accelerare* GRADUM. Caes. B. C. 2, 39. ITERQUE *accelerat, ut quam maxime ex fuga perterritos adoriri posset.*

(2) In CELERARE, *beeilen*. Val. Flacc. 4, 240. *Quisquis es, infelix celera puer:* pro *celera gradum*, vel *viam*, vel *cursum.* * Virg. Aen. 4, 641. *Illa* GRADUM *studio celerabat anilem:* 5, 609. *Illa* VIAM *celerans per mille coloribus arcum:* 10, 249. *Inde aliae celerant* CURSUS.

II. In nominibus quibusdam, ut (1) in Eo, *dahin*, cum genitivo casu. Plin. Paneg. 29. *Eo insolentiae furorisque processit.* Tacit. Ann. 4, 10, 3. *Deinde inter conscios — eo audaciae provectum:* pro *eo gradu.* * Cic. Fam. 11, 28. *Non agam astute: fateor me ad istum* GRADUM *sapientiae non pervenisse.*

(2) In LUBRICO, *schlüpfrig*. Curt. 6, 4, 10. *Se — in lubrico stantem consilium a praesenti necessitate repetisse:* pro *lubrico gradu:* * 8, 11, 14. *Qui perculsi instabili et lubrico* GRADU *praecipites recidebant.*

(3) In QUATUORDECIM, *vierzehn*. Petron. c. 126. *Domina mea usque ab orchestra quatuordecim transilit, et in extrema plebe quaerit, quod diligat.* Seneca Ep. 14. *Eques Romanus es — at me Hercules multis quatuordecim sunt clausi:* pro *quatuordecim gradus:* * de Benef. 3, 9. *Beneficium vocas — in quatuordecim* GRADUS *deduxisse.*

GRANA, *Körner*, in VINACEA, *von Trauben*. Colum. 6, 3, 4. *Licet etiam — eluta et siccata vinacea, quae de lora eximuntur, cum paleis miscere:* 8, 4, 2. *Vinacea, quamvis tolerabiliter pascunt, dari non debent:* pro *vinacea grana:* 12, 42, 5. *Sine vinaceis uvae quomodo creentur:* pro *vinaceis granis.*

GRATIAE, *Dank*, in AGERE MAXIMAS, *den herzlichsten sagen*. Terent. Eun. 3, 1, 7. *Vel rex semper maximas mihi agebat, quicquid feceram, aliis non item:* pro *maximas mihi gratias agebat*, ut Donatus observat. * Plaut. Capt. 5, 1, 1. *Iovi diisque ago* GRATIAS *merito maximas, quom te reducem tuo patri reddiderunt.*

GRATUM, *angenehm*, in TAM, QUAM NECESSE, *ebenso, als nothwendig*. Lucan. 1, 372. *Iussa sequi tam posse mihi, quam velle necesse est:* pro *tam gratum est.*

GURGES, *ein Schlund*, vel LACUS, *ein Bach*, vel CARCER, *ein Gefängniss*, in INFERNUS, *unterirdisch*. Obsequens 105. *Fremitus armorum ex inferno auditus:* 106. *Fremitus ex inferno ad coelum ferri visus:* pro *inferno gurgite*, vel *lacu*, vel *carcere.* * Ovid. Met. 11, 506. *Suspicere inferno summum de* GURGITE *coelum.* Virg. Aen. 3, 385. *Salis Ausonii lustrandum navibus aequor, infernique* LACUS. Seneca Ep. 82. CARCER *infernus.*

GYMNASIUM, *eine Schulanstalt*, in LYCEUM, locus in Tusculano Ciceronis. Cic. de Divin. 1, 5, 8. *Quum ambulandi causa in lyceum venissemus — perlegi, ille inquit, tuum paullo ante tertium de natura deorum:* pro *lyceum gymnasium.*

H.

HABEO, *haben*, I. in verbo IUBERE, *befehlen*. Nepos Milt. 1, 3. *Populus ei provinciam Numidiam iussit*: pro *iussit habere*.

II. In nominibus quibusdam, ut (1) in AEDEPOL, *beim Pollux*, cum accusativo casu. Plaut. Cas. 4, 4, 21. *Nebula haud est mollis, atque cutis huius est. Aedepol papillam bellulam!* pro *aedepol habet*. Terent. Adelph. 5, 2, 8. *Aedepol comissatorem haud sane commodum*: pro *aedepol habebunt*.

(2) In QUID AETATIS, *welches Alter*. Plaut. Merc. 2, 2, 19. *Quid tibi ego aetatis videor?* pro *videor habere?*

HAEC, vel HOC, *dies*, in POST, *nach*. Tacit. Ann. 13, 46, 5. *Deiicitur familiaritate sueta, post congressu et comitatu Otho*. Plaut. Aul. 3, 2, 12. *Pol ego haud scio quid post fiat*. Terent. Hec. 4, 4, 78. *In culpa non est: post de matre videro*. Virg. Aen. 1, 146. *Post mihi non simili poena commissa luetis*: pro *post haec*, vel *post hoc*. *Nemesian. Ecl. 2, 29. *Et post* HAEC, *Donace, nostros contemnis amores?* Propert. 1, 4, 19. *Nec tibi me post* HAEC *committet Cynthia*. Calpurn. Ecl. 3, 59. *Et post* HOC *placuit tibi torrida Mopsi vox*.

HASTA, *eine Lanze*, I. in ANSATA, *gehenkelt*. Ennius L. 5. *Ansatas mittunt e turribus*: pro *ansatas hastas*.

II. In verbis quibusdam, ut (1) in MITTERE, *entsenden*. Ovid. Met. 5, 12. *Conanti mittere Cepheus, quid facis? exclamat*: pro *mittere hastam*: *12, 115. *Et ante actis veluti male crederet*, HASTAM *misit in adversum Lycia de plebe Menoeten*.

(2) In SUBIICERE, *öffentlich verkaufen*. Sueton. Calig. 38. *Auctione proposita, reliquias omnium spectaculorum subiecit*: pro *subiecit hastae*, vel *praeconi*, vel *voci praeconis*. *Festus: HASTAE *ea, quae publice venundabant, subiiciebant veteres*. Cic. Att. 12, 37. *De hortis Scapulanis hoc videtur effici posse — ut* PRAECONI *subiiciantur*: Off. 2, 83. *Hastam in foro ponere, et bona civium* VOCI *subiicere* PRAECONIS.

HERBA, *Kraut*, (1) in INGUINARIA, *für Heilung der Schamtheile*. Plin. 26, 2. *Inguinaria, (quam quidam argemonen vocant,) passim in vepribus nascens, ut prosit inguinibus, in manu tantum habenda est*: pro *inguinaria herba*.

(2) In MEDICA, *ärztlich*. Virg. G. 1, 215. *Tunc te quoque, medica, putres accipiunt sulci*: pro *medica herba*. *Colum. 2, 11, 2. *Ex iis, quae placent, eximia est* HERBA *medica*.

HEREDITAS, *Erbschaft*, in CERNERE, *antreten*. Ulpian. Tit. 22, 27. *Titius heres esto, cernitaque in diebus centum proximis*: pro *cernitoque hereditatem*. *Quintil. Decl. 261. *Quum is, qui creverit* HEREDITATEM, *continue non plus sit habiturus quam caeteri*.

HEROS, *ein Held*, in TIBYN-

THIUS, *aus der Stadt Tirynthia*, prope Argos, ubi Hercules nutritus est, qui inde nomen accepit Tirynthius. Virg. Aen. 7, 662. *Geryone exstincto Tirynthius attigit arva.* Mart. 11, 44, 5. *Incurvabat Hylam posito Tirynthius arcu:* pro *Tirynthius heros.* *Ovid. Met. 7, 410. *Est via declivis, per quam Tirynthius* HEROS — *Cerberon abstraxit.*

HEU, *weh, ach, o!* ante positam exclamationem accusativo casu. Terent. Adelph. 3, 4, 40. *Miseram me!* pro *heu miseram me!* *Hec. 2, 2, 29. HEU *me miseram!* Pacuvius Fragm. 253. HEU *miserum me! excrucior.*

HIRUDO, *Igel*, in SANGUISUGA, *Blutsauger.* Plin. 32, 7. *Idem praestare sanguisugarum cinis ex aceto illitus putatur:* pro *sanguisugarum hirudinum:* *32, 10. *Diversus* HIRUNDINUM, *quas sanguisugas vocant, ad extrahendum sanguinem usus est.*

HOC, *dies*, (1) in VERUM, *wahr.* Terent. Andr. 4, 4, 30. *Verum: vidi Cantharam suffarcinatam:* pro *verum hoc est:* *Phorm. 3, 2, 9. *Verum hercle* HOC EST.

(2) In COGNITO, QUOD, *als man erfahren, dass.* Iustin. 2, 5, 13. *Cognito, quod Athenienses Ioniis auxilium contra se tulissent:* pro *cognito hoc, quod Athenienses.*

HOMINES, *die Menschen*, in verbis quibusdam, ut (1) in AIUNT, *sagen.* Terent. Andr. 1, 2, 21. *Omnes, qui amant, graviter sibi dari uxorem ferunt.—ita aiunt:* pro *aiunt homines.* Cic. Orat. 2, 57, 233. *Et docebo eos, (ut aiunt,) oratorem:* pro *ut aiunt homines.*

(2) In FERUNT, *geben aus.* Aurel. Vict. Caes. 16, 6. *Quem ferunt, quum invidia gestarum rerum angeretur, fraudem inter coenam exercuisse.* Rutil. 1, 436. *Armentale ferunt quippe natasse pecus.* Plin. Epist. 1, 13. *Claudium Caesarem ferunt — causam requisisse:* pro *ferunt homines.*

(3) In MEMORANT, *erzählen.* Liv. 1, 7. *Herculem in ea loca, Geryone interemto, boves mira specie abegisse memorant:* pro *memorant homines.*

[(4) In PRAEDICANT: et aliis verbis similibus, ut Cic. Off. 2, 11. *Maximeque admirantur eum,* sc. *homines.* Iuvenal. Sat. 1, 138. *Una comedunt patrimonia mensa.* Terent. Phorm. 2, 1, 4. *Quid mihi dicent, aut quam causam reperient?*]

(5) In TIMENT, *fürchten.* Lucan. 1, 485. *Nulloque auctore malorum, quae finxere, timent:* pro *timent homines.*

HOMO, *Mensch*, (1) in NIHILI, *nichtswürdig.* Plaut. Truc. *Nihili me! perdidi omne:* pro *nihilo hominem me!* Asin. 2, 4, 67. *Impune, nihili, non vides irasci?* pro *nihili homo?* *Bacch. 4, 8, 63. *Ne supplicare cènseas,* HOMO *nihili?* 5, 2, 70. *Etiam tu* HOMO *nihili, quod di dant boni, cave culpa tua amissis?*

[(2) In CETERI, MORTALES, MAIORES, MINORES, MAGNATES, OPTIMATES, BRITANNI, GERMANI, GALLI: in ADOLESCENS, AMICUS, FAMILIARIS, IUVENIS, LIBER, MARITUS, NUNTIUS, RIVALIS, SERVUS, SOCIUS, TABELLARIUS: sic in omni adiectivo masculino, quod sine nomine positum est, ut: *tu es miser, ego sum salvus, Cicero est Romanus.* *Terent. Adelph. 2, 1, 46. HOMINI *misero plus quingentos colaphos infregit mihi.* Cic. Att. *Regnum non modo Romano* HOMINI,

sed ne Persae quidem tolerabile: Idem: *nihil* HOMINE *libero dignius.*]

(3) In QUIDAM, *iemand.* Terent. Eun. 3, 2, 30. *Neque tibi obstat, quod quidam facit:* pro *homo quidam.* *Plaut. Amph. 1, 1, 165. *Olet* HOMO *quidam, malo suo.*

(4) In RIDICULUM! *lächerlich!* Terent. Andr. 3, 1, 16. *Hui, tam cito? ridiculum!* 4, 2, 29. *Ut ducam, — ridiculum!* pro *ridiculum hominem!* ut Donatus observat.

HORA, *Stunde, Zeit,* I. in adiectivis nominibus quibusdam, ut (1) in ALIAS, *zu anderen.* Terent. Andr. 3, 2, 49. *Quid alias malim, quam hodie has fieri nuptias?* pro *alias horas,* idque pro *per alias horas.* [cf. ibi Bentley.]

(2) In QUOTA, *welche.* Horat. Carm. 3, 19, 7. *Et quota Pelignis caream frigoribus, taces:* pro *et quota hora:* *Serm. 2, 6, 44. HORA *quota est.*

II. In numeralibus, ut in SECUNDA, TERTIA, QUARTA, QUINTA, SEXTA, SEPTIMA, OCTAVA, NONA, DECIMA. Horat. Sat. 2, 6, 34. *Ante secundam Roscius orabat sibi adesses ad Puteal cras;* pro *secundam horam.* Martial. 4, 8. *Prima salutantes atque altera continet hora, exercet raucos tertia causidicos. In quintam varios extendit Roma labores, sexta quies lassis, septima finis erit. Sufficit in nonam nitidis octava palaestris; imperat exstructos frangere nona toros. Hora libellorum decima est, Eupheme, meorum.* Horat. Sat. 1, 7, 122. *Ad quartam iaceo:* pro *quartam horam.* Seneca Apocol. p. 817. *Inter sextam et septimam erat:* pro *septimam horam.* *Horat. Sat. 1, 5, 23. *Quarta vix demum exponimur* HORA. Plin. 17, 11. *Id quidem in* HORAM *diei quintam — spectare maluerim.* Martial. 3, 100, 1. *Cursorem sexta tibi, Rufe, remisimus* HORA. Cic. Verr. 2, 38, 92. *Diligens ad* HORAM *octavam praesto est:* 2, 37, 91. *Venire* HORA *nona iubet.* Martial. 1, 108, 9. *Ipse salutabo decima te saepius* HORA.

HOROLOGIUM, *eine Uhr,* in SOLARIUM, *Sonnenuhr.* Cic. pro Quint. 18, 59. *Non ad solarium, non in campo, non in conviviis versatus est.* Plaut. Mil. Gl. 2, 4, 25. *Neque solarium hic apud nos est:* pro *solarium horologium.* *Plin. 7, 60. *Solarium* HOROLOGIUM *statuisse — proditur.*

HUC, *hieher,* in USQUE, *bis.* Plaut. Most. 2, 2, 19. *Salvum te venisse gaudeo; usquene valuisti? — usque ut vides:* pro *huc usquene — huc usque.* *Martial. 3, 68, 1. HUC *est usque tibi scriptus, matrona, libellus.*

HUMANA, *menschlich,* in VITA, *Leben,* pro: *Mensch.* Pallad. in Anthol. Epigr. Latin. T. 1. Ep. 136. p. 99. *Sed placidis hominum dictis fera corda mitigavit, doctaque vitam voce temperavit:* pro *vitam humanam.* Manil. 5, 98. *Rudis nullo discrimine vita — ratione carebat.* Martial. 8, 3, 20. *Agnoscat mores vita legatque suos.* Lucan. 6, 910. *Nec sancto caruisset vita Catone.* Orientius Commonitor. 1, 16. *Vita docenda mihi est:* pro *vita humana.* *Plaut. Mil. Gl. 3, 1, 134. *Itidem divos dispertisse vitam* HUMANAM *aequum fuit.* Lucr. 3, 38. HUMANAM *qui vitam turbat ab imo.*

HUMUS, *Land, Boden,* (1) in NATALIS, *Geburts-.* Horat. Carm.

1, 21, 9. *Vos Tempe totidem tollite laudibus, natalemque, mares, Delon Apollinis:* pro *natalemque humum.* *Ovid. de Ponto 2, 9, 78. *Quicquid id est, habui moderatam vindicis iram, qui, nisi natalem, nil mihi dempsit* HUMUM.

(2) In SEDERE, *sitzen.* Propert. Eleg. 1, 15, 11. *Multos illa* (Calypso) *dies incomtis moesta capillis sederat, iniusto multa locuta salo:* pro *sederat humo.* Stat. Theb. 6, 30. *Sedet ipse exutus honoro vittarum nexu genitor:* pro *sedet humo.* *Ovid. Met. 4, 261. *Sedit* HUMO *nuda, nudis incomta capillis.*

I.

IAC IAN

IACEO, *liegen,* (1) in CIRCUM, *ringsum.* Tacit. Ann. 15, 39, 1. *Neque tamen sisti potuit, quin et palatium et domus et cuncta circum haurirentur:* pro *circum iacentia.*

(2) In IN, *in.* Virg. Ecl. 5, 43. *Daphnis ego in silvis hinc usque ad sidera notus:* pro *ego iacco in silvis.*

(3) In INTER, *zwischen.* Tacit. Ann. 1, 60, 5. *Ductum inde agmen ad ultimos Bructerorum, quantumque Amisiam et Luppiam amnes inter, vastatum:* pro *inter iacet.*

IACTO, *treten,* in CALCES ADVERSUM STIMULUM, *mit den Hacken gegen den Stachel.* Terent. Phorm. 1, 2, 27. *Namque inscitia est, adversum stimulum calces:* pro *calces iactare,* ut Donatus observat. [sed est proverbium, e Graeco πρὸς κέντρα λακτίζειν, ut omnino nihil possit deesse. M. R.]

IANUA, *Thüre,* in POSTICULA, *eine Hinterthür.* Apul. Met. 2. p. 124. *Per quandam brevem posticulam intro vocat me:* pro *posticulam ianuam.*

IBI IDE

IBI, *dort,* in UBI, *wo.* Ovid. Her. 1, 53. *Iam seges est, ubi Troia fuit:* pro *est ibi, ubi Troia.* *Plaut. Bacch. 5, 2, 72. *Egon', ubi filius corrumpatur meus,* IBI *potem?*

ID, *das,* (1) in QUOD, *was.* Ovid. Her. 8, 41. *Tu, mihi, quod matri pater, es:* pro *tu mihi id, quod matri.* Lucr. 1, 959. *Extremum porro nullius posse videtur esse, nisi ultra sit, quod finiat, ut videatur:* pro *nisi ultra id sit, quod finiat.* Terent. Eun. 2, 2, 6. *Quoniam miser, quod habui, perdidi:* pro *miser id, quod habui, perdidi.* *Plaut. Pers. 4, 4, 91. *Quod habuit,* ID *perdidit.*

(2) In QUOD, *dass.* Terent. Hec. 2, 3, 3. *Nam* (*ita me di ament*) *quod me accusat nunc vir, sum extra noxiam:* pro *nam in eo, quod me accusat nunc vir,* ut Donatus observat. Cic. Verr. 2, 13. 32. *Quod civis Romanus a Siculo petit, Siculus iudex datur:* pro *in eo, quod civis Romanus,* ut Asconius observat.

IDEM, *derselbe,* (1) in LOCUS, *Ort.* Terent. Hec. Prol. 13. *Ita*

poetam restitui in locum, prope iam remotum iniuria adversarium: pro *in locum eundem.* *Plaut. Mil. 3, 1, 108. *Haud facile te in* EUNDEM *rursus restitues locum.*

(2) In QUI, *welche.* Plin. 8, 42. *Equo fere, qui homini morbi:* pro *fere iidem, qui homini.* *Cic. Verr. 3, 1. *Est* IDEM *Verres, qui fuit semper.*

(3) In QUOD, *was.* Martial. 6, 23. *Crede mihi, non est mentula, quod digitus:* pro *non est idem mentula, quod digitus.* *Plaut. Asin. 2, 1, 8. *Serva herum, cave tu* IDEM *faxis, alii quod servi solent.*

IDONEUS, OPPORTUNUS, vel PROBUS, *geschickt*, in ESSE AD, *sein für.* Plaut. Asin. 4, 1, 3. *Nam tu poeta es prorsus ad eam rem unicus:* pro *ad eam rem unicus idoneus*, vel *opportunus*, vel *probus:* *Poen. 3, 2, 6. *Non potuisti adducere homines magis ad hanc rem* IDONEOS. Terent. Eun. 5, 8, 47. *Ad omnia haec magis* OPPORTUNUS, *nec magis ex usu tuo nemo est.* Plaut. Poen. 3, 3, 67. *Illic est ad istas res* PROBUS.

IGNOMINIA, *Schmach*, in NOTARE, *bezeichnen.* Horat. Sat. 1, 3, 24. *Stultus et improbus hic amor est, dignusque notari:* pro *notari ignominia.* Cic. de Sen. 42. *Sed notandam nimiam putavi libidinem:* pro *notandam ignominia:* de Clar. Orat. 224. *Improbitatem Atheniensis Hyperboli veteres Atticorum comoediae notaverunt:* pro *notaverunt ignominia:* *Fam. 6, 6. *Ut in eam civitatem boni viri et boni cives, nulla* IGNOMINIA *notati, non revertantur:* Philipp. 7, 9. *Respondendum honorifice est Marrucinis, qui* IGNOMINIA *notandos censuerunt.*

ILLE, *er*, in CIRCA, *um.* Tacit. Ann. 2, 11, 4. *Cariovalda labitur, et multi nobilium circa.* Liv. 1, 41. *Qui circa erant.* Nepos 18, 10, 4. *Sed non passi sunt hi, qui circa erant:* pro *circa illum.* *Terent. Eun. 3, 5, 33. *Paucae, quae circum* ILLAM *essent.*

IMBRES, *Regen*, in RUERE, *herabstürzen.* Val. Flacc. 1, 616. *Vasto pariter ruit igneus aether cum tonitru:* pro *ruit imbribus.* *Martial. 3, 100. IMBRIBUS — *coelum nam forte ruebat.*

IMPELLO, *überreden*, (1) in EA, *sie*, cum accusativo casu. Plaut. Casin. 5, 3, 8. *Ea dux, ea uxorem:* pro *ea uxorem impulit.*

(2) In MISERICORDIA, ANIMUS MATERNUS, *Mitleid, Mutterliebe.* Terent. Heaut. 4, 1, 24. *At id omitto: misericordia, animus maternus: sine:* pro *misericordia, animus maternus impulerunt te.*

IMPERIUM, vel SUMMA, *Obmacht*, in POTIRI, *erlangen*, cum genitivo casu. Lucr. 2, 13. *Ad summas emergere opes, rerumque potiri:* pro *rerum imperio*, vel *summa.* *Caes. B. G. 1, 3, 8. *Totius Galliae* IMPERIO *potiri.* Nepos Eum. 3, 4. *Semper habiti sunt fortissimi, qui* SUMMA *imperii potirentur.*

IN, *für, in, auf*, (A) omittitur, I. ante quosdam accusativos, ut (1) in AEVUM OMNE, *allezeit.* Iustin. 14, 4, 14. *Ut inopes extorresque omne aevum in hoc castrensi exilio agatis:* pro *in omne aevum*, vel *per omne aevum:* *2, 4, 17. *Eximia servatae* IN *omne aevum virginitatis admiratio fuit.* Val. Flacc. 1, 286. *Hic soror*

Aeoliden, aevum maneura PER *omne, deserit.*

(2) In DOMUM, *Haus.* Phaedr. 5, 7, 10. *Et multum gemens domum refertur.* Nepos 13, 13. *Ille cives suos agro atque urbibus augeri maluit, quam id sumere, cuius partem domum suam ferre posset:* pro *in domum:* *17, 7, 3. *Nihil unquam* IN *domum suam contulit.* Aurel. Vict. Vir. Illustr. 60, 3. IN *domum suam nihil contulit.*

(3) In IMMENSUM, *unendlich.* Tacit. Ann. 6, 37, 2. *Nuntiavere accolae, Euphraten nulla imbrium vi sponte et immensum attolli.* Sallust. Iug. 97. *Editur immensum mons:* pro *in immensum.* *Ovid. Met. 2, 220. *Ardet* IN *immensum geminatis ignibus Aetna.* Seneca de Ira 2, 10. IN *immensum proderit nobis illud Democriti salutare dictum.*

(4) In QUANTUM, *wie fern.* Terent. Andr. 1, 3, 2. *Enimvero, Dave, nihil loci 'st segnitiae, neque socordiae, quantum intellexi modo senis sententiam de nuptiis:* pro *in quantum,* ut Donatus observat. *Ovid. Met. 11, 71. IN *quantum quaeque secuta est.* Rutil. Iter. 1, 46. IN *quantum fletus currere verba sinit.* Seneca de Benef. 6, 23. *Vide,* IN *quantum corporibus vagari liceat.* [Iustin. 43, 3. IN *tantum enituerunt.*]

(5) In SUBLIME, *erhaben.* Virg. G. 3, 108. *Iamque elati sublime videntur.* Lucr. 4, 134. *Quae multis formata modis sublime feruntur.* Cic. Tusc. 1, 17, 40. *Perspicuum debet esse, animos — sublime ferri:* pro *in sublime.* *Plin. 2, 5. *Levibus* IN *sublime tendentibus.*

II. In verbis quibusdam cum accusativo casu, ut (1) in ABDERE, *sich zurückziehn.* Terent. Hec. 1, 2, 100. *Rus abdidit se:* pro *in rus.* Cic. in Pison. 92. *Domum se abdidit:* pro *in domum:* *Fam. 7, 29. *Abdo me* IN *bibliothecam:* 13, 28. *Abdidit se* IN *intimam Macedoniam:* Caes. B. G. 1, 12. *Sese* IN *proximas silvas abdiderunt.*

(2) In ABDUCERE, *fortführen.* Virg. Aen. 3, 601. *Tollite me, Teucri; quascumque abducite terras:* pro *in quascumque terras.* *Terent. Phorm. 3, 3, 15. *Alius ab oculis meis illam* IN *ignotum abducet locum?*

(3) In ABIRE, *weggehn.* Plaut. Poen. 3, 6, 4. *Utinam abierit hinc malam crucem.* Liv. 24, 3. *Locros omnis multitudo abeunt:* pro *in Locros.* *Terent. Heaut. 1, 1, 59. IN *Asiam hinc abii.*

(4) In ARDERE, *entglühen.* Virg. Ecl. 2, 1. *Formosum pastor Corydon ardebat Alexin:* pro *in formosum — Alexin.* Horat. Od. 4, 9, 13. *Comtos arsit adulteri crines:* pro *in comtos — crines.* *Virg. Aen. 12, 71. *Ardet* IN *arma magis.* [Tacit. Hist. 1, 43. *Nominatim* IN *caedem eius ardentes.*]

(5) In ASCENDERE, *besteigen.* Caes. B. G. 1, 21. *Ascendere iugum:* pro *in iugum.* Cic. de Div. 1, 28, 51. *Adversam ascendere ripam:* pro *in ripam:* *pro Milon. 35, 97. *Gloriae gradibus etiam homines* IN *coelum videntur ascendere.*

(6) In COGITARE, *denken.* Cic. Att. 16, 2. *Brundusium cogito:* pro *in Brundusium,* sc. *ire:* *ibid. IN *Pompeianum cogitabam:* 2, 8. *Cogito* IN *Tusculanum.*

(7) In CONSCENDERE, *an Bord gehn.* Caes. B. C. 2, 4. *Naves conscendunt:* pro *in naves.* Virg. Aen. 10, 155. *Classem conscendit:* pro *in classem.* Val. Flacc. 2, 444. *Et sol aethereas medius conscenderat arces:* pro *in aethereas — arces.* *Ovid. Met. 6, 222. *Conscendunt* IN *equos.* Cic. Fam.

14, 7. *Navem spero nos valde bonam habere:* IN *eam simul atque conscendi, haec scripsi.*

(8) In DEFERRI, *getragen werden.* Tacit. Hist. 3, 85, 1. *Aventinum — sellula defertur:* pro *in Aventinum.* * Nepos 14, 4, 4. *Hac delatus* IN *Ciliciam.*

(9) In DESPUERE, *spucken.* Minucius Felix c. 8. *Templa et busta despiciunt, deos despuunt:* pro *in deos.* Claudian. de 4 Cons. Hon. 403. *Torquati despue mores:* pro *in mores.* * Pers. 4, 34. *Est prope te ignotus cubito qui tangat, et acre despuat* IN *mores.*

(10) In DEVENIRE, *gelangen.* Val. Flacc. 1, 843. *Donec silvas et amoena piorum deveniant:* pro *in silvas.* Virg. Aen. 1, 365. *Devenere locos, ubi nunc ingentia cernes moenia:* pro *in locos.* * Hirt. B. Afr. 26. IN *castra Caesaris devenire.* Aurel. Orig. Gent. Rom. 1, 3. *Certum tamen est, priorem Ianum* IN *Italiam devenisse.*

(11) In DILABI, *zerfallen.* Auct. ad Herenn. 2, 25. *Impune maxima peccata dilabentur:* pro *in maxima peccata.* * Virg. G. 4, 410. *Aut* IN *aquas tenues dilapsus abibit.*

(12) In IMPENDERE, *bedrohen.* Terent. Phorm. 1, 4, 2. *Subito tanta te impendent mala:* pro *in te.* [ubi Bentleius *in me* edidit, et *impendere* nusquam ita poni ait. In Lucilii loco *mi* legendum videtur. M. R.] Lucilius: *Nunc ad te redeo, ut quae res me impendet, agatur:* pro *in me.*

(13) In INCUMBERE, *lehnen.* Sallust. Fr. 3, 12. *Arma incumberent stantes:* pro *in arma.* Plaut. Cas. 2, 4, 29. *Gladium faciam culcitram, eumque incumbam:* pro *inque eum.* * Sueton. Aug. 83. IN *spongiam incubuisse Aiacem.* Cic. de Inv. 2, 154. IN *gladium incumberet.* Liv. 35, 5. IN *scuta incumbentes sustinebant impetus Romanorum.*

(14) In INCURRERE, *hineinstürzen.* Veget. 109. *Acrius hostes incurrunt:* pro *in hostes.* Apul. Met. 10, p. 250. *Nescius nesciam sororem incurreret:* pro *in sororem.* Sallust. Fr. 6, 6. *Incurrerunt eos a tergo:* pro *in eos:* * Catil. 60. *Incurrere* IN *hostes.* Martial. 1, 38. *Pectore nec nudo strictos incurris* IN *enses.*

(15) In INCURSARE, *hineinlaufen.* Tacit. Hist. 3, 18. *Nutantem aciem victor equitatus incursat:* pro *in nutantem aciem.* * Plaut. Bacch. 5, 2, 29. *Arietes truces nos erimus, iamque* IN *vos incursabimus.*

(16) In INSINUARE, *einschleichen.* Lucr. 1, 117. *An pecudes alias divinitus insinuet se:* pro *in pecudes.* Sisenna Hist. 4. ap. Nonium 1, 287. *Agmen perturbatum pedites insinuant:* pro *in agmen.* * Cic. pro Caecin. 5, 13. *Aebutius — qui se eius* IN *familiaritatem insinuasset hac ratione:* de L. Agr. 2, 4, 12. *Quum familiariter me* IN *eorum sermonem insinuarem.*

(17) In IRRUERE, *hineinstürzen.* Terent. Eun. 4, 7, 18. *Quam mox irruimus?* pro *in quam:* * Adelph. 1, 2, 8. *Fores effregit, atque* IN *aedes irruit alienas.* Seneca Oed. 786. *Ut undique* IN *me saeva fortuna irruit?* (Cic.) pro Domo 106. IN *quam quisque — irruerit.*

(18) In IRRUMPERE, *hineindringen.* Tacit. Hist. 1, 40, 3. *Rapidis equis forum irrumperent:* pro *in forum.* Caes. B. C. 1, 27. *Ne sub ipsa profectione milites oppidum irrumperent:* pro *in oppidum.* Lucan. 2, 327. *Pulsatae sonuere fores, quas sancta — irrupit Marcia:* pro *in quas.* Ovid. Met. 15, 598. *Ille quidem potuit portas irrumpere apertas:* pro *in portas.* Val. Flacc. 2, 211. *Irrupitque domos:* pro *in domos.*

*Caes. B. G. 4, 14. In *castra irruperunt.* Quintil. 2, 5. In *pectora irrumpat.* Cic. Acad. 4, 125. In *animos nostros irrumpunt intrinsecus imagines:* Fam. 15, 2. *Irrumpere* in *meam provinciam conarentur.*

(19) In Penetrare, *eindringen.* Virg. Aen. 1, 243. *Illyricos penetrare sinus:* pro *in sinus.* Val. Flacc. 7, 43. *Asiam — penetravit Iason:* pro *in Asiam.* Serenus Sam. c. 22, 181. *Si vero incautas animal penetraverit aures:* pro *in aures.* Seneca Herc. Oet. 1169. *Ille tyrannos iussit Stygias penetrare domos:* pro *in domos.* *Cic. Acad. 4, 122. *Quae penetrare* in *coelum — possit:* Philipp. 13, 9. *Antonio* in *Gallias penetranti Brutus se obiecit.* Catull. 11, 2. *Sive* in *extremos penetrarit Indos.*

(20) In Proficisci, *reisen.* Terent. Adelph. 2, 2, 16. *Praeterea autem te aiunt proficisci Cyprum:* pro *in Cyprum.* Aurel. Vict. de Caes. 39, 33. *Iovio Alexandriam profecto:* pro *in Alexandriam:* *Vir. Illustr. 70, 1. *Caius Flavius Fimbria* — in *Asiam profectus:* de Caes. 27, 7. In *Persas profectus est:* 39, 18. *Herculius* in *Galliam profectus.*

(21) In Scandere, *besteigen.* Virg. Aen. 2, 237. *Scandit fatalis machina muros:* pro *in muros.* Cic. de Sen. 6, 27. *Quum alii malos scandant:* pro *in malos.* Catull. 106, 1. *Pimplaeum scandere montem:* pro *in montem.* Val. Flacc. 8, 5. *Cupit iam scandere puppim:* pro *in puppim.* *Plin. 10, 18. In *subreptum scandere.* Ovid. de Ponto 2, 1, 57. *Te quoque victorem Tarpeias scandere* in *arces — Roma videbit.*

(22) In Spuere, *spucken.* Virg. G. 4, 97. *Sicco terram spuit ore viator aridus:* pro *in terram,* ut Servius observat. *Plin. 28, 4. *Veniam quoque a deis — petimus,* in *sinum spuendo.*

(23) In Studere, *bedenken.* Plaut. Mil. Gl. 5, 44. *Magis metuant, minus has res studeant:* pro *in has res.* Cic. Fam. 6, 5, 1. *Qui si nihil aliud studeat, nisi id quod agit:* pro *in nihil aliud.* *Quintil. 10, 2. *Poetae et pictores* in *id solum student, ut describere tabulas mensuris ac lineis sciant.*

(B) In, *in, auf,* omittitur, l. ante quaedam adiectiva, ut (1) in Die, Diebus, *Tag, Tage.* Quintil. 10, 3, 8. *Virgilium paucissimos die composuisse versus:* pro *in die.* Catull. 13, 1. *Coenabis bene, mi Fabulle, apud me paucis, si tibi di favent, diebus:* pro *in paucis — diebus.* [Cic. Sen. 2, 7. *Perpaucis ante mortem diebus diseruit:* pro *in perpaucis — diebus.*] *Scribon. 16. In *die.* Terent. Andr. 1, 1, 77. *Fere* in *diebus paucis.*

(2) In Humo, *Boden.* Ovid. Fast. 1, 424. *Sicut erat lusu fessa, quievit humo:* Met. 4, 261. *Sedit humo nuda.* Val. Flacc. 4, 339. *Graminea sternuntur humo:* pro *in humo.* *Tibull. 1, 1, 62. *Mollis* in *inculta sit mihi somnus humo.* Ovid. Her. 4, 4. *Aut* in *graminea ponere corpus humo.*

(3) In Loco, *zur Zeit.* Cic. Fam. 2, 16. *Epistolae offendunt non loco redditae:* pro *in loco.* *Terent. Heaut. 4, 6, 23. *Obsecundato* in *loco:* Adelph. 2, 2, 8. *Pecuniam* in *loco negligere.*

(4) In Propatulo, *offen.* Mela 1, 19. *Propatulo vescuntur:* pro *in propatulo.* *Colum. Prooem. 12. *Quum victus* in *propatulo — accurandus erat.* Nepos 23, 9, 3. *Statuas* in *propatulo domi obiicit.*

(5) In Spe, *Erwartung*. Terent. Hec. Prol. sec. 9. *Spe incerta, certum mihi laborem sustuli*: pro *in spe incerta*, ut Donatus observat.

(6) In Tempore, *Zeit*. Rutil. Lupus 1 de Fig. Sent. *Quod beneficium tempore et cupienti datur, gratum est*. Cic. Off. 2. *Ad coenam tempore venit*: Fam. 7, 18. *Renovabo commendationem, sed tempore*: pro *in tempore*. * Terent. Heaut. 2, 3, 123. In *tempore ad eam veni*. Florus 3, 3. *Marius* in *tempore aggressus est*.

(7) In Tuto, *sicher*. Cic. Fam. 14, 3. *Ut tuto sim, quod laboras, id mihi nunc facillimum est*. * Terent. Adelph. 2, 4, 3. In *tuto est omnis res*: Pherm. 5, 1, 7. *Interea vita ut* in *tuto foret*.

(8) In Via, *Weg*. Plaut. Mil. Gl. 3, 2, 23. *Alii poscam potant via*: pro *in via*: * Merc. 1, 2, 9. *Antecurgandum est* in *via*.

(9) In Vulgo, *öffentlich*. Cic. pro Rosc. Am. 80. *Ut homines vulgo impune occiderentur*: pro *in vulgo*: * pro Planc. 4, 9. *Non est enim consilium* in *vulgo, non ratio, non discrimen*.

II. In verbis quibusdam, cum ablativo casu, ut (1) in Adhaerere, *anhängen*. Lucan. 5, 38. *Frente tamen Rhaeti non irrita cuspis adhaeret*: pro *in fronte*. * Ovid. Met. 4, 693. *Vinctoque* in *corpore adhaerent*. Cic. in Vatin. 13. *Tela mea* in *tuis pulmonibus ac visceribus adhaeserunt*.

(2) In Agere, *leben*. Virg. Aen. 5, 51. *Hunc ego, Gaetulis agerem si Syrtibus exul*: pro *in Gaetulis*. * Quintil. Prooem. 6. In *malis agere*. Plin. 8, 25. *Dies* in *terra* (crocodilos) *agit, noctes* in *aqua*.

(3) In Ardere, *entbrennen*. Horat. Carm. 2, 4, 7. *Arsit Atrides — virgine rapta*: pro *in virgine*: 3, 9, 5. *Donec non alia magis arsisti*: pro *in alia*: Epod. 14, 9. *Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo Anacreonta Teium*: pro *in Samio Bathyllo*. Sil. Ital. 5, 15. *Ardens puero*: pro *in puero*. * Ovid. Her. 4, 99. *Arsit et Oenides* in *Maenalia Atalanta*: Met. 8, 50. *Merito deus arsit* in *illa*: 9, 724. *Ardetque* in *virgine virgo*.

(4) In Coire, *zusammen kommen*. Ovid. A. A. 1, 366. *Sic coeunt sacro nupta deusque toro*: pro *in toro*. * Terent. Eun. 3, 4, 1. *Heri aliquot adolescentuli coiimus* in *Piraeo*.

(5) In Collocare, *legen, stellen*. Cic. de Orat. 1, 35, 161. *Suo quisque loco collocare*: pro *in suo — loco*: * in Pison. 61. In *campo Martio tabernaculum collocavit*. Terent. Eun. 3, 5, 45. *Deinde eum* in *lecto illae collocarunt*.

(6) In Excellere, *übertreffen*. Cic. pro Planc. 60. *Uti is gloria maxime excellat*: pro *in gloria*: * Fam. 11, 21. *Excellere* in *aliquo genere virtutis*.

(7) In Ferre, *tragen*. Cic. Fam. 15, 27. *Te, ut dixi, fero oculis*: pro *in oculis*: * ad Q. Fr. 1, 3. *Balbum* in *oculis fero*.

(8) In Habitare, *wohnen*. Ovid. Met. 12, 406. *Habitavit femina silvis*: pro *in silvis*. * Plaut. Cas. Prol. 36. In *illisce habitat aedibus*.

(9) In Haerere, *hängen*. Horat. Serm. 2, 3, 205. *Haerentes litore naves*: pro *in litore*. Ovid. Fast. 2, 498. *Haesissetque animis fors itan illa fides*: pro *in animis*. * Cic. Fam. 15, 16. *Qui mihi haeres* in *medullis*. Plaut. Epid. 2, 2, 7. *Nam ego illum audivi* in *amore haerere*. Ovid. ex Ponto 1, 9, 19. *Haesit* in *amplexu*.

(10) In Iacere, *liegen*. Lucr. 3, 997. *Nec Tityon volucres incunt Acheronte iacentem*: pro *in Acheronte*. Ovid. Her. 1, 7. *Non*

ego deserto iacuissem frigida lecto: pro *in lecto.* *Plaut. Pseud. 1, 2, 33. In *aqua iacent carnes.* Cic. Verr. 1, 52. *Sed etiam iacent* IN *tenebris.*

(11) In INSTARE, *stehen.* Pacuvius ap. Auct. ad Herenn. 2, 23, 36. *Saxoque illam instare globoso praedicant volubilem:* pro *inque saxo.* *Sueton. Tiber. 72. *Tunc quoque instans* IN *medio triclinio.* Hygin. Poet. Astr. 2, 13. *Huius* IN *humero sinistro capram instare.*

(12) In MANERE, *bleiben.* Virg. Aen. 8, 643. *At tu dictis, Albane, maneres:* pro *in dictis,* ut Servius observat. *Cic. Att. 7, 15. *Plerique negant, Caesarem* IN *conditione mansurum.* Nepos 1, 2, 2. *Quum* — IN *societate non manerent.*

(13) In PERSTARE, *bestehn.* Stat. Theb. 11, 431. *Ne perstate animis:* pro *in animis.* *Cic. Acad. 4, 8, 26. In *pravitate sua perstare.*

(14) In PONERE, *legen.* Gell. 20, 10. *Per deos immortales, nolite vos sequestro ponere.* Plaut. Rud. 4, 3, 79. *Aut ad arbitrum reditur, aut sequestro ponitur:* pro *in sequestro.* *Paullus 1, 3. ad Edict. *Proprie* IN *sequestro est depositum.*

(15) In PRAESTARE, *übertreffen.* Liv. 3, 61. *Praestate virtute peditem:* pro *in virtute.* Caes. B. G. 2, 15. *Hominum multitudine praestabat:* pro *in multitudine.* *Lucr. 5, 1354. *Nam longe praestat* IN *arte.*

(16) In REPONERE, *zurücklegen.* Virg. Aen. 7, 134. *Vina reponite mensis:* pro *in mensis.* Scribon. 31, 64. *Reponere vase:* pro *in vase:* *111. *Reponere* IN *vase.* Cic. N. D. 2, 49, 125. *Grues* IN *tergo praevolantium capita reponunt.*

(17) In SEDERE, *sitzen.* Lucan. 3, 380. *Mediisque sedent convallibus arva:* pro *in convallibus.* Sabin. 3, 23. *Nondum Tyndaridos nomen mihi sederat aure:* pro *in aure.* Liv. 1, 34. *Ei carpento sedenti:* pro *in carpento.* *Cic. Att. 4, 9. *Maloque* IN *illa tua sedecula, quam habeo sub imagine Aristotelis, sedere, quam* IN *istorum sella curuli.* Nepos Paus. 4, 4. *Quem quum supplicem dei videret* IN *ara sedentem.* Sidon. Apoll. Ep. 1, 1. *Mihi iam pridem* IN *portu iudicii publici sufficientis gloriae ancora sedet.*

(18) In VEHI, *getragen werden.* Festus: *Vehi equo flamini diali non licebat:* pro *in equo.* Cic. de Div. 2, 70, 144. *Curru quadrigarum vehi:* pro *in curru:* *2, 68, 140. *Equus,* IN *quo vehebar, mecum una demersus rursus apparuit.* Ovid. Trist. 4, 2, 47. *Hos super* IN *curru Caesar victore veheris.*

INCEDO, *einhergehn,* in PEDES, *zu Fusse.* Tacit. Ann. 15, 28, 5. *Et viso Corbulone, rex prior equo desiluit; nec cunctatus Corbulo: sed pedes uterque dextras miscuere:* pro *pedes incedens.* *Liv. 28, 9. *Neronemque, etiam si pedes* INCEDAT, *vel parta eo bello, vel spreta eo triumpho gloria, memorabilem fore.*

INCERTUM EST, *es ist ungewiss,* in AN, *ob.* Sueton. Vesp. 1. *Titus Flavius Petronius municeps Reatinus, bello civili Pompeianarum partium centurio, an evocatus, profugit ex Pharsalica acie, domumque se contulit:* pro *an evocatus, incertum est.* *Plaut. Aul. 4, 9, 19. *Nunc mihi* INCERTUM EST — *abeam, an maneam, an fugiam.*

INCIDO, *einfallen,* in ALIUD EX ALIO, *eines nach dem anderen.*

Cic. Att. 16, 14. *Sed, ut aliud ex alio, mihi non est dubium, quin quod Graeci Cathecon, nos officium:* sc. *vocemus:* pro *ut aliud ex alio incidit.* Terent. Eun. 5, 5, 17. *An in astu venit? aliud ex alio malum:* sc. *incidit:* *Heaut. 3, 3, 37. *Dicam: verum, ut aliud ex alio* INCIDIT.

INCOLUMIS, *unverletzt*, in STARE, *stehn.* Virg. Aen. 1, 268. *Ilus erat, dum res stetit Ilia regno:* pro *stetit incolumis:* 2, 56. *Troiaque nunc stares, Priamique arx alta maneres:* pro *stares incolumis:* 8, 398. *Nec pater omnipotens Troiam, nec fata vetabant stare:* pro *stare incolumem:* *2, 88. *Dum stabat regno* INCOLUMIS, *regumque vigebat conciliis.*

INDICIUM, *Anzeichen*, in UT, *als*, cum genitivo casu. Tacit. Ann. 4, 38, 5. *Quod alii modestiam, multi quia diffideret, quidam ut degeneris animi interpretabantur:* pro *ut indicium degeneris animi.*

INDICOR, vel **EDICOR**, *ankündigen*, in IUSTITIUM, *Ferien.* Tacit. Ann. 1, 5, 1. *Dum iustitio ob amissum Augustum, post discordiis attinemur:* pro *iustitio indicto*, vel *edicto.* *Liv. 10, 21. *His nuntiis Senatus conterritus, iustitium* INDICI, *delectum omnis generis hominum habere iussit.* Apul. Met. 5. sub fin. *Luctuque publico confestim congruens* EDICITUR *iustitium.*

INGENIUM, *Natur*, *Geist*, *Witz*, (1) in ANTIQUUM, *alt.* Plaut. Most. 3, 2, 102. *Antiquum obtines hoc tuum, tardus ut sis.* Terent. Andr. 4, 5, 22. *Pol, Crito, antiquum obtines:* pro *antiquum ingenium*, ut Donatus observat: *Hec. 5, 4, 20. *Ac tu, ecastor — antiquum —* INGENIUM *obtines.*

(2) In DEMOSTHENICUM, *des Demosthenes.* Auson. Profess. 1, 19. *Et Demosthenicum, quod ter primum ille vocavit, in te sic viguit, cedat ut ipse tibi.*

(3) In MITIUS, *milderes.* Ovid. Trist. 3, 5, 41. *Neve hominum referam flexas ad mitius iras:* pro *ad mitius ingenium:* *Met. 13, 187. *Ego mite parentis* INGENIUM *verbis ad publica commoda verti.*

(4) In SUPERBUM, *stolzes.* Terent. Eun. 5, 8, 36. *Non cognosco vestrum tam superbum:* pro *superbum ingenium*, ut Donatus observat.

INQUIO, *ich sage*, (1) in ALIUS, *ein anderer.* Terent. Phorm. 1, 2, 51. *Ibi continuo Antipho: voltisne eamus visere? alius, censeo:* pro *alius inquit.*

(2) In AT, *aber.* Horat. Sat. 1, 10, 23. *At sermo lingua concinnus utraque suavior:* pro *at inquies.*

(3) In HIC, *dieser.* Horat. Epod. 4, 11. *Sectus flagellis hic triumviralibus praeconis ad fastidium, arat Falerni mille fundi iugera:* pro *hic, inquiunt.*

(4) In NIL, *nichts.* Lucan. 5, 761. *Tandem ut vox moestas potuit proferre querelas: nil mihi de fatis thalami, superisque relictum est, Magne, queri:* pro *nil, inquit, mihi.*

(5) In RECTE, *gut.* Horat. Sat. 1, 4, 12. *Piger scribendi ferre laborem, scribendi recte:* pro *scribendi, inquam, recte.*

INSIDIAE, *Hinterhalt*, in EXCIPERE, *auffangen.* Celsus Praef. *Viator a latronibus exceptus:* pro *exceptus insidiis.* Cic. Att. 8, 11. *Admoniti sumus, ut caveremus, ne exciperemur a Caesare:*

pro *exciperemur insidiis.* Propert. 2, 19, 23. *Haec igitur mihi sit lepores audacia molles excipere:* pro *excipere insidiis.* * Virg. Ecl. 3, 17. *Non ego te vidi Damoetis, pessime, caprum excipere* INSIDIIS.

INSTRUMENTUM, *ein Instrument*, in SCALPTORIUM, *zum Kratzen.* Martial. 14, 83, ubi est *Scalptorium:* pro *instrumentum scalptorium.*

INTERFICIO, *tödten*, in ME ME, *mich.* Virg. Aen. 9, 427. *Me, me, adsum qui feci, in me convertite ferrum, o Rutuli:* pro *me me interficite*, ut Servius observat.

INTERIECTUS, vel INTERPOSITUS, *zwischen*, in DIEBUS, *Tagen.* Cic. de Orat. 3, 1, 1. *Morte exstincta — est, vix diebus decem post eum diem, qui hoc et superiore libro continetur:* pro *diebus decem interiectis*, vel *interpositis.* Tacit. Hist. 1, 12, 1. *Paucis post Kalend. Ianuarias diebus Pompeii — e Belgica litterae afferuntur:* pro *paucis — diebus interiectis*, vel *interpositis:* * Ann. 14, 64, 2. *Paucis dehinc* INTERIECTIS *diebus, mori iubetur.* Cic. Brut. 22. *Paucis* INTERPOSITIS *diebus.*

INTERIUNGO, vel CONIUNGO, *vereinen*, in DEXTRAS, *die Rechte.* Plaut. Merc. 5, 4, 4. *Uxor tibi placita est, certe dextras nunc iam:* pro *dextras interiungite*, vel *coniungite.* * Liv. 22, 30. *Tum dextrae* INTERIUNCTAE, *militesque — hospitaliter invitati.* Virg. Aen. 1, 514. *Avidi* CONIUNGERE *dextras ardebant.*

INVENIO, *auffinden, entdecken*, I. in adverbiis quibusdam, cum accusativo casu, ut (1) in UBI? *wo?* Cic. Att. 13, 14. *Itane nuntiat Brutus, illum ad bonos viros evangelia; sed ubi eos?* pro *sed ubi eos inveniet*, vel *quaeret.* * Terent. Andr. 2, 2, 1. *Sed ubi* INVENIAM *Pamphilum?* Eun. 4, 3, 1. *Ubi ego illum — impium* INVENIAM? *aut ubi* QUAERAM? Adelph. 3, 3, 5. *Ubi ego illum* QUAERAM?

(2) In UNDE? *woher?* Horat. Sat. 2, 7, 116. *Unde mihi lapidem? — unde sagittas?* pro *unde inveniam*, vel *petam?* * Terent. Phorm. 3, 3, 1. *Quid faciam? unde ego nunc tam subito huic argentum* INVENIAM: 5, 1, 2. *Aut unde mi auxilium* PETAM?

II. In verbis quibusdam, ut (1) in INFICERE, *färben.* Plin. 7, 55. *Inficere lanas Sardibus Lydi:* pro *inficere invenerunt.*

(2) In POSSE, *können.* Plaut. Mil. Gl. 3, 191. *Lautam vis, an quae nondum sit lauta? — siccam, succidam, quam lepidissimam potes:* pro *potes invenire.*

IPSUM, *selbst*, in IN TEMPORE, *zur Zeit.* Plaut. Capt. 4, 2, 56. *Optime mihi in tempore advenis.* Terent. Heaut. 2, 3, 122. *In tempore ad eam veni:* pro *in tempore ipso:* * Andr. 5, 6, 10. *In tempore* IPSO *mi advenis.* Plaut. Cist. 4, 1, 18. *Quasi dedita opera in tempore* IPSO, *spes mi sancta subvenit.*

IRA, *Zorn*, (1) in ACCENDI, *entzündet sein.* Iustin. 2, 8, 2. *Invidiosa oratione multitudo credula accenditur:* pro *accenditur ira:* 14, 6, 7. *A quibus accensi Macedones, sine respectu pristinae maiestatis, occidendam decernunt:* pro *accensi ira.* Virg. Aen. 4, 364. *Et sic accensa profatur:* pro *accensa ira.* * Curt. 4, 6, 24.

IRA *quoque accensus, quod duo in obsidione urbis eius acceperat vulnera:* 5, 13, 16. IRA *quoque accensi, tela iniiciunt in regem.*

(2) In EXARDERE, EXARDESCERE, *entbrennen.* Tacit. Hist. 3, 31, 6. *Dimota turba, consul incessit; exarsere victores:* pro *exarsere ira*, vel *in iras.* Cic. de Orat. 3, 1, 4. *Graviter exarsit.* Iustin. 11, 10, 11. *In deprecantes eius introitum ita exarsit, ut urbi excidium minaretur:* pro *exarsit ira*, vel *in iras*, vel *iracundia.* *Liv. 35, 31. IRA — *exardescere.* Cic. Tusc. 2, 58. *Exardescit* IRA. Virg. Aen. 7, 445. *Talibus Alecto dictis exarsit* IN IRAS. Cic. Verr. 2, 48. *Exarsit* IRACUNDIA.

(3) In INCENDI, *entglühn.* Nepos 18, 10, 4. *Ipse autem Antigonus adeo erat incensus, ut — leniri non posset:* pro *incensus ira.* *Terent. Hec. 4, 1, 47. *Incendor* IRA, *te ausam facere haec iniussu meo.* Plaut. Pseud. 1, 2, 67. *Nimis sermone huius* IRA *incendor.*

(4) In TURGERE, *aufschwillen.* Plaut. Cas. 2, 5, 17. *Nunc in fermento tota est, ita turget mihi:* Most. 3, 2, 10. *Tota turget mihi uxor, nunc scio, domi:* pro *turget ira.* *Cic. Tusc. 3, 9, 18. *Corque meum penitus turgescit —* IRIS.

[IRE, *gehn*, in: *Cum Libone tuo, vel nostro potius, in Pompeianum statim cogito*, sc. *ire*, Cic. Fam. 7, 4: *Rhodum volo, puerorum causa, inde quam primum Athenas*, id. Att. 6, 3.]

IS, *der*, in QUI, *welcher.* Ovid. Her. 20, 40. *Non sum, qui soleam Paridis reprehendere factum:* pro *non sum is, qui.* Virg. Aen. 8, 62. *Ego sum, pleno quem flumine cernis stringentem ripas:* pro *ego sum is — quem.* Phaedr. 1, 14, 15. *Qui capita vestra non dubitatis credere, cui calceandos nemo commisit pedes?* pro *credere ei, cui:* 3, 1, 7. *Hoc quo pertineat, dicet, qui me noverit:* pro *dicet is, qui:* 3, 2, 17. *Memini, qui me saxo petierint:* pro *memini eorum, qui.* Nepos 10, 9, 5. *Et miseranda vita, qui se metui, quam amari malunt:* pro *vita eorum, qui:* 12, 4, 1. *Eumque magis milites quam qui praeerant, aspiciebant:* pro *quam eos, qui:* 14, 9, 1. *In itinere convenit, qui Aspim ducebant:* pro *convenit eos, qui.* Curt. 3, 2, 19. *Haec vociferantem, quibus erat imperatum, iugulant:* pro *ii, quibus — iugulant.* Plaut. Asin. 3, 1, 33. *Non veto te amare, qui dant:* pro *amare eos, qui.* Cic. 1, 13. *Ut, quos tu reipublicae causa laeseras, palam te oppugnarent:* pro *ut ii, quos.* *Nepos 17, 5, 3. *Se enim* EUM *esse, dixit, qui ad officium peccantes redire cogeret.* Cic. Att. 7, 8. *Ego* IS *in illum sum, quem tu me esse vis:* Fam. 4, 2. *Si* SI *essemus, qui debemus:* 5, 8. *Si nos* H *sumus, qui esse debemus.*

ISTUC, vel ID, *dies*, in QUID AD? *was für?* Martial. 12, 30. *Siccus, sobrius est; quid ad me?* Seneca Ep. 4. *Quid ad me? quid ad te?* pro *quid istuc?* vel *quid id?* *Plaut. Poen. 5, 2. *Quid* ISTUC *ad me?* Epid. 1, 1, 78. *Quid* ISTUC *ad me attinet?* Cic. pro Balb. 16. *Quid* ID *ad civitatem?*

ITA, *so*, I. in verbis quibusdam, ut, (1) in AIUNT, *sie sagen.* Terent. Andr. 2, 1, 21. *Hodie uxorem ducis? — aiunt:* *1, 2, 20. *Omnes qui amant, graviter sibi dari uxorem ferunt —* ITA *aiunt:* Adelph. 5, 8, 7. *Proba et modesta —* ITA *aiunt.*

(2) In FIAT, *es sei.* Plaut. Mil.

Gl. 3, 3, 34. *Atque huius uxorem esse te volo assimulare — fiat:* pro *ita fiat.* * Terent. Adelph. 4, 1, 5. ITA *fiat, et istoc si quid petis est rectius.*

II. In coniunctionibus quibusdam, ut (1) in TAMEN, UT, *doch, dass.* Plaut. Asin. 3, 3, 128. *Licet laudem fortunam, tamen ut ne salutem culpem:* pro *tamen, ita ut.* Terent. Hec. 3, 4, 33. *Quod potero, faciam tamen ut pietatem colam:* pro *tamen ita ut — colam,* ut Donatus observat.

(2) In UT, *wie.* Plaut. Asin. 1, 1, 39. *Estne hoc ut dico, Libane:* pro *hoc ita, ut dico.* Terent. Eun. 3, 5, 59. *Sane hercle ut dicis:* pro *hercle ita est, ut dicis,* ut Donatus observat. * Plaut. Capt. 3, 5, 19. *Fateor omnia facta esse* ITA, *ut tu dicis.* Terent. Andr. 3, 1, 1. ITA *pol quidem res est, ut dixi, Lesbia.* Cic. Verr. 4, 52, 117. *Est* ITA, *ut dicitur.*

ITER, *Weg, Reise, Lauf,* I. in nominibus quibusdam, ut (1) in COMPENDIARIUM, *kurz.* Seneca Ep. 73. *Te in ovelum compendiario voco:* pro *compendiario itinere.*

(2) In DUX, *Führer.* Virg. Aen. 3, 470. *Addit equos, additque duces:* pro *duces itineris,* vel *itinerum,* ut Servius observat. Curt. 9, 8, 30. *Ducibus deinde sumptis — defluxit ad insulam:* pro *ducibus itinerum:* * 8, 10, 1. *Iisdem* ITINERUM *ducibus usurus.*

(3) In RECTUM, *gerade.* Anton. et Verus ap. Papir. l. 21. pr. D. de Appellat. *Appellationes, quae recto ad principem factae sunt:* pro *recto itinere,* vel *cursu.* * Curt. 4, 16, 7. *Non recto* ITINERE, *sed mutare — circumitu — Tigrin superavit.* Plin. 12, 19. *Recto* CURSU.

II. In verbis quibusdam, ut (1) in ABESSE, *entfernt sein,* cum genitivo casu. Cic. Att. 5, 16. *In Castra properabamus, quae aberant bidui:* pro *bidui iter aberant,* vel *bidui spatio,* vel *bidui viam,* vel *via:* * Fam. 15, 4. *Aberam ab Amano* ITER *unius diei.* Liv. 30, 29. *Zama quinque dierum* ITER *ab Carthagine abest.* Cic. Fam. 10, 17. *Ventidius bidui* SPATIO *abest ab eo.* Liv. 6. *Non longius bidui* VIA *aberant.* Cic. pro Planc. 98. *Quum abessent aliquot dierum* VIAM.

(2) In CELERARE, *eilen.* Tacit. Hist. 3, 5, 1. *Scriptum Aponio Saturnino cum exercitu Moesiae celeraret:* pro *celeraret iter:* * Virg. Aen. 8, 90. *Ergo* ITER — *celerant rumore secundo.*

(3) In COMPARARE, *bereit machen.* Cic. pro Milone 11, 28. *Paullisper, dum se uxor, ut fit, comparat, commoratus est:* pro *comparat ad iter.* * Liv. 28. *Se* AD ITER *comparare.*

(4) In CONVERTERE, *zurückkehren.* Hirt. B. Afr. 9. *Ipse rursus, unde pridie venerat, Ruspinam cum reliquis copiis convertit:* pro *convertit iter.* * Lucan. 3, 373. ITER *convertere ad urbem.* Caes. B. G. 7, 57. *Ut commutato consilio* ITER *in provinciam converteret.*

(5) In FLECTERE, *richten.* Cic. Att. 5, 9. *Leucaten flectere molestum videbatur:* pro *flectere iter,* vel *cursum,* vel *viam.* * Val. Flacc. 3, 41. *Solataque puppis turbine flectit* ITER: 4, 58. *Iamque* ITER *ad Teucros, atque hospita moenia Troiae flexerat.* Virg. Aen. 7, 35. *Flectere* ITER *socii, terraeque advertere proras imperat.* Liv. 1, 4. *Flectere* CURSUM *ad aliquem.* Cic. Att. 11, 18. *Flectere* VIAM. Martial. 1, 71. *Flecte* VIAM *hac, qua madidi sunt tecta Lyaei.* [„Rara — dicendi ratione

flectere simpliciter pro *cursum flectere* posuit Liv. 27, 43. *Profectus nocte flexit in Picenum*: 28, 16. *Asdrubal, clauso transitu fluminis, ad oceanum flectit.*" I. O. Mencken. Obss. Lat. Ling. 408.]

(6) In PARARE, *zurüsten*. Ovid. Trist. 1, 3, 7. *Nec mens, nec spatium fuerant satis apta paranti*: pro *paranti iter*. * Caes. B. C. 3, 33. *Ipse* ITER *in Macedoniam parare incipit.*

(7) In PERGERE, *fortziehn*. Cic. ad Brut. 10. *Perrexi tamen, Romamque perveni*: pro *perrexi iter*. * Val. Flacc. 4, 689. *Contra omnes validis tenui discrimine remis pergere* ITER: 5, 172, et 174. *Contra autem ignari — pergere* ITER *socii.*

(8) In REPETERE, *zurücklegen*. Virg. Cul. 104. *Ima susurrantis repetebant ad vada lymphae*: pro *repetebant iter*, vel *viam*. * Ovid. A. A. 3, 747. *Sed repetamus* ITER. Liv. 35. VIAM — *repetere melius visum.*

[(9) In TENDERE, *sich wenden*. Cic. Att. 16, 5. *Itaque dubito an Venusiam tendam, et ibi expectem.* * Virg. Aen. 1, 656. ITER *ad naves tendebat Achates*: 1, 410, GRESSUM*que ad moenia tendit*. Hirt. B. Afr. 95. ITER *in Hispaniam tendebat*. Ovid. Met. 2, 547. *Ad dominum tendebat* ITER. Liv. 23, 34. *Quum quaereret qui et unde et quo tenderent* CURSUM. Lucr. 5, 630. Sil. Ital. 9, 216: 10, 73.]

IUBEO, *befehlen*, (1) in UT, *dass*. Liv. 1, 31, 3. *Visi etiam audire vocem ingentem ex summi cacuminis loco, ut patrio ritu sacra Albani facerent*: pro *vocem — iubentem ut*. [ubi cf. Drakenborch.] Cic. N. D. 2, 4, 11. *Augures rem ad Senatum: Senatus, ut abdicarent*: pro *Senatus iussit, ut.*

(2) In NON, VERUM, *nicht, aber*. Phaedr. 4, 17, 31. *Non veto dimitti, verum cruciari fame*: pro *non veto — verum iubeo.*

IUDICES, *Richter*, in MITTERE IN CONSILIUM, *in die Berathung schicken*. Cic. Verr. 3, 26. *Testibus editis ita mittam in consilium*: pro *mittam iudices in consilium*, ut Asconius observat. * Caelius ap. Cic. Fam. 8, 8. *Mittit in consilium* — IUDICES. Val. Max. 6, 2. *Iam de tuo prius, quam de Manilii capite in consilium* IUDICES *mittam.*

IUDICIUM, *Verbrechen*, in ARCESSERE CAPITIS, *beschuldigen eines Hauptverbrechens*. Cic. pro Deiot. 11, 30. *Non ficto crimine insectari, non expetere vitam, non capitis arcessere*: pro *capitis iudicio arcessere*: * Off. 2, 14, 51. IUDICIO *capitis arcessere.*

IUGA, *Berge, Gipfel*, (1) in CERAUNIA, in confinibus Epiri prope Valonam. Ovid. Met. 15, 704. *Dextra Ceraunia parte, Romechiumque legit*. Virg. Aen. 3, 506. *Provehimur pelago vicina Ceraunia iuxta*: pro *Ceraunia iuga.*

(2) In ISMARA, mons Thraciae, versus Archipelagum. Virg. G. 2, 37. *Iuvat Ismara Baccho conserere*. Lucr. 5, 30. *Thracen, Bistoniasque plagas, atque Ismara propter*: pro *Ismara iuga.*

(3) In MASSICA, mons Campaniae. Virg. Aen. 7, 726. *Vertunt felicia Baccho Massica*: pro *Massica iuga.*

(4) In MAENALA, mons Arcadiae. Virg. Ecl. 10, 55. *Lustrabo Maenala*. Ovid. Met. 1, 216. *Maenala latebris horrenda ferarum*: pro *Maenala iuga.*

IUGALIS, vel **NUPTIALIS**, *hochzeitlich*, (1) in TAEDA, *eine Fackel*. Virg. Aen. 4, 18. *Si non pertaesum thalami taedaeque fuisset*: pro *taedaeque iugalis*, vel *nuptialis*. Seneca Agam. 259. *Nec regna socium ferre, nec taedae sciunt*: pro *taedae iugales*, vel *nuptiales*. Catull. 64, 79. *Optato vos iunxit lumine taeda*: pro *taeda iugalis*, vel *nuptialis*, * Val. Flacc. 2, 344. *Quaecunque faces timuisse* IUGALES *credita*. Ovid. Her. 4, 121. *At nec nupta quidem, taedaque accepta* IUGALI. Apul. Met. Asin. Aur. ad fin. NUPTIALES *taedae*.

(2) In THALAMUS, *Lager*. Virg. Aen. 4, 550. *Non licuit thalami expertem sine crimine vitam degere more ferae?* pro *thalami iugalis*. Seneca Herc. F. 488. *Qui tamen nullo stupro laesere thalamos*: pro *thalamos iugales*. * Val. Flacc. 1, 226. *Cerno en thalamos ardere* IUGALES.

IUNO, *Iuno*, (1) in CINCTIA, vel CINXIA. Arnob. 4. p. 115. *Superest — singulorum Cinxia replicationi*. Mart. Cadella 3. p. 37. *Cinctiam mortales puellae debent in nuptias convocare, ut — cingulum ponentes in thalamis non relinquat*. * Festus: *Cinxiae* IUNONIS *nomen sanctum habebatur in nuptiis, quod initio solutio erat cinguli, quo nova nupta erat cincta*.

(2) In LUCINA, *Gottheit der Entbindung*. Ovid. Fast. 2, 451. *Parce, precor, gravidis, facilis Lucina, puellis*. * Terent. Andr. 3, 1, 15. IUNO *Lucina fer opem*.

(3) In SATURNIA, filia Saturni. Ovid. Trist. 1, 2, 7. *Oderat Aeneam propior Saturnia Turno*: pro *Saturnia Iuno*. * Virg. Aen. 3, 380. *Farique vetat Saturnia* IUNO.

IUPITER, *Iupiter*, I, in SATURNIUS, filius Saturni. Ovid. Met. 8, 703. *Talia quum placido Saturnius edidit ore*: pro *Saturnius Iupiter*: * 9, 242. *Quae ita — laeto Saturnius ore* IUPITER *allaquitur*.

II. In verbis quibusdam, ut (1) in FULGURAT, *es blitzt*. Plin. 1, 35. *Si fulguret comprimi conchas*: pro *si Iupiter fulguret*. * Cic. de Divin. 2, 18, 43. *Iove — fulgurante comitia populi habere nefas*.

(2) In FULMINAT, *es blitzt*. Virg. G. 1, 370. *Boreae de parte trucis quum fulminat*: pro *fulminat Iupiter*. * Plin. 2, 7. *Fulminantem peierant* IOVEM. Sen. Herc. Oet. 558. *Tu fulminantem saepe domuisti* IOVEM.

(3) In TONANS, *donnernd*. Ovid. Met. 1, 170. *Magni tecta tonantis*: Her. 9, 7. *Germana tonantis*: pro *tonantis Iovis*. Val. Flacc. 4, 529. *Prima tonanti sacra novant*: pro *tonanti Iovi*. * Cic. N. D. 2, 25. IOVE — *tonante*.

IUS, *Recht*, *Gesetz*, *Pflicht*, (1) in MANCIPIUM, *des beständigen Besitzes*. Cic. de Orat. 1, 39, 178. *Quum enim Marius Gratidianus aedes Auratae vendidisset, neque, servire quandam earum aedium partem, in mancipii lege dixisset, defendebamus, quicquid fuisset incommodi in mancipio, id si venditor scisset, neque declarasset, praestare debere*: Off. 3, 16, 67. *Hoc in mancipio Marius non dixerat*: pro *mancipio iure*.

(2) In PONTIFICIUM, *eines Priesters*. Symmach. Ep. 7, 27. *Pater hic duos filios habuit, conditoris pontificio, non necessitate generantis*: pro *pontificio iure*. Gell. 1, 12. *Cuius negotium id pontificiumque esset*: pro *pontificium*.

que ius. *Cic. Brut. 96. *Quum ex eo* IUS *nostrum pontificium — vellem cognoscere.*

II. In verbis quibusdam, ut (1) in DICERE DIEM, *vorfordern.* Liv. 3, 59. *Quum diem Appio Virginius dixisset, Appius stipatus patriciis iuvenibus, in forum descendit:* 38, 50. *Scipioni Africano duo Q. Petilii diem dixerunt.* Cic. ad Q. Fr. 1, 2. *Si diem vobis Clodius dixerit, tota Italia concurreret.* *Plaut. Men. 4, 2, 16. IURIS *ubi dicitur dies, simul patronis dicitur.*

(2) In EDUCERE, *verführen.* Cic. Verr. 2, 37, 90. *Itaque hortari homines coepit, ut aliquid Sthenio periculi crearent, criminisque confingerent. — Sthenium statim educunt; aiunt ab eo literas publicas esse corruptas:* pro *educunt in ius:* Ibid. 3, 65, 152. *Eductus est Apronius: eduxit — C. Gallius senator; postulavit a L. Metello, ut ex edicto suo iudicium daret in Apronium:* pro *educxit in ius:* *Ibid. 3, 47, 122. *Quum* IN IUS *ipsum eduxi, expressi, ut conficere tabulas se negaret.*

(3) In PERSEQUI, *verfolgen.* Terent. Adelph. 2, 2, 26. *Ut sit satius perdere, quam aut hoc manere tam diu, aut tum persequi:* pro *persequi ius meum:* *2, 1, 9. *Crede hoc: ego meum* IUS *persequar.* Cic. Verr. 2. *Cur his non modo persequendi* IURIS *sui, sed etiam deplorandae calamitatis adimis potestatem?*

IUVO, *helfen*, in MECASTOR, *Castor mir;* MEHERCULES, *Hercules mir.* Terent. Hec. 1, 2, 8. *O salve, Parmeno — salve mecastor Parmeno:* pro *me Castor iuvet.* Cic. Verr. 4. *Vere mehercules, hoc iudices dicam:* pro *me Hercules iuvet*, vel *amet.* *Festus: *Mecastor, et Mehercules, iusiurandum erat; quasi diceretur, ita me Castor, ita me Hercules; ut subaudiatur* IUVET. Apul. Met. 5, p. 163. *Sic est, Hercules; ita me Hercules* AMET.

L.

LACRIMAE, vel FLETUS, *Thränen*, in MADERE, *nass sein.* Ovid. Her. 12, 199. *Et quoties video, lumina nostra madent:* pro *madent lacrimis*, vel *fletu:* *6, 70. *Huc feror, et* LACRIMIS *oculque simulque madent:* Trist. 3, 5, 12. *Oculque madens* FLETU, *pallidusque meo.* Seneca Hipp. 1121. *Cur madent* FLETU *genas?*

LACRIMO, *weinen*, in QUID? *amas?* Plaut. Cist. 1, 1, 54. *Sed quid tu inter istaec verba, meus oculus, mea Silenium?* pro *quid tu lacrimas?* *Terent. Adelph. 4, 5, 44. *Abeamus: quid est? quid* LACRIMAS? Hec. 3, 2, 20. *Quid tu igitur* LACRIMAS? *aut quid es tam tristis?*

LAESA, *beleidigte*, in MAIESTAS, *Majestät.* Quintil. 5, 10. *Actio maiestatis.* Cic. pro Cluent. 35. *Damnatus maiestatis.* Sueton. Claud. 16. *Crimen maiestata-*

tis. *Papinian. l. 8. *In quaestionibus* LAEDAE *maiestatis etiam mulieres audiuntur.*

LANX, *ein Tisch*, in SATURA, *vell.* Diomed. 3. p. 483. *Satura farciminis:* pro *satura lanx:* *ibid. LANX *satura*, *referta variis multisque primitiis in sacro apud priscos diis inferebatur.* Schol. Horat. Serm. 1. pr. *Satura dicitur* LANCIS *genus, tractum a choro Liberi patris, qui est dator vini et laetitiae.*

LAPIS, *ein Stein*, *Meilenstein*, (1) in AD, *bei*, cum numeralibus. Tacit. Hist. 2, 39, 4. *Promoveri ad quartum a Bedriaco castra placuit:* pro *ad quartum lapidem:* 2, 24, 3. *Ad duodecimum a Cremona, locus Castorum vocatur:* pro *ad duodecimum lapidem.* *Martial. 11, 80, 1. *Ad primum decima* LAPIDEM *quod venimus hora, arguimur lentae crimine pigritiae.* Plin. 15, 18. *Non castra Punica ad tertium* LAPIDEM *vallata.* Martial. 10, 79. *Ad* LAPIDEM *Torquatus habet praetoria quartum.*

(2) In MOLARIS, *ein Mühlstein.* Ovid. Met. 3, 59. *Dextraque molarem sustulit:* pro *molarem lapidem.* Statius Theb. 5, 571. *Librati saliunt portarum in claustra molares:* pro *molares lapides.* *Colum. 2, 20. *Aenea molari* LAPIDE *condemnetur.* Quintil. 2, 19. LAPIS *molaris.*

LAR, *Heerd*, in PRIVATUS, *häuslich.* Liv. 39, 18. *Mulieres domunatus cognatis, aut in quarum manu essent, trudebant: ut ipsi in privato animadverterent in eas:* pro *in privato lare.* *Seneca de Tranq. p. 146. *Quum bene ista placuerunt, praestringit animum apparatus adiendas paedagogii, diligentius, quam iam intra privatum* LAREM *vestita, et auro culta mancipia, et agmen servorum nitentium.*

LATEX, *Trank*, in LYAEUS, *des Bacchus.* Cassius Parmensis in Anthol. Vet. Lat. Epigr. 1, 98. *Somni fuerat, parcusque Lyaei:* pro *Lyaei laticis.* Petron. 135. *Maculatusque testa Lyaeo.* Horat. Carm. 1, 7, 22. *Tempora udà Lyaeo.* Sil. Ital. 11, 394. *Irrorat mensis turba, ardescitque Lyaeo:* pro *Lyaeo latice.* Stat. Silv. 4, 5, 15. *Exemptusque testa quo modo ferbuerat Lyaeus:* pro *Lyaeus latex.* *Virg. Aen. 1, 685. *Quum te gremio accipiet laetissima Dido, regales inter mensas,* LATICEMQUE *Lyaeum.*

LATUS, *breit*, in PEDEM DECEDERE, *einen Fuss abgehn.* Cic. pro Deiot. 42. *Negat unquam se a te in Deiotari tetrarchia pedem discessisse:* pro *pedem latum discessisse.* *Plaut. Most. 2, 2, 3. *Verum si posthac me pedem* LATUM *modo scies imposuisse in undam.*

LATUS, TERIS, *Seite*, I. in FODERE, *stossen.* Terent. Hec. 3, 5, 17. *Noli fodere; iussi:* pro *fodere latus.* *Horat. Epist. 1, 6, 50. *Mercemur servum, qui dictet nomina, — qui fodiat* LATUS.

II. In adiectivis compluribus, ut (1) in DEXTRUM, *recht.* Seneca N. Q. 7. p. 805. *Quum hic in dextrum motus sit:* pro *dextrum latus.* *Virg. Aen. 3, 420. *Dextrum Scylla* LATUS — *obsidet.* Ovid. Her. 21, 198. *In dextrum versus, quum venit ille,* LATUS.

(2) In LAEVUM, *link.* Iuvenal. 4, 119. *Nam plurima dixit in laevum conversum.* Virg. Aen. 2, 693. *Intonuit laevum:* pro *laevum la-*

tus. * Ovid. Met. 12, 415. *Aut humero, aut* LATERI *praetendat vellera laevo.* Quintil. 11, 3, 128. *In — laevum* LATUS *vacillatio.*

(3) In SINISTRUM, *link.* Seneca N. Q. 7. p. 805. *Quum — motus sit ille in sinistrum:* sc. *latus.* * Ovid. Met. 7, 471. LATERE *inde sinistro Oenopiam Minos petit.*

LAUDO, *rühmen.* Cic. Fam. 2, 10. *Hiccine est ille, qui urbem? quem senatus?* pro *quem senatus laudavit?*

LAUS, *Ruhm,* (1) in CRESCERE, *wachsen:* Cic. pro Cluent. 77. *Oblatam sibi facultatem putavit, ut ex invidia senatoria posset crescere:* pro *crescere laude.* Terent. Heaut. Prol. 28. *Date crescendi copiam.* Liv. 35, 12. *Aliam materiam crescendi, quam ex me, quaerant:* pro *crescendi laude.* Virg. Ecl. 7, 25. *Pastores hedera crescentem ornate poetam:* pro *crescentem laude.* * Horat. Carm. 3, 30, 7. *Usque ego postera crescam* LAUDE *recens.* Quintil. 1, 2. *Crescere* LAUDE.

(2) In DETRAHERE, *entziehn.* Cic. Verr. 2, 53. *Ut ego met mihi detraham:* pro *detraham laudem.* Nepos 12, 3, 3. *Libenter de his detrahant, quos eminere vident altius:* pro *detrahant laudem:* 20, 5, 3. *Quum de rebus gestis eius detrahere coepisset:* pro *detrahere laudem.* * Cic. alicubi: *Nec vera* LAUS *ei detracta.*

(3) In EFFERRE, *erheben.* Tacit. Ann. 2, 63, 4. *Suaque in destruendo eo consilia extulit:* pro *extulit laudibus:* * 3, 72, 3. *Simul Seianum* LAUDIBUS *extulit.*

(4) In FERRE, *erheben.* Virg. Ecl. 5, 51. *Daphninque tuum tollemus ad astra, Daphnim ad astra feremus:* pro *feremus laudibus.* * Plin. 1, 18, 3. *Alii contra hoc ipsum* LAUDIBUS *ferunt, quod sit frustratus improbas spes hominum:* 8, 6, 10. *Senatus tamen id quoque* — LAUDIBUS *tulit.*

(5) In ORNARE, *schmücken.* Cic. de Orat. 1, 94. *Mirabilius et magnificentius augere aliquid, et ornare:* pro *ornare laudibus,* vel *verbis:* Fam. 7, 5. *Si vis tu, ad me alium mitte, quem ornem:* pro *ornem laudibus,* vel *verbis.* Nepos Att. 18, 1. *In eo volumine exposuerit, quo magistratus ornavit:* pro *ornavit laudibus,* vel *verbis.* * Cic. Fam. 2, 15. *Qui ornavit res nostras* — LAUDIBUS. Terent. Eun. 2, 1, 8. *Munus nostrum ornato* VERBIS, *quod poteris.*

(6) In TOLLERE, *erheben.* Virg. Ecl. 5, 51. *Daphninque tuum tollemus ad astra:* pro *tollemus laudibus.* * Cic. Att. 4, 16. *Quod tu tollere* LAUDIBUS *solebas.* Horat. Carm. 1, 21, 9. *Vos Tempe totidem tollite* LAUDIBUS.

LECTOR, *Leser,* in AEQUUS, *billig.* Ovid. Trist. 3, 14, 29. *Aequus erit scriptis, quorum cognoverit esse exsilium tempus, barbariemque locum:* pro *aequus lector.*

LECTUS, *Bett,* (1) in COLLOCARE, *legen.* Catull. Carm. 59, 186. *Vos bonae senibus viris cognitae bene feminae collocate puellulam:* pro *collocate in lectum,* vel *lectulo.* * Terent. Eun. 3, 5, 45. *Deinde eam* IN LECTUM *illae collocant.* Apul. Met. 2. *In cubiculum te duxit comiter, et blande* LECTULO *collocavit, et satis amanter cooperuit.*

(2) In TYRIUS, *purpurn.* Iuvenal. 10, 333. *Dudum sedet illa parato flammeolo, Tyriusque palam genialis in hortis sternitur:* pro *Tyriusque lectus.*

LEGATUS, vel ORATOR, *Gesandte*, in MITTERE, *senden*. Liv. 1, 56. *Delphos ad maxime inclitum in terris oraculum mittere:* pro *mittere legatos*, vel *oratores*. Phaedr. 1, 3, 22. *Alium rogantes regem, misere ad Iovem.* * Cic. Fam. 15, 4. LEGATOS *ad me misit*. Iustin. 20, 3, 1. *Et ipsi* LEGATOS *ad oraculum Delphos mittunt*. Liv. 30, 16, 3. ORATORES *ad pacem petendam mittunt*. Curt. 6, 1, 20. *Nihil aliud quam ut* ORATORES *mittere ad regem liceret precati*.

LEPUS, *Hase*, in AURITUS, *geöhrt*. Avienus Phaen. 750. *Auritum primis emittit gurges ab undis:* pro *auritum leporem*. * Virg. G. 1, 308. *Auritosque sequi* LEPORES, *et figere cervos*.

LEX, *Gesetz*, I. in FERRE, *vorschlagen*. Cic. Verr. 1, 9, 26. *Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus:* pro *tulit legem:* Fam. 11, 2. *Quod de commodis eorum mense Iunio laturus esses:* pro *laturus esses legem*. * Tacit. Hist. 4, 47, 2. *Abrogati inde*, LEGEM *ferente Domitiano*.

II. In nominibus quibusdam, ut (1) in AGRARIA, *über die Landvertheilung*. Cic. Att. 1, 18. *Agraria promulgata est a Flavio:* * 1, 19. *Agraria* LEX *a Flavio tribuno plebis vehementer agitabatur auctore Pompeio*.

(2) In SATURA, *unordentlich*. Sallust. Iug. 29, 3. *Quasi per saturam exquisitis sententiis:* pro *per saturam legem*.

LIBER, *Buch*, (1) in ANNALIS, *Iahr-*. Iuvenal. 2, 102. *Res memoranda novis annalibus:* pro *annalibus libris*. Claudian. Cons. Stil. 3, 184. *Si volvere priscos tantales libeat:* pro *annales libros*.

(2) In BREVIS, *kurz*. Lamprid. Alex. Sev. 21. *Milites suos sic scivit, ut in cubiculo haberet breves et numerum et tempora militantium:* pro *breves libros*. Episc. Aurel. 36. *Brevem nominum conscripsit:* pro *brevem librum*. [ubi alii *breve* legunt. M. R.]

(3) In DIURNUS, *täglich*. Iuvenal. 6, 484. *Longi relegit transversa diurni:* pro *diurni libri*.

(4) In SIBYLLINI, *der Sibylle*. Iul. Obseq. 60. *Ex Sibyllinis supplicatum*. Cic. de Div. 2, 54. *Atque in Sibyllinis — carmen omne praetexitur:* pro *Sibyllinis libris*, vel *versibus:* * Verr. 4, 108. *Aditum est ad* LIBROS *Sibyllinos*. Horat. Carm. Sec. 5. *Quo Sibyllini monuere* VERSUS.

LIBERI, *Kinder*, in PROGNATI, *erzeugte*. Plaut. Amph. 2, 2, 19. *Libertas, salus, vita, res, parentes, patria, et prognati, tutantur, servantur:* pro *prognati liberi*.

[LIBRA, *Pfund*, quoties pondo ponitur. Cic. pro Cluent. 64. *Et auri quinque pondo abstulit*. Quintil. 6, 3. *Torques aureus centum pondo*. Plaut. Asin. 2, 2, 33. *Quot pondo te censes esse nudum?* Caes. B. C. 2, 18. *Argenti pondo viginti millia*. „Quoties *pondo* absolute ponitur, significat *libra pondus*, quia haec ponderis quantitas notissima omnium, et usitatissima est.“ Forcellin. s. v. * Liv. 3, 29. *Ut exercitus coronam auream dictatori*, LIBRAM *pondo, decreverit:* 4, 20. *Dictator coronam auream*, LIBRAM *pondo, in Capitolio Iovi donum posuit*.]

LIBUM, *Kuchen*, (1) in FAR-

BEUM, *von Weizen.* Plin. 18, 3. *Novaeque nuptae farreum praeferebant:* pro *farreum libum.* *Festus: *Farreum, genus* LIBI *ex farre factum.*

(2) In MUSTACEUM, *ein Mostkuchen.* Cic. Att. 5, 20. *Bibulus — in eodem Amano coepit laureolam in mustaceo quaerere:* pro *mustaceo libo.* Iuvenal. 6, 203. *Coenam et mustacea perdas:* pro *mustacea liba.*

(3) In TRACTUM, *Klumpen.* Cato R. R. 76. *Tracta singula in totum solum primum ponito.* Apic. 2, 1. p. 34. *Tracta confringes, obligas, coagitabis:* pro *tracta liba.*

LIGNUM, *Baum,* (1) in CITREUM, *Citronenbaum.* Pallad. Mart. 10, 15. *Citreum inuari creditur, si cucurbitae vicinis locis serantur:* Iul. 3, 2. *Hoc tempore — inseri citreum potest:* pro *citreum lignum.*

(2) In CYDONIUM, *ein Quittenbaum.* Pallad. Febr. 25, 20. *Cydoniis serendis tempora diversa dixerunt:* pro *Cydoniis lignis.*

LIMES, *Gränze,* in DECUMANUS, *von Osten zu Westen.* Colum. 3, 20, 4. *Decumanis distinguendae vites:* pro *decumanis limitibus:* 4, 20, 3. *Iuxta decumanum et semitas:* pro *decumanum limitem.* *Festus: *Decumanus appellatur* LIMES, *qui fit ab ortu solis ad occasum.* Plin. 18, 34. LIMES, *qui ita secabit agrum, decumanus vocabitur.*

LINEAE, *Gränzen,* in INCITAE, *die äussersten.* Mamertin. Panog. Iul. 9. *Ad incitas depressi.* Plaut. Poen. 4, 2, 86. *Profecto ad incitas longnem rediget, si eas abduxerit:* Trin. 2, 4, 136. *Ut ad incitas redactus!* pro *ad incitas lineas.*

LINGUA, *Zunge,* (1) in COMPRESCERE, *zähmen.* Plaut. Bacch. 3, 3, 59. *Cave malum, et compesce in illum dicere iniuste:* pro *compesce linguam:* *Poen. 5, 2, 75. *Maledicta hinc aufer,* LINGUAM *compescas.*

(2) In COMPRIMERE, *halten.* Plaut. Truc. 2, 2, 6. *Id volo scire quid debetur hic tibi nostrae domi? — comprime!* pro *comprime linguam!* *Amph. 1, 1, 192. *Ego tibi comprimam* LINGUAM.

LITERAE, vel LITTERAE, *Buchstaben, Briefe,* I. in nominibus quibusdam, ut (1) in LAUREATAE, quae lauri foliis involutae victoriam Senatui nuntiabant, ab imperatore missae. Tacit. Agric. 18, 9. *Ne laureatis quidem gesta prosecutus est:* pro *laureatis litteris,* vel *tabellis.* *Liv. 5, 28. LITTERAE *a Posthumio laureatae sequuntur, victoriam populi Romani esse:* 45, 1. *Laureatas* TABELLAS *populo ostendit.* [Cf. p. 188.]

(2) In TERNAE, *drei.* Plaut. Merc. 2, 2, 33. *Hodie ire in ludum coepi litterarium; Lysimache, ternas scio iam — quid ternas?* pro *ternas litteras.*

(3) In TRIPLICES, *dreifach.* Cic. Att. 13, 3. *Et paulo post triplices remiseras, nam triduo abs te nullas acceperam:* pro *triplices litteras.*

[(4) In VOCALES, CONSONAE, LIQUIDAE, MUTAE, etc.]

II. In verbis quibusdam, ut (1) in DARE, *geben.* Cic. Fam. 7, 9. *Cui darem nesciebam:* pro *darem litteras:* *Att. 7, 1. *Dederam equidem* LITTERAS.

(2) In MITTERE, *schicken.* Cic. Fam. 16, 9. *Curio misi, ut mediocre bonos haberetur:* pro *misi litteras,* vel *tabellarium,* vel *episto-*

lam: 5, 29. *Si ad me misisses*: pro *misisses litteras*, vel *tabellarium*, vel *epistolam*. * Sallust. Iug. 25. LITTERAS *ad Iugurtham mittunt, quam ocissime ad provinciam accedat*. Plaut. Epid. 1, 2, 30. *Quid retulit — mittere ad me* EPISTOLAS? Cic. Att. 6, 9. *Ego* TABELLARIOS *postero die ad vos eram missurus*.

LITUS, LITTUS, *Ufer*, in PIRAEUM, *des Piraeus*. Ovid. Fast. 4, 563. *Sunion expositum, Piraeaque tuta recessu linquit*: pro *Piraeaque litora*: * Met. 6, 444. *Iubet ille carinas in freta deduci, veloque et remige portus Cecropios intrat, Piraeaque* LITORA *tangit*.

LOCA, *Orte*, (1) in ABDITA, *verborgen*. Lucr. 6, 809. *Terrai penitus scrutantes abdita*: pro *abdita loca*. * Cic. Att. 15, 16. LOCA — *abdita certe, et si quid scribere velis, ab arbitris libera*.

(2) In AESTIVA, *schattig*. Virg. G. 3, 471. *Nec singula morbi corpora corripiunt, sed tota aestiva repente*, ubi Servius ait: *Aestiva autem sunt* LOCA *umbrosa, in quibus per aestatem pecora vitant solis calorem*.

(3) In AMOENA, *angenehm*. Tacit. Ann. 3, 7, 1. *Vagus per amoena Asiae atque Achaiae*: Hist. 3, 76, 3. *Amoena litorum personantes*. Aurel. Vict. Caes. 16, 2. *Ut — amoena litorum obsideret*. Quintil. 12, 9, 2. *Amoena et plena*: pro *amoena loca*. * Festus: *Amoena, dicta sunt* LOCA, *quae ad se amanda allicium, id est, attrahunt*.

(4) In APERTA, *offen*. Tacit. Ann. 2, 23, 3. *Disiecitque naves in aperta Oceani*: pro *aperta loca*.

(5) In AVIA, *ungebahnt*. Tacit. Ann. 6, 21. *Per avia — praeibat eum*. Val. Flacc. 2, 458. *Implevit gemitu quam taurus acerba avia*: pro *avia loca*. * Lucr. 1, 925. *Avia — peragro* LOCA.

(6) In BALNEARIA, *zum Baden*. Seneca de Tranq. p. 158. *Inter balnearia et thermas — bibliotheca — expolitur*: pro *balnearia loca*.

(7) In CAMPESTRIA, *ländlich*. Tacit. Germ. 43, 3. *Omnesque hi populi pauca campestrium — insederunt*: pro *campestrium locorum*. * Curt. 5, 1, 35. *In campestribus* LOCIS.

(8) In CAVA, *hohl*. Virg. G. 1, 184. *Inventusque cavis bufo*: pro *cavis locis*, vel *cavis saxis*. * Lucr. 6, 579. *In* LOCA *se cava terrai coniecit*. Seneca Hipp. 38. *Quum semitu cava* SAXA *sonent*.

(9) In CIRCUMIECTA, *umliegend*. Tacit. Ann. 1, 21, 1. *Horum adventu redintegratur seditio, et vagi circumiecta populabantur*: pro *circumiecta loca*.

(10) In CONTERMINA, *angränzend*. Tacit. Ann. 6, 26, 5. *His adsumptis, in longinqua et contermina Scythiae fugam maturavit*: pro *contermina loca*.

(11) In CULTA, *bebaut*. Ovid. Fast. 4, 922. *Nec nece cultis*: 1, 683. *Graves cultis aves*: pro *cultis locis*. Horat. Epist. 1, 12, 13. *Miramur, si Democriti pecus edit agellos, cultaque, dum peregre est animus*: pro *cultaque loca*. * Lucr. 1, 209. *Quoniam incultis praestare videmus culta* LOCA.

(12) In DESERTA, *verlassen*. Virg. Aen. 1, 384. *Ipse ignotus, egens, Lybiae deserta peragro*. Seneca Hipp. 777. *Quid deserta petis?* pro *deserta loca*: vel *deserta arva*. * Curt. 7, 2, 18. *Per deserta* — LOCA — *pervenimus*. Nemesian. 261. *Maxaa deserta per* ARVA *pavit*.

(13) In FLORARIA, *blumig*. Varro R. R. 1, 23, 4. *Ut quae pomaria,*

aut floralia appellantur: pro *floralia loca*.

(14) In IDONEA, *passend*. Tacit. Ann. 4, 5, 6. *Apud idonea provinciarum*: pro *idonea loca*.

(15) In INFERA, *unterirdisch*. Seneca Herc. F. 422. *Animosne mersus inferis coniux fecit?* Liv. 26, 32. *Si ab inferis exsistat rex Hiero*. Apul. Met. 11. *Redux ab inferis conspectus*: pro *inferis locis*. *Cic. Arat. 474. *Obit infera Perseus in* LOCA.

(16) In INFERNA, *unterirdisch*. Solin. 55. *Proximus inde Acherusius specus, quem foraminis caeci profundo ad usque inferna aiunt patere*. Seneca Herc. F. 423. *Inferna tetigit, possit ut supera assequi*: pro *inferna loca*: * Herc. Oet. 1976. *Inferna vici rursus Alcides* LOCA.

(17) In INVIA, *ungebahnt*. Liv. 21, 34. *Per invia pleraque et errores*: pro *invia loca*. *Curt. 7, 4, 4. *Quum — posset perducere incautos in* LOCA — *invia*.

(18) In NATURALIA, *natürlich*. Cels. 7, 26. *Mulier per naturalia eius*. Colum. 6, 30, 8. *Naturalia praecludere*: pro *naturalia loca*: *8, 7, 2. LOCA *naturalia*.

(19) In NYMPHAEA, *mit künstlichen Quellen*. Iul. Capitolin. Gord. 32. *Opera Gordiani Romae nulla exstant, praeter quaedam nymphaea et balneas*: pro *nymphaea loca*.

(20) In OCCULTA, *verborgen*. Tacit. Ann. 1, 61, 2. *Ut occulta saltuum scrutaretur*: pro *occulta loca*. *Plaut. Curc. 4, 2, 21. *Hi saltem in occultis* LOCIS *prostant*.

(21) In OPACA, *dunkel*. Lucr. 2, 114. *Per opaca domorum*. Virg. Aen. 6, 633. *Opaca viarum*: pro *opaca loca*. *Catull. 61, 3. LOCA *opaca redimita silvis*.

(22) In PETROSA, *felsig*. Plin. 17, 27. *Caprificorum laudantur maxime nigras, et in petrosis*: pro *petrosis locis*: *9, 31. *Vivunt petrosis* LOCIS.

(23) In PRAERIPIA, *am Ufer*. Apul. Apol. p. 278. *Praeripia fluminis*: pro *praeripia loca*. [cf. Gronov. 1 Obs. 20. M. R.]

(24) In SECRETA, *geheim*. Ovid. Met. 13, 555. *In secreta venit*: pro *secreta loca*. Tacit. G. 45, 9. *Sicut orientis secretis*: pro *secretis locis*. *Horat. A. P. 298. *Secreta* LOCA. Ovid. ex Ponto 4, 9, 47. *Et se secretis finget adesse* LOCIS.

(25) In SEPTA, *eingeschlossen*. Seneca de Ira c. 7. *Septa concursu omnis frequentiae plena*: pro *septa loca*. Martial. 9, 60. *In septis Mamurra diu — vagatur*: pro *septis locis*. *Lucr. 6, 87. *Per* LOCA *septa insinuarit*.

LOCUS, *Ort*, *Weg*, *Stelle*, I. in locutionibus, ut (1) in EST, UBI, *es ist, wo*. Horat. Epist. 1, 10, 15. *Est ubi plus tepeant hiemes? ubi gratior aura leniat et rabiem canis?* pro *est locus, ubi*. Plaut. Mil. Glor. 2, 1, 4. *Exsurgat foras, ut sit ubi sedeat ille, qui auscultare vult*: pro *sit locus ubi*.

(2) In NIHIL QUO, *nirgends*. Plaut. Capt. 1, 2, 18. *Nam ni illum recepit, nihil est, quo me recipiam*: pro *nihil est loci, quo*.

II. In ablativis casibus, ut (1) in ALIO, *an einen andern*. Terent. Eun. 2, 2, 49. *Fortasse tu profectus alio fueras*. Cic. Att. 9, 17. *Ex illius sermone statuam, Arpinumne mihi eundem sit, an quo alio*: pro *alio loco*: *N. D. 2, 22. *Docet idem alio* LOCO.

(2) In ALIQUO, *irgend wohin*. Terent. Andr. 2, 1, 29. *Dum proficiscor aliquo*. Brutus ap. Cic. Fam. 11, 1, 7. *Migrandum Rho-*

dum aut aliquo terrarum: pro *aliquo terrarum loco.*

(3) In Eo, *dahin.* Terent. Phorm. 1, 4, 23. *Quod si eo meae fortunae redeunt, Phanium, abs te ut distrahar, nulla est mihi vita expetenda:* pro *eo loci.* * Cic. pro Sext. 31, 68. *Res erat et causa nostra eo iam* LOCI, *ut erigere oculos et vivere videretur.*

(4) In EODEM, *ebendahin.* Liv. 1, 50. *Haec atque alia eodem pertinentia:* pro *eodem loci.* * Sueton. Calig. 53. *Neque eodem* LOCI *prae ardore consisteret.* Plin. Paneg. 1, 5. *Inter aras et altaria eodem* LOCI.

(5) In ILLO, *dahin.* Terent. Andr. 2, 2, 25. *Quum illo advenio.* Plaut. Amph. 1, 1, 48. *Ut illo advenimus:* 2, 1, 56. *Prius multo ante aedes stabam, quam illo adveneram:* pro *illo loco.*

(6) In ISTO, *dahin.* Ovid. Her. 18, 205. *Dum transferor isto.* Plin. Epist. 3, 6. *Destino enim, si tamen officii ratio permiserit, excurrere isto:* pro *isto loco.*

(7) In QUO, *wohin.* Virg. Aen. 1, 370. *Quave tenetis iter?* Terent. Hec. 3, 5, 45. *Quo abis?* Plaut. Rud. 1, 2, 22. *An quo furatum venias mox?* pro *quo loco.*

(8) In QUOCUNQUE, *wohin auch.* Eumenius pro Restaur. Schol. 16. *Quocunque oculos circumtuli.* Curt. 4, 5, 8. *Quocunque ille fugere potuisset.* Horat. Epod. 16, 21. *Ire pedes quocunque ferent:* pro *quocunque loco.*

(9) In UTROQUE, *zu beiden.* Plaut. Stich. 3, 1, 44. *Per hortum utroque commeatus continet.* Liv. 1, 11. *Utroque coloniae missae:* pro *utroque loco.*

III. In adiectivis quibusdam, ut (1) in AEQUUS, *eben.* Liv. 5, 38. *Facilem in aequo campi — victoriam fore.* Tacit. Agr. 35, 4. *Ut primum agmen aequo, caeteri per acclive iugum insurgerent:* 36, 3. *Qui in aequo substiterant, erigere in colles aciem coepere:* pro *aequo loco.* * Cic. pro Caec. 17, 50. *Ne aequo quidem —* LOCO: Fam. 3, 8. *Ex superiore et ex aequo* LOCO *sermones habiti.*

(2) In LECTUS, *erwählt* (Lager). Laberius ap. Gellium 16, 9. *Mater familias tua in lecto adverso sedet.* * Plaut. Amph. 1, 3, 15. *Prius abis, quam lectus, ubi cubuisti, conculuit* LOCUS.

(3) In OCCULTUS, *verborgen.* Plaut. Capt. 1, 2, 62. *Saepe summa ingenia in occulto latent.* Terent. Eun. 4, 7, 17. *Ut tu illos procul hinc ex occulto caederes:* pro *occulto loco.*

(4) In PLANUS, *flach, eben.* Sueton. Tiber. 33. *Iudicesque aut e plano, aut e quaestoris tribunali admonebat:* pro *e plano loco.* * Cic. pro Caec. 17, 50. *Sed ne aequo quidem et plano* LOCO.

(5) In PROXIMUS, *nächste.* Terent. Heaut. 1, 1, 2. *Inde adeo quod agrum in proximo hic mercatus es.* Plaut. Asin. 1, 1, 37. *Iam filius quod amet meus istam meretricem e proximo Philenium:* pro *proximo loco.*

(6) In SECRETUS, *geheim.* Phaedr. 3, 10, 11. *Seductus in secretum a liberto suo.* Cic. Fam. 7, 25. *Secreto hoc audi:* pro *secreto loco.* * Ovid. de Ponto 4, 9, 46. *Et se secretis finget adesse* LOCIS.

(7) In TUTUS, *sicher.* Cic. Fam. 14, 3. *Ut tuto sim, quod laboras, id mihi nunc facillimum est:* pro *tuto loco.* Terent. Adelph. 2, 4, 3. *In tuto est omnis res:* Heaut. 4, 3, 17. *Amici quoque res tui in tuto ut collocetur:* pro *in tuto loco.* Plaut. Most. 5, 1, 7. *In tutum eduxit legiones:* pro *in tutum locum:* * Merc. 1, 2, 84. *Equi-*

dem iam me censebam esse in terra atque in tuto LOCO.

(8) In UNUS, *ein.* Martial. 7, 81. *Nam saepe lavamur in uno:* pro *in uno loco.* Virg. Ecl. 7, 2. *Compulerantque greges Corydon et Thyrsis in unum.* Sallust. Iug. 51. *Paullatim milites in unum conducit:* pro *in unum locum.* * Plaut. Merc. 2, 1, 7. *Neu discordarent, si ambo in uno essent* LOCO. Lucr. 6, 273. *Qui cogit in unum forte* LOCUM. Plaut. Epid. 4, 1, 2. *Id ego experior, quod multa in unum* LOCUM *confluunt, quae meum pectus pulsant simul.*

LONGUM, *lang*, in TEMPORE, *Zeit.* Ovid. Trist. 2, 546. *Distat et admissi tempore poena sui:* pro *tempore longo:* * Her. 20, 15. *Quique fuit nunquam parvus, nunc tempore* LONGO, *et spe, quam dederas tu mihi, crevit amor.*

LOQUOR, *sprechen*, I. in verbis quibusdam, ut (1) in COEPI, *ich habe angefangen.* Virg. Aen. 1, 521. *Maximus Ilioneus placido sic pectore coepit.* Phaedr. 4, 23, 2. *Musca sic coepit prior:* pro *coepit loqui.* * Mart. 11, 103. *Portentum est quoties coepit imago* LOQUI.

(2) In LICET? *ist es erlaubt?* Terent. Andr. 5, 3, 22. *Pater, licetne paucca?* Heaut. 5, 2, 20. *Here, licetne?* pro *licetne loqui?*

(3) In NESCIRE, *nicht wissen.* Cic. pro Flacco 19. *Qui Graece nesciunt:* pro *nesciunt loqui.* Iuvenal. 6, 187. *Quum sit turpe magis nostris nescire Latine:* pro *nescire loqui*, vel *fari.* * Cic. Tusc. 5, 40. *Epicurei nostri Graece* FARI *nesciunt.*

(4) In ORDIRI, *beginnen.* Virg. Aen. 1, 325. *Veneris contra sic filius orsus:* 9, 656. *Sic orsus Apollo:* pro *orsus loqui:* * 6, 125. *Sic orsa* LOQUI *vates.* Ovid. Met. 4, 320. *Tunc sic orsus* LOQUI.

(5) In SCIRE, *wissen.* Cic. de Cl. Orat. 37, 140. *Non enim tam praeclarum est scire Latine, quam turpe nescire:* pro *scire loqui.* Plaut. Poen. Prol. 112. *Et is omnes linguas scit:* pro *scit loqui.*

II. In locutionibus, nominibus, adverbiis, praepositionibus quibusdam, ut (1) in ADHUC GRAECE? *noch Griechisch?* Iuvenal. 6, 191. *Tunc etiam, quum sextus et octogesimus annus pulsat, adhuc Graece?* pro *adhuc Graece loqueris?*

(2) In BONA VERBA, *stille.* Terent. Andr. 1, 2, 33. *Bona verba quaeso:* pro *bona verba loquere.*

(3) In DE, *von.* Plaut. Poen. 3, 3, 52. *Nimis lepide de latrone, de Sparta optume:* pro *de latrone, de Sparta loqueris.*

(4) In OMNIA GRAECE, *alles Griechisch.* Iuvenal. 6, 186. *Omnia Graece, quum sit turpe magis nostris nescire Latine?* pro *omnia Graece loqueris?*

(5) In PENE PLUS, *fast mehr.* Terent. Phorm. 5, 3, 13. *Heu! video uxorem; pene plus, quam sat erat:* pro *pene plus locutus sum.*

(6) In QUID ISTIC? *wozu hier?* Terent. Andr. 3, 3, 40. *Quid istic? si ita istuc animum induxti esse utile:* pro *quid istic loquor?* Adelph. 1, 2, 53. *Quid istic? si istuc tibi placet, profundat, perdat, pereat:* pro *quid istic loquor*, ut Donatus observat.

(7) In QUID MULTA? et QUID MULTA VERBA? *wozu viel Worte?* Plaut. Bacch. 5, 2, 43. *Quid multa? ego amo:* pro *quid multa loquar?* Terent. Eun. 3, 5, 20. *Quid multa verba? amare coepi:* pro *quid multa verba loquar*, vel *faciam.* * Plaut. Poen. 3, 3, 83. *Quid multa verba* FACIAM.

(8) In QUID TECUM? *was zu dir?* Terent. Heaut. 1, 2, 26. *Quid tute tecum?* scil. *loqueris.* *Plaut. Most. 2, 2, 80. *Quid tute tecum* LOQUERE?

(9) In SECUM, *mit sich selbst.* Lucan. 2, 522. *Et secum:* pro *et secum locutus est*, ut Scholiasta observat. Virg. Aen. 1, 33. *Haec secum:* pro *secum locuta est*, ut Servius observat, vel *fabulata est.* *Plaut. Pseud. 2, 2, 21. *Quid illic secum solus* LOQUITUR? Merc. 2, 3, 30. *Quid illic est, quod solus secum* FABULATUR *filius?*

(10) In SIC, *so.* Phaedr. 1, 25, 5. *Igitur quum currens biberè coepisset canis, sic crocodilus:* pro *sic locutus est:* 3, 18, 10. *Tunc sic deorum genitor atque hominum sator:* pro *sic locutus est:* *1, 5, 5. *Hi quum cepissent cervum vasti corporis, sic* EST LOCUTUS *partibus factis leo: ego primam tollo.*

LORUM, *Peitsche*, in TERGINUM, *aus einer Haut.* Plaut. Pseud. 1, 2, 21. *Nunquam edepol vestrum durius tergum erit, quam terginum hoc meum:* pro *terginum lorum.*

LOTIUM, *Urin*, in CALDUM, *warm*, et FRIGIDUM, *kalt.* Petron. 67. *Nunc hoc est caldum mederè, et frigidum potare:* pro *caldum — frigidum lotium.*

LUDI, *Spiele*, (1) in CERERALES, *zu Ehren der Ceres.* Ovid. Fast. 4, 393. *Alba decent Cererem; vestes Cerealibus albas sumite: nunc pulli velleris usus abest:* pro *Cerealibus ludis.* *Tacit. Hist. 2, 55, 1. *At Romae nihil trepidationis: Cereales* LUDI *ex more spectabantur.*

(2) In CIRCENSES, *im Circus*, qui erat locus, ubi spectacula edebantur. Iuvenal. 3, 223. *Si potes avelli Circensibus:* pro *Circensibus ludis.* *Liv. 44, 18. LUDIS *Circensibus Publii Cornelii Scipionis.* Varro ap. Gell. 3, 10. *Carriculà* LUDORUM *Circensium solemnia septem esse.*

LUDO, *spielen*, in BOLIS, *mit Würfeln.* Plaut. Curc. 5, 2, 13. *Si vis tribus bolis vel in chlamydem:* pro *bolis ludamus.*

LUX, *Licht*, in EDERE, *bringen.* Vall. Flacc. 1, 367. *Pariter quos edidit Hypso.* Tacit. Ann. 5, 1, 4. *Nullam posthac sobolem edidit:* pro *edidit in lucem.* Aur. Victor Orig. Gent. Rom. 19, 5. *Tum exactis mensibus gemino editos:* pro *editos in lucem.* *Ovid. Met. 15, 221. *Editus* IN LUCEM *iacuit sine viribus infans.* Seneca Oed. 938. *Quid deinde matri? quid male* IN LUCEM *editis gnatis?*

LYCHNUS, *ein Licht*, in CEREUS, *wächsern.* Martial. 14, 42. *Hic tibi nocturnos praestabit cereus ignes:* pro *cereus lychnus.* Seneca de Brev. Vit. fin. *Funerà ad faces et ad cereos ducere:* pro *cereos lychnos.*

M.

MACERATUS, vel INTRITUS, *zubereitet*, in Ex, *aus*. Varro R. R. 3, 10. *Pullis apponitur nasturtium ex aqua*: pro *nasturtium ex aqua maceratum*, vel *intritum*. Plaut. Merc. 1, 2, 28. *Resinam ex melle Aegyptiam vorato, salvom feceris*: pro *resinam ex melle maceratam*, vel *intritam*. Terent. Eun. 5, 4, 17. *Quo pacto ex iure hesternò panem atrum vorent*: pro *ex iure — maceratum*, ut Donatus observat, vel *ex iure — intritum*. * Scribon. p. 227. MACERATUM — *ex aqua*. Cels. 3, 19. INTRITUM *ex vino*.

MACIES, *Magerkeit*, in CORRUMPI, *verdorben sein*. Phaedr. 2, 8, 21. *Et quia corruptos viderat nuper boves, accedit ad praesepe*: pro *corruptos macie*. Plaut. Amph. 5, 1, 6. *Corrupta sum atque absumpta sum*: pro *corrupta sum macie*. * Caes. B. C. 3, 58. *Corruptos* MACIE *equos*.

MAGIS, *mehr*, in QUAM, *als*, cum nominibus quibusdam et verbis. Tacit. Ann. 3, 17, 7. *Et quum accusatores ac testes certatim perorarent, respondente nullo, miseratio quam invidia augebatur*: pro *miseratio magis quam invidia*: 4, 61, 8. *Asinius Agrippa claris maioribus quam vetustis, vitaque non degener*: pro *claris maioribus magis quam vetustis*: Germ. 6, 8. *Consilii quam formidinis arbitrantur*: pro *consilii magis quam formidinis*. Plaut. Bacch. 4, 3, 7. *Inimicos quam amicos aequum est me habere, malos quam bonos*: pro *inimicos magis quam amicos — malos magis quam bonos*: Rud. 4, 4, 70. *Tacita bona est semper mulier quam loquens*: pro *bona est magis quam — loquens*. Boeth. Lib. 1. Pros. 11. *Sed medicinae tempus est, quam querelae*: pro *medicinae magis — quam querelae*. Plaut. Mil. Gl. 4, 6, 48. *Non aedepol tu illum amas, quam egomet*: pro *amas magis, quam egomet*. Apul. Flor. c. 16. *Emere velis, quam rogare*: pro *magis velis, quam*. Mela 3, 10. *Quos serpere, quam ingredi referunt*: pro *serpere magis, quam*. Tacit. Ann. 1, 58, 2. *Et pacem quam bellum probabam*: pro *pacem magis quam*. [*Magis* saepe omitti, vel tirones sciunt. Ruhnken. ad Vell. Pat. 2, 129.] * Cic. de Off. 1, 14, 44. *Quae proficisci ab ostentatione* MAGIS, *quam a voluntate videantur*. Plin. Paneg. 2, 5. *Ne quis e plebe Romana, dante congiarium te, hominem* MAGIS *sentiret se fuisse, quam civem*: 58, 5. *Quanquam non ambitio* MAGIS, *quam livor et malignitas videri potest*. Cic. Fam. 12, 3. *Me favente* MAGIS, *quam sperante*.

MAGISTRATUS, *Beamter*, in AEDILIS, qui aedificia publica, funera, ludos, taliaque similia curabat. Cic. Verr. 5, 14, 36. *Nunc sum designatus Aedilis*: pro *Aedilis magistratus*. * Festus: *Aedilis initio dictus est* MAGISTRATUS, *qui aedium non tantum sacrarum, sed etiam privatarum curam gerebat*.

MAGNUS, *gross, hoch*, (1) in AMICE! *Freund!* Horat. Epod.

1, 1. *Ibis liburnis inter alta navium, amice! propugnacula:* pro *amice magne!* *Cic. Fam. 7, 29. *Sed, amice magne! noli hanc epistolam Attico ostendere.*

(2) In PRETIUM, *Preis.* Terent. Eun. 1, 2, 53. *Pretium sperans, illico producit, vendit:* pro *pretium magnum*, ut Donatus observat.

MALE, *übel, schwer*, (1) in MULCARE, *bestrafen.* Plaut. Asin. Prol. 4. *Servulus nequam, qui dominum mulcat atque villicum:* pro *male mulcat:* *Most. 4, 2, 21. *Sed eo magis cauto est opus, ne huc exeat, qui* MALE *me mulcet.* Terent. Eun. 4, 7, 4. MALE *mulcabo ipsam.*

(2) In OLERE, *riechen.* Horat. Carm. 1, 17, 7. *Olentis uxores mariti:* pro *male olentis:* Epod. 10, 1. *Mala soluta navis exit alite, ferens olentem Maevium:* pro *male olentem.* Martial. 12, 87. *Paediconibus os olere dicis:* pro *male olere.* *Cic. de Orat. 2, 61, 249. *At in* MALE *olentem, video me a te circumveniri:* Tusc. 4, 53. MALE *olet omne coenum.*

MALUM, *Apfel*, (1) in CITREUM, *Apfelsine.* Plin. 23, 6. *Citrea contra venenum in vino bibuntur:* pro *citrea mala.* *Macrob. Saturn. 2, 15. MALA *citrea alia praecarpuntur, alia interim maturescunt.*

(2) In CYDONIUM, *Quitte.* Colum. 12, 45. *Cydonia in lagena nova — componuntur leviter.* Martial. 13, 21. *Si tibi Cecropio saturata Cydonia melle ponentur:* pro *Cydonia mala.* *Plin. 15, 11. MALA *Cydonia.* Scribon. 104. MALORUM *Cydoniorum succus.*

(3) In PUNICUM, *Granat-.* Ovid. Met. 10, 736. *Quae lento celant sub cortice granum, Punica ferre solent:* pro *Punica mala.* *Martial. 7, 20. *Et Punicorum pauca grana* MALORUM.

MANUS, *Hand*, I. in ABSTINERE, *enthalten.* Val. Flacc. 6, 23. *Abstineant alienae a sanguine pugnae:* pro *abstineant manus.* Seneca Oct. 473. *Fera caede abstinere.* Plaut. Aul. 2, 5, 18. *Quod te scio facile abstinere posse, si nihil obviam est:* pro *abstinere manum:* *Truc. 5, 34. *Abstine hoc, mulier,* MANUM. Iustin. 8, 6, 4. *Sed nec a proximis* MANUS *abstinet.*

II. In adiectivis quibusdam, ut (1) in DEXTRA, *recht.* Virg. Aen. 2, 291. *Si Pergama dextra defendi possent:* pro *dextra manu.* Aurel. Victor de Vir. Illustr. 12, 3. *Dextram aris imposuit:* pro *dextram manum.* *Lucr. 2, 24. *Simulacra per aedes lampadas igniferas* MANIBUS *retinentia dextris.* Nepos 14, 4. *Gerens — dextra* MANU *clavam.*

(2) In LAEVA, *link.* Ovid. Met. 14, 344. *Laevaque hastilia bina ferebat.* Virg. Aen. 5, 382. *Tum laeva taurum cornu tenet:* pro *laeva manu.* *Liv. 1, 18. *Tum lituo in laevam* MANUM *translato — precatus est ita.* Seneca Hipp. 1259. *Hic laeva frenis docta moderandis* MANUS.

(3) In SINISTRA, *link.* Val. Flacc. 8, 124. *Nunc implicat ille sinistrae:* pro *sinistrae manui.* Virg. Aen. 6, 571. *Torvosque sinistra intentans angues:* pro *sinistra manu.* *Catull. 12, 1. MANU *sinistra non belle uteris in ioco atque vino.*

MARE, *das Meer*, I. in EIICI, *ausgeworfen werden.* Seneca Epist. 9. *Eiectus in desertum litus.* Terent. Andr. 5, 4, 20. *Ad*

Andrum eiectus est: pro *eiectus est a mari.* * Plaut. Rud. 1, 5, 14. *Eiectae* E MARI *sumus ambae.*

II. In adiectivis quibusdam, ut [(1) in ALTUM, *tief.* Virg. Aen. 1, 3. *Terris iactatus et alto:* pro *alto mari.*]

(2) In PROFUNDUM, *grundlos.* Claudianus R. Pros. 1. Pro. 1. *Inventa secuit primus qui nova profundum:* pro *profundum mare,* vel *aequor.* Val. Flacc. 2, 606. *Pater profundi:* scil. *maris,* vel *sali,* vel *aequoris.* * Curt. 10, 7, 11. *Nullum profundum* MARE, *nullum vastum fretum:* 9, 9, 20. *Terras paulo ante profundo* SALO *mersas:* 4, 7, 11. *Haud secus quam profundum* AEQUOR *ingressi.*

(3) In TRANQUILLUM, *ruhig.* Terent. Phorm. 4, 4, 8. *Qui te ad scopulum e tranquillo auferat.* Seneca Ep. 85. *Tranquillo quilibet gubernator est:* pro *tranquillo mari.* * Plaut. Poen. 3, 1, 4. *Tardiores quam corbitae sunt in tranquillo* MARI. Seneca de Tranq. p. 148. *Sicut est quidam tremor tranquilli* MARIS, *aut lacus.* Statius Silv. 4, 3, 92. *Ut nitente cursu tranquillum* MARE — *possim — provocare.*

III. In nominibus quibusdam, ut (1) in ADRIATICUM, *Adriatisch,* inter Italiam et Dalmatiam. Catull. 4, 6. *Et hoc negat minacis Adriatici negare littus:* pro *Adriatici maris.* * Sueton. Tiber. 16. *Sinus* MARIS *Adriatici.*

(2) In AEGAEUM, *Archipelagus.* Horat. Carm. 2, 16, 1. *Otium divos rogat in patenti prensus Aegaeo:* pro *Aegaeo mari,* vel *aequore,* vel *freto.* * Ovid. Her. 20, 22. *Cingitur Aegaeo nomine Cea* MARI: Met. 11, 663. *Nubilus Aegaeo deprendit in* AEQUORE *navim auster.* Plaut. Amph. 4, 4, 55. *Per* FRETA — *Aegaeum et Creticum.*

(3) In CARPATHIUM, prope Scarpanto. Virg. Aen. 5, 595. *Carpathium — secant, luduntque per undas:* pro *Carpathium mare,* vel *pelagus.* * Horat. Carm. 1, 35, 8. *Quicunque Bithyna lacessit Carpathium* PELAGUS *carina.*

(4) In IONIUM, *Ionisch.* Virg. Aen. 3, 210. *Strophades Graio stant nomine dictae insulae Ionio in magno:* pro *Ionio mari,* vel *aequore,* vel *salo.* Val. Flacc. 4, 512. *Iamque et ad Ionii metas — tendunt:* pro *Ionii maris,* vel *aequoris,* vel *sali.* * Seneca Phoen. 610. *Qua relinquit nomen Ionii* MARIS: Herc. Oet. 731. *Utque involutas frangit Ionio* SALO. Ovid. Met. 15, 699. *Medicisque per* AEQUOR *Ionium zephyris — Italiam tenuit.*

(5) In LYBICUM, *Libysch.* Virg. Aen. 5, 595. *Libycumque secant, ludumque per undas:* pro *Libycumque mare,* vel *aequor,* vel *marmor.* * G. 2, 105. *Libyci velit* AEQUORIS *idem discere:* Aen. 7, 718. *Quam multi Libyco volvuntur* MARMORE *fluctus.*

MARS, *Mars,* in GRADIVUS. Reposianus in Anthol. Vet. Lat. Epigr. T. 1. p. 48. *Viderat effusis Gradivum Phoebus habenis in gremio Paphiae:* pro *gradivum Martem.* Val. Flacc. 3, 498. *Atque ipse citis Gradivus habenis fundit equos:* pro *gradivus Mars.* * Liv. 1, 22. *Salios item duodecim* MARTI *Gradivo legit.*

MARTIUS, *des Märs, des Mars,* (1) in CALENDAE, *der erste Tag.* Plaut. Mil. Gl. 3, 1, 96. *Da mihi, vir, Calendis meam quod matrem iuverit:* pro *Calendis Martiis.* * Sueton. Vesp. 19. *Si-*

cut Saturnalibus dabat viris apophoreta, ita et Calendis MARTIIS *feminis.*

(2) In CAMPUS, *Feld.* Tacit. Ann. 1, 15, 1. *Tum primum e campo comitia ad patres translata sunt.* Cic. Cat. 1, 5. *In campo me consulem, et competitores tuos, interficere voluisti:* pro *campo Martio:* Pison. 2. *Sit sane fors domina campi:* pro *campi Martii.* Horat. Carm. 3, 1, 10. *Hic generosior descendat in campum petitor:* pro *campum Martium.* *Liv. 2, 5, 2. *Ager Tarquiniorum, qui inter urbem ac Tiberim fuit consecratus Marti,* MARTIUS *deinde campus fuit.*

MATERIA, *Gegenstand,* in SCHOLASTICA, *scholastisch.* Quintil. 4, 2, 30. *Sed in scholasticis quoque nonnunquam evenit, ut pro narratione sit propositio:* 7, 1, 14. *Nam quaedam in scholasticis ponuntur, ad coniungendam modo actae rei seriem:* pro *scholasticis materiis:* *11, 1, 12. *Scholasticae* MATERIAE.

MATRIMONIUM, *Ehe,* (1) in EXIGERE, *vertreiben, sich scheiden.* Sueton. Caes. 50. *Cuius causa post tres liberos exegisset uxorem:* pro *exegisset matrimonio:* Claud. 26. *Quam olim exegerat:* pro *exegerat matrimonio.* Terent. Hec. 2, 1, 45. *Ubi duxere impulsu vestro, vestro impulsu eadem exigunt:* pro *exigunt matrimonio.* *Plaut. Merc. 4, 6, 5. *Uxor, viro si clam domo egressa est foras, viro fit causa, exigitur* MATRIMONIO.

(2) In IUNGERE, IUNGI, *verbinden.* Ovid. Met. 7, 697. *Pater hanc mihi iunxit Erechtheus:* pro *iunxit matrimonio.* Iuvenal. 6, 41. *Quid fieri non posse putes, si iungitur ulla Urnidio?* pro *iungitur matrimonio.* *Curt. 8, 1, 9. *Ut regis sui filiam* MATRIMONIO *sibi iungeret.* Liv. 1, 40. *Forte ita inciderat, ne duo violenta ingenia* MATRIMONIO *iungerentur.*

ME, *mich,* I. in praepositionibus quibusdam, ut (1) in ANTE, *vor.* Lucr. 4, 1. *Avia Pieridum peragro loca nullius ante trita solo:* pro *ante me.* *Plin. Praef. *Hoc ante* ME *fecit — Valerius Soranus.*

(2) In PRAE, *voran.* Plaut. Amph. 1, 3, 45. *Abi prae, Sosia.* Terent. Eun. 3, 2, 46. *Abi prae, curre, ut sint domi paratae:* Adelph. 2, 1, 13. *Abi prae, ac fores aperi:* pro *abi prae me:* Andr. 1, 1, 144. *I prae, sequar:* pro *i prae me.*

(3) In SECUNDUM, *nahe.* Plaut. Amph. 2, 1. *Age, i tu secundum:* pro *secundum me.*

II. In verbis quibusdam, ut (1) in APPLICO, *anlegen.* Cic. Tusc. 3, 19, 44. *Quo accedam? quo applicem?* pro *applicem me?* *Bruto 316. MEQUE *ad Milonem applicavi.*

(2) In BEAS, *du machst glücklich.* Plaut. Asin. 2, 2, 66. *Taceo — beas:* pro *beas me.* Terent. Andr. 1, 1, 79. *O factum bene! beasti:* pro *beasti me.*

(3) In CREDO, *vertrauen.* Plaut. Amph. 1, 1, 235. *Tuae fidei credo:* pro *credo me.* *Seneca Oed. 27. *Cuncta expavesco,* MEQUE *non credo mihi.*

(4) In DECLINO, *abweichen.* Cic. de Fin. 5, 5. *Modo etiam paululum ad dextram de via declinavi:* pro *declinavi me.* *Plaut. Aul. 5, 2, 11. *Nam ego modo declinavi paululum* ME *extra viam.*

(5) In INSINUO, *einschmiegen.* Cic. ad Fam. 4, 13. *Et in ipsius consuetudinem, quam adhuc*

meus pudor mihi clausit, insinuabo: pro *insinuabo me.*

(6) In Recipio, *übernehmen.* Terent. Phorm. 5, 7, 9. *An veremini, ne non id facerem, quod recepissem semel:* pro *recepissem ad me,* vel *in me:* * Heaut. 5, 5, 12. *Nihil audio* — ad me *recipio.* Plaut. Mil. Gl. 2, 2, 74. *Tute unus si recipere hoc* ad te *dicis, confidentia est.* Cic. Fam. 13, 17. *Spondebo enim tibi, vel potius spondeo,* in meque *recipio:* 13, 10. In meque *recipio, fore eum tibi et voluptati et usui.*

MEDICAMENTUM, *Heilmittel,* (1) in Abortivum, *abtreibend.* Iuvenal. 6, 368. *Et quod abortivo non est opus:* pro *abortivo medicamento.*

(2) In Antidotum, *Gegengift.* Cels. 5, 27, 2. *Antidotum, praecipue id, quod primo loco posui:* pro *antidotum medicamentum.*

(3) In Coercentia, *zusammenhaltend,* et Coeuntia, *schliessend.* Cels. 4, 20, 1. *Si maligna purgatio est, subiicienda sunt coeuntia, coercentia:* pro *coeuntia, coercentia medicamenta.*

(4) In Mitigativa, *mildernd.* Cael. Aurel. Tard. 1, 4. *Mitigativa adhibere:* pro *mitigativa medicamenta.*

MEDICINA, *Heilmittel,* in Antidotus, *Gegengift.* Quintil. 7, 2, 25. *Ille datum ei venenum dixit, sed se antidotum daturum:* pro *antidotum medicinam.* Aul. Gell. 17, 15. *Huius regis antidotus celebratissima est:* pro *antidotus medicina.* [Sed est *antidotum,* ut supra, neutr. gen. M. R.]

MEMBRUM, *Glied,* (1) in Caetera, *die andern.* Ovid. Met. 11, 178. *Caetera sunt hominis; partem damnatur in unam:* pro *caetera membra.*

(2) In Contraria, *entgegengesetzt.* Ovid. Met. 12, 179. *Quis fuerit Caeneus, cur in contraria versus:* pro *contraria membra.*

(3) In Genitale, *zeugend.* Plin. 28, 9. *Genitale maris:* pro *genitale membrum.* Serenus Sam. 34, 643. *Illo genitalia necte:* pro *genitalia membra.* * Ovid. Amor. 2, 3, 3. *Qui primus pueris genitalia* membra *recidit.*

(4) In Muliebre, *weiblich.* Tacit. Ann. 14, 60, 3. *Ex quibus una instanti Tigellino, castiora esse muliebria Octaviae respondit, quam os eius:* pro *muliebria membra,* vel *veretra.* * Auson. Epigr. 228. *Muliebre* membrum — *cernit.* Lucr. 4, 1046. *Sive puer* membris *muliebribus hunc iaculatur.* Cael. Aurel. Tard. 5, 8. *Muliebre* veretrum.

(5) In Naturalia, *Schamtheile.* Colum. 6, 27, 10. *Naturalia eius linuntur, quae res accendit libidinem:* pro *naturalia membra,* vel *loca.* Iustin. 1, 4. *Vidit ex naturalibus filiae — vitem enatam:* pro *naturalibus membris,* vel *locis.* * Colum. 8, 7, 2. Loca *naturalia.*

(6) In Obscenum, *Schamtheile.* Iul. Obseq. 84. *Puer duplici obsceno natus:* pro *obsceno membro.* Lactant. Inst. 1, 21. *Certamen de obsceni magnitudine:* pro *obsceni membri.*

(7) In Pensilia, *hängend.* Carm. Priap. 52. *Pulchre pensilibus peculiati:* pro *pensilibus membris.*

(8) In Pudenda, *Schamtheile.* Augustin. de C. D. 14, 17. *Quinudi exercebantur in campo, pudenda operiebant:* pro *pudenda membra.* * Serenus Sam. 36, 681. *Dicendum et quae sit* membris *medicina pudendis.*

(9) In Seminalia, *mit Samen,* ap. Tertull. adv. Marc. 1, 13. * Carm. Priap. 25. Membrum *seminale.*

(10) In SUMMA, *die äussersten.* Seneca 2 de Ira p. 20. *Summa riguerunt:* 3. p. 47. *Si calor summa deseruit:* pro *summa membra.*

(11) In TENTA, *gespannt.* Catull. 81, 5. *An vere fama susurrat, grandia te medii tenta vorare viri:* pro *tenta membra.*

(12) In TRUNCUM, *verstümmelt.* Cic. pro Roscio Com. 10. *Nemo illum ex trunco corporis spectabat:* pro *trunco membro.*

(13) In VIRGINALE, *jungfräulich.* Phaedr. 4, 14, 12. *Adplicuit virginale generi musculo:* pro *virginale membrum.* [Alia huius vocabuli significatio, *Jungfrauengemach,* est in Isidori Glossis. cf. Munck. ad Hygin. f. 184. M. R.]

(14) In VIRILIA, *männlich.* Plin. 21, 27. *Et in totum ad virilia — nihil utilius putant:* pro *virilia membra,* vel *veretra.* * Arnob. 5. p. 165. *Amputationes virilium* VERETRORUM.

MEMORIA, *Gedächtniss,* (1) in PRODERE, *überliefern.* Plin. 12, 19. *Produnt vix quinto anno reverti negotiatores:* pro *produnt memoriae:* 8, c. ult. *Quos terra nasci proditur.* Iustin. 44, 4, 1. *In quibus Titunas bellum adversus deos gessisse proditur:* pro *proditur memoriae:* *12, 6, 17. *Ad prodenda* MEMORIAE *acta eius.* Cic. pro Mil. 3, 8. *Non sine causa fictis fabulis doctissimi homines* MEMORIAE *prodiderunt:* Verr. 1, 18, 47. *Potuisti accipere id, quod est proditum* MEMORIAE.

(2) In TENERE, *behalten.* Plaut. Capt. Prol. 10. *Iam hoc tenetis:* pro *tenetis memoria:* Amph. 4, 4, 43. *Rem tenes probe:* pro *tenes memoria.* * Cic. de Sen. 12. MEMORIA *tenere rem.*

(3) In TRADERE, *überliefern.* Plin. 10, 24. *Tradit et Fabius Pictor in annalibus suis:* pro *tradit et memoriae.* Cic. Tusc. 1, 5. *Nam Galbam, Africanum, Laelium, doctos fuisse tradunt:* pro *tradunt memoriae.* Liv. 2, 8. *Non certum traditur.* Plin. 13, 1. *Unguenta quis primus invenerit, non traditur:* pro *traditur memoriae.* * Phaedr. 4, 24, 2. *Quantus nunc illis honos a superis sit tributus, tradam* MEMORIAE. Cic. Parad. 3. *Nam istum doctum et sapientem virum fuisse* MEMORIAE *traditum est.*

MEMORO, *erwähnen,* in QUID? *warum?* cum accusativo. Cic. Orat. 45, 153. *Sed quid ego vocales? sine vocalibus saepe brevitatis causa contrahebant:* pro *quid ego vocales memorem?* * Varro de L. L. 6, 1, 7. *Nam quid Accium* MEMOREM?

MENS, *Verstand,* (1) in ALIENATIO, *Verlust.* Seneca Ep. 78. *Dolor in alienationem stuporemque convertitur:* pro *alienationem mentis.* Firmic. 4, 1. *Luna alios facit caducos, aliis alienationis decernit incommoda:* pro *alienationis mentis.* * Plin. 21, 21. *Alienatio* MENTIS.

(2) In ALIENUS, *beraubt.* Firmic. 3, 6. *Si cum sole Mars et Saturnus fuerint inventi, facient alienos, deliros:* pro *alienos mente.* * Plin. 28, 8. *Alienatus* MENTE.

(3) In CONCIPERE, *aufnehmen.* Ovid. ex Ponto 3, 7, 30. *Cur ego concepi Scythicis me posse carere finibus et terra prosperiore frui:* pro *concepi mente.* * Seneca Herc. F. 311. *Meliora* MENTE *concipe, atque animum excita.*

MENSA, *Tisch,* (1) in ARGENTARIA, *Geldwechsler.* Plaut. Epid. 2, 2, 15. *Per myropolia, et lanienas, — argentarias:* pro *argentarias mensas.* * Ulpian. l. 4. D.

de Edendo: *Argentariae* MENSAE *exercitares rationes, quae ad se pertinent, edant.*

(2) In DELPHICA, *von Delphos*, Martial. 12, 67. *Argentum, atque aurum non simplex Delphica portat:* pro *Delphica mensa.* * Val. Max. 4, 4. *Extracta deinde magni ponderis aurea Delphica* MENSA. Cic. Verr. 4, 59. MENSAS *Delphicas e marmore abstulit.*

(3) In PONERE, *hinstellen*. Plaut. Merc. 4, 4, 38. *Dari potest interea, dum illi ponunt:* pro *ponunt mensam.* * Ovid. Metam. 8, 660. MENSAM *succincta tremensque ponit anus.*

MENTULA, vel PENIS, *männliches Glied*, in ARRIGERE, *aufheben*. Martial. 3, 7, 6. *Arrigis ad vetulas, fastidis, Basse, puellas:* pro *arrigis mentulam*, vel *penem:* 4, 5. *Nec potes algentes arrigere ad vetulas:* pro *arrigere mentulam*, vel *penem.*

MERCATOR, *Verkäufer*, in OLEARIUM, *von Oel*. Plaut. Capt. 3, 1, 27. *De compacto rem gerunt, quasi in velabro olearii:* pro *olearii mercatores.*

MERCES, *Belohnung*, in PULVERATICA, merces pro labore pulvereo et magno. Constit. Theod. et Valent. in Script. Rei Agrar. p. 343. *Tres aureos accipiat, absque sua pulveratica:* pro *pulveratica merceda.*

MERCURIUS, *Mercur*, (1) in CADUCIFER, *Stabträger*. Ovid. Met. 2, 708. *Hinc se sustulerat paribus Caducifer alis:* pro *Mercurius Caducifer.*

(2) In CYLLENIUS, in monte Cyllenio natus. Lucan. 1, 663. *Metuque celer Cyllenius haeret:* pro *Mercurius Cyllenius.*

MERETRICIUS, *buhlerisch*, in QUAESTUS, *Geschäft*. Terent. Andr. 1, 1, 52. *Dein quaestum accepit;* Heaut. 4, 1, 27. *Uti quaestum faceret:* pro *quaestum meretricium.* * Cic. Philipp. 2, 18, 44. *Sed cito Curio intervenit, qui te a* MERETRICIO *quaestu abduxit.*

MERUM, *reiner Wein*, in SAUCIUS, *betrunken*. Petron. Sat. 67. p. 337. *Interim mulieres saucias inter se riserunt:* pro *saucias mero.* Martial. 3, 68. *Nescit saucia Terpsichore:* pro *saucia mero.* * Iustin. 24, 8, 1. *Simul et hesterno* MERO *saucii — in bellum ruebant.* Martial. 4, 66. *Incaluit quoties saucia vena* MERO.

MIHI, *mir*, in TEMPERO, *enthalten*. Lactant. 4, 5. *Quod in prioribus libris ac facerem, temperavi:* pro *temperavi mihi.* Plaut. Trin. 5, 2, 63. *At iam posthac temperabo:* pro *temperabo mihi.* * Cic. Fam. 16, 7. *Usque* MIHI *temperavi, ut dignum aliquid — efficerem.* Plin. 18, 6. *Nequeo* MIHI *temperare, quo minus unum exemplum antiquitatis afferam.*

MILES, *ein Soldat*, (1) in ANTESIGNANUS, ante signum in acie constitutus. Liv. 4, 37. *Signa nunc resistentia deserunt ab antesignanis:* pro *antesignanis militibus;* 7, 33. *Revectus ad antesignanos legionum:* pro *antesignanos milites legionum.*

(2) In BENEFICIARIUS, *pensionirt*. Caes. B. C. 1, 75. *Cum — beneficiariis suis, quos suae custodiae causa habere consueverat:* pro *beneficiariis militibus.* * Festus: *Beneficiarii dicebantur* MILITES, *qui vacabant muneri.*

(3) In CLASSIARIUS, *Seesoldat*. Caes. B. C. 3, 100. *Aqua prohibere classiarios instituit:* pro

classiarios milites. Tacit. Ann. 15, 51, 1. *Primores classiariorum:* pro *classiariorum militum.*

(4) In FERRATUS, *geharnischt.* Tacit. Ann. 3, 45, 3. *In fronte statuerat ferratos, in cornibus cohortes, a tergo semermes:* pro *ferratos milites.*

(5) In LEGIONARIUS, *einer Legion.* Caes. B. C. 1, 78. *Frumenti copiam legionarii nonnullam habebant:* pro *legionarii milites:* * B. G. 1, 51. *Minus multitudine* MILITUM *legionariorum.*

(6) In MANIPULARIS, vel MANIPLARIS, *gemein.* Plaut. Most. 1, 3, 154. *Conveniunt manipulares:* scil. *milites.* * Ovid. Fast. 3, 118. *Unde maniplaris nomina* MILES *habet.*

(7) In PRAETORIANUS, *des Praetors Gefolge.* Tacit. Ann. 6, 3, 1. *Et Praetoriani, aetis stipendiis, ius apiscerentur:* pro *Praetoriani milites.* * Plin. 6, 29. *Missi ab eo* MILITES *Praetoriani.*

(8) In STATIONARIUS, *stehend.* Paull. l. 4. *Limenarchae et stationarii fugitivos deprehensos in custodiam retinent:* pro *stationarii milites.* * Ulpian. l. 1. §. hoc autem D. de Fugitivis: *Qua declaratur* — MILITES *stationarios dominum adiuvare debere.*

(9) In TERTIANI, *vom dritten Regiment, oder Compagnie.* Tacit. Hist. 5, 1, 3. *Tradidit et Alexandria — Tertianos:* scil. *milites:* Ann. 13, 38, 5. *Tria millia Tertianorum:* scil. *militum.*

(10) In VETERANUS, *alt.* Lucan. 1, 345. *Quae noster veteranus aret:* pro *veteranus miles.* Cic. Philipp. 2, 18. *Veteranorum arrogantia:* pro *veteranorum militum.* [* id. 3, 2, 3. *Invicto genere veteranorum* MILITUM. M. R.]

(11) In VEXILLARIUS, *Fähnrich, bei der Fahne.* Tacit. Hist. 2, 18. *Mille vexillarios cum paucis equitibus:* pro *vexillarios milites.* Vopiscus in Firmo c. 4. *Quidam de numero vexillariorum:* pro *vexillariorum militum.*

[(12) In CETRATI, HASTATI, SAGITTARII, TRIARII.]

MILLIA, *tausend,* (1) in CENTENA, *hundert.* Martial. 3, 62. *Centenis — emis pueros:* pro *centenis millibus:* * 7, 10. *Centenis fuisit Matho* MILLIBUS: 11, 71. *Vendere, Tucca, potes centenis* MILLIBUS *emptos?*

(2) In DECIES CENTENA, *zehnmal hundert.* Iuvenal. 10, 335. *Ritu decies centena dabuntur antiquo.* Horat. Sat. 1, 3, 15. *Decies centena dedisses huic parco paucis contento:* pro *decies centena millia.* * Cic. Verr. 1, 10, 28. *Dionem* H-S *decies centena* MILLIA *numerasse, ut causam certissimam obtineret.*

(3) In QUADRAGENA, *vierzig.* Cic. Att. 4, 18. *Ut ambo* H-S. *quadragena coss. darent.* Sueton. de Clar. Gramm. 23. *Nec sufficeret sumptibus, quanquam ex schola quadragena — caperet:* pro *quadragena millia.*

MINERVA, *Anlage,* in INVITA, *wider Willen.* Cic. Att. 13, 23. *Male mihi sit, si unquam quicquam tam invita:* pro *invita Minerva:* * Fam. 12, 25. *Quinquatribus frequenti senatu causam tuam egi, non invita* MINERVA. Horat. A. P. 385. *Tu nihil invita dices faciesve* MINERVA.

MINUS, *weniger,* in NIHILO, *nichts desto.* Plaut. Most. 1, 3, 43. *Nihilo ego, quam nunc tu, amata sum, atque uni modo gessi morem:* pro *nihilo minus.* * Terent. Heaut. 5, 3, 10. *Nihilo* MINUS *ego hoc faciam tamen.* Cic. Fam.

10, 2. *Nihilo* MINUS, *ut ego absim, confici possunt.*

MITTO, MITTOR, *schicken, geschickt werden*, (1) in A, AB, *von.* Plaut. Mil. Gl. 4, 2, 55. *Quin tu huic respondes? haec illaec est, ab illa:* pro *ab illa missa:* Pseud. 4, 1, 17. *Quisquis ille est, qui adest a milite:* pro *a milite missus.*

(2) In COMMONITORIUM, *Ermahnungsbrief.* Sidon. 8, 9. *Dilectae nimis et peculiari Phoebus commonitorium Thaliae:* pro *Phoebus mittit commonitorium Thaliae.*

MODIA, vel MEDIMNA, *Scheffel, sechs Scheffel*, in MILLIA, *tausend.* Horat. Sat. 1, 1, 45. *Millia frumenti tua triverit area centum:* pro *millia modia*, vel *medimna*, ut Porphyrio observat. [subaudi *modiorum*, nam medimni hic non sunt apti. M. R.]

MODO, *nur*, in DUM, *wenn.* [cum coniunctivo. M. R.] Terent. Phorm. 3, 2, 41. *Minime, dum ob rem.* Phaedr. 4, 19, 23. *Qui, dum quadrantes adgeres patrimonio, coelum fatigas sordido periurio.* Ovid. Her. 17, 13. *Rustica sim sane; dum non oblita pudoris:* pro *dum modo:* *Met. 14, 590. *Dum* MODO *des aliquod.* Iuvenal. 8, 260. *Malo pater tibi sit Thersites, dum* MODO *tu sis Aeacidae similis.*

MODUS, *Maass, Weise*, I. in EXCEDERE, *überschreiten.* Seneca de Brev. vitae p. 226. *Disputare cum Socrate licet, dubitare cum Carneade, cum Epicuro quiescere, hominis naturam cum Stoicis vincere, cum Cynicis excedere:* pro *excedere modum:* [vel *naturam:* M. R.] *de Provid. p. 138. *Quum omnia, quae excesserunt* MODUM, *noceant.* Plin. Ep. 8, 24. *Quippe non vereor, in amore ne* MODUM *excesserim.* Liv. 26, 19. *Multa alia eiusdem generis — in eo iuvene excesserant* MODUM.

II. In nominibus quibusdam, ut (1) in INSANUM, *ungeheuer.* Plaut. Most. 3, 3, 5. *Insanum bonam. non equidem ullam in publico esse maiorem hac existimo:* pro *insanum modum*, idque pro *insanum in modum.*

(2) In MAXIMUM, *grösste.* Plaut. Most. 2, 2, 57. *Atque ille exclamat derepente maximum:* pro *maximum modum*, idque pro *maximum in modum.*

III. In ablativis quibusdam, ut (1) in ALIQUANTO, *etwas.* Nepos 10, 3, 3. *Aliquanto crudelior.* Plin. 21, 6. *Folio aliquanto latiore:* pro *aliquanto modo.*

(2) In CLANDESTINO, *geheim.* Plaut. Mil. Gl. 4, 1, 10. *Hoc negoti clandestino ut agerem, mandatur mihi.* Lucil. l. 26. *Clandestino tibi quod commissum foret:* pro *clandestino modo.*

(3) In GRATUITO, *frei.* Sallust. Hist. 1, 8. *Haud facile quisquam gratuito bonus est.* Sueton. Tib. 48. *Gratuito proponere pecuniam:* pro *gratuito modo.*

(4) In NEUTRO, *auf keine Seite.* Liv. 5, 26. *Praeliaque parva fieri, et teri tempus, neutro inclinata spe:* 24, 15. *Quatuor horis neutro inclinata est pugna:* pro *neutro modo.*

(5) In QUO, *wie.* Horat. Carm. 3, 10, 15. *Audis — quo nemus inter pulcra situm tecta remugiat ventis.* Ovid. A. A. 1, 285. *Myrrha patrem, sed non quo filia debet, amavit*, 745. *Hermionen Pylades, quo Pallada Phoebus amabat:* pro *quo modo*, vel *quo pacto:*

*Her. 18, 44. *Quo paterere* MODO: Met. 13, 214. *Quo simus dlendi armandique* MODO. Martial. 7, 34. *Quo possit fieri* MODO, *severe*, — *requiris?* Lucr. 6, 494. *Nunc age, quo* PACTO *pluvius concrescat* — *humor* — *expediam.* Tibull. 1, 7, 9. *Ipse miser docui, quo posset ludere* PACTO. Horat. Sat. 2, 7, 22. *Quo* PACTO, *pessime, laudas fortunam?*

(6) In TACITO, *stille.* Iustin. 18, 4, 9. *Fugam tacito molitur, assumptis quibusdam — in societatem:* pro *tacito modo.*

(7) In TUTO, *sicher.* Cic. Fam. 12, 2. *Nec mihi tuto in senatum venire licet:* de Fin. 2, 26, 82. *Quod sine ea tuto et sine metu vivi non posset:* pro *tuto modo.*

MONTES, *Berge*, in ALPICI, *der Alpen.* Nepos Hannib. 3, 4. *Alpicos, conantes prohibere transitum, concidit:* pro *Alpicos montes.* *Inscript. Vet. ap. Sponium Misc. p. 84. *Per* MONTES *Alpicos.* [sed *Alpici* in Nepotis loco sunt Alpium incolae, vel *Alpinos* legendum est cum Lambino. M. R.]

MORBUS, *Krankheit*, (1) in IMAGINOSUS, *eingebildet.* Catull. 42, 7. *Nec rogate qualis sit; solet haec imaginosum:* pro *imaginosum morbum*, scil. *pati.*

(2) In VETERNUS, *Schlafsucht.* Prudentius Apoth. 1073. *Quod truncavit edax senium populante veterno.* Plin. 8, 36. *Mirum in modum veterno pinguescunt:* pro *veterno morbo.* Catull. 17, 24. *Si potest — excitare veternum:* pro *veternum morbum.* Grat. Falisc. 477. *Quid dicam tussis, quid damna veterni:* scil. *morbi.* [Horat. Ep. 1, 8, 10. *Cur me funesto properent arcere veterno.*]

MOROR, *aufhalten*, in QUID ULTRA? *wozu länger?* Iuvenal. 6, 189. *Quid ultra? concumbunt Graece:* pro *quid ultra morer?* *Liv. 10, 28. *Quid ultra* MOROR?

MORS, *Tod*, I. in participio FUNCTUS, *verschieden.* Seneca Thyest. 749. *Utinam arcuisset, ne tegat functos humus:* pro *functos morte*, vel *fato:* Oed. 240. *Functi cineribus regis hoc decuit dari:* pro *functi morte*, vel *fato.* *Ovid. Met. 11, 519. *At dea non ultra pro functo* MORTE *rogari sustinet.* Quintil. 3, 7, 10. FATO *functus.*

II. In verbis quibusdam, ut (1) in OBIRE, *erleiden.* Pompon. Mela 2, 2, 25. *Alii redituras putant animas obeuntium:* pro *obeuntium mortem*, vel *letum*, vel *diem supremum.* Tacit. Ann. 2, 6, 1. *Multos illustrium Romanorum ob rempublicam obiisse mortem*, vel *diem supremum.* *Lucr. 4, 1014. *Multi* MORTEM *obeunt.* Terent. Andr. 1, 3, 18. *Is obiit* MORTEM. Lucr. 5, 1419. *Ut* LETUM *insidiis — obiret.* Nepos 1, 7, 6. *In vincula publica coniectus est, ibique* DIEM *obiit* SUPREMUM.

(2) In OCCUMBERE, *unterliegen.* Aurel. Vict. de Vir. Illustr. 45, 7. *Insidiis Hannibalis deceptus occubuit:* pro *occubuit morti*, vel *morte*, vel *mortem*, vel *neci.* Val. Flacc. 6, 126. *Dextra sed carae occumbere prolis:* pro *occumbere morti*, vel *mortem*, vel *neci.* *Vet. Inscript. ap. Fabrettum p. 702. *Me decuit* MORTI *prius occubuisse.* Virg. Aen. 2, 62. *Seu versare dolos, seu — occumbere* MORTI. Liv. 1, 7. *Cacus clava ictus* MORTE *occubuit.* Curt. 4, 15, 24. MORTEM *occumbere ducebant egregium.* Ovid. Met. 15, 497. *Crudelitate patris, sceleratae fraude novercae occubuisse* NECI. Sueton. Oct.

13. *Filius quoque — occubuisse* NECEM.

(3) In OPPETERE, *erleiden.* Virg. Aen. 1, 94. *O terque quaterque beati, quis — contigit oppetere:* pro *oppetere mortem*, vel *letum.* Auson. Parent. 6. *Ignaris fratribus oppetiit:* scil. *mortem*, vel *letum.* *Cic. de Div. 1, 18. *Aequius esse censuit se — oppetere* MORTEM. Curt. 7, 10, 5. *Tanta magnitudine animi oppetere* MORTEM. Seneca Tro. 398. *Turre de summa cadat Priami nepos Hectoreus, et* LETUM *oppetat.*

MORTUUS, *todt*, (1) in CADERE, *fallen.* Virg. Aen. 4, 620. *Sed cadat ante diem:* pro *cadat mortuus.* Ovid. Met. 14, 573. *Turnusque cadit:* scil. *mortuus.* Liv. 11, 46. *Aut propè te hic, Q. Fabi, dimicans cadam:* scil. *mortuus.*

(2) In ESSE NUPER, *neulich sein.* Cic. Att. 13, 6. *Saepe enim hic Spurius, qui nuper est, epistolas mihi pronuntiabat versiculis facetis:* pro *qui nuper est mortuus.*

MOS, *Sitte, Weise*, (1) in ANTIQUUS, *alt.* Plaut. Pseud. 4, 7, 102. *Uncti hi sunt senes, fricuri sese ex antiquo volunt:* pro *ex antiquo more.* Terent. Andr. 4, 5, 22. *Optime hospes pol, Crito, antiquum obtines:* pro *antiquum morem:* *Hec. 5, 4, 20. *Ac tu ecastor* MOREM *antiquum — obtines.*

(2) In BARBARUS, *fremd.* Tacit. Ann. 6, 42, 1. *In barbarum corrupta civitas.* Hist. 5, 2, 3. *Auctò in barbarum cognomento:* pro *in barbarum morem.* *Horat. Carm. 1, 27, 2. *Tollite barbarum* MOREM.

(3) In SOLITO, *gewöhnlich.* Juvenal. 6, 486. *Solitoque decentius optat ornari.* Ovid. A. A. 2, 411. *Blandior solito:* scil. *more.* *Virg. Aen. 7, 357. *Solito matrem de* MORE *locuta est.*

(4) In SUPERBUS, *stolz.* Terent. Eun. 5, 8, 36. *Non cognosco vestrum tam superbum:* scil. *morem*, wt Donatus observat.

MULTUM, *viel*, in REFERT, AN, *es ist darum gelegen, ob.* Martial. 8, 36. *Refert sis bonus, an velis videri:* pro *multum refert:* *9, 192. MULTUM, *crede mihi refert, an fonte bibatur, qui fluit, an pigro cui stapet unda lacu.* Colum. 7, 12, 2. *Nec* MULTUM *refert, an villatici* (canes) *corporibus graves, et parum veloces sint.*

MUNDUS, vel ORBIS, *Welt*, in UNIVERSUS, *die ganze.* Seneca N. Q. l. 1. Praef. p. 679. *Quum disco, quae universi materia sit:* pro *universi mundi*, vel *orbis:* *5. p. 766. *Non est illis a latere universi* MUNDI *impetus.* Curt. 10, 4, 15. *Tanquam conventum universi* ORBIS *acturus.*

MUNUS, *Amt*, in PRAECONIUM, *eines Ausrufers.* Plaut. Men. 5, 9, 93. *Mihi ut praeconium detis.* Cic. Fam. 6, 18. *Rescripsit, eos, qui facerent praeconium, vetari esse in decurionibus:* pro *praeconium munus.*

MUTUUS, *gleich*, in FACERE CUM, *thun mit.* Horat. Epist. 2, 1, 68. *Et sapit, et mecum facit:* scil. *mutuum.* *Plaut. Curc. 1, 1, 47. *Ea me deperit: ego autem cum illa facere nolo* MUTUUM.

N.

NARRO, *erzählen*, (1) in De, *von*. Cic. Att. 14, 7. *Is mihi de Mario et de republica alia quaedam sane pessima*: pro *is mihi narravit de Mario*: ibid. 12. *Male mehercule de Athamante*, scil. *narravit*. Val. Max. 9. *Quid de Mario?* scil. *narrabo*. * Cic. Att. 16, 14. *Male* NARRAS *de Nepotis filio*. Ovid. Her. 16, 181. *Quid tibi de turba* NARREM *numeroque virorum?*

(2) In Omnia, *alles*. Terent. Andr. 4, 4, 51. *Si pol Glycerio non omnia haec*: scil. *narratura sum*: * Hec. 5, 3, 33. *Rogat unde sit?* NARRO *omnia haec*.

(3) In Quorsum, *wozu*, cum accusativo. Cic. Off. 3, 16. *Quorsum haec?* scil. *narras*. Terent. Adelph. 1, 2, 20. *Quorsum istuc?* scil. *narras*, vel *dicis*, ut Donatus observat.

(4) In Tricas, *unnütze Sachen*. Plaut. Rud. 5, 2, 36. *Eloquere propere, celeriter. numos trecentos. tricas*: pro *tricas narras*: * Curc. 5, 2, 15. *Quas tu mihi tricas* NARRAS?

NATA, in Pro re, *nach der Lage der Dinge*. Virg. Aen. 4, 337. *Pro re pauca loquar*: pro *pro re nata*. * Cic. Att. 7, 8. *Et animadverteram posse, pro re* NATA, *te non incommode ad me in Albanum venire*.

NATALIS, *Geburts-*, in Dies, *Tag*. Martial. 4, 1. *Caesaris alma dies — longa precor, Pylioque veni numerosior aevo*: pro *dies natalis*. * Plaut. Curc. 5, 2, 56. *Quem ego tibi misi* NATALI *die*. Cic. Att. 9, 4. Natali *die tuo scripsisti epistolam ad me*.

NATU, *an Geburt*, in Maior, *älter*. Virg. Ecl. 5, 4. *Tu maior*: scil. *natu*. Horat. A. P. 566. *O maior iuvenum*: pro *o maior natu*. Aurel. Vict. Caes. 38, 2. *Misso ad munimentum Galliae maiore filio*: pro *maiore natu*. * Nepos 2, 2, 8. *Arcem sacerdotibus, paucisque maioribus* NATU — *tradunt*.

NATURA, *Antrieb*, in Suapte, *aus eignem*. Cic. Att. 6, 7. *Quintus filius suapte — reconciliavit*: pro *suapte natura*. [ubi alii *pie sane* pro *suapte* ediderunt. M. R.] * Tacit. Hist. 5, 6, 7. *Ater suapte* NATURA *liquor — innatat*. Cic. Tusc. *Tamen ipsae suapte* NATURA *enitent*.

NAVIGIUM, *Boot*, in Actuarium, Actuariolum, *Iacht*. Cic. Att. 10, 11. *Quid duro tempore anni actuariolo fore censes?* pro *actuariolo navigio*. * Caes. B. C. 1, 27. *Actuaria* NAVIGIA *reliquit*.

NAVIS, *Boot*, *Schiff*, in nominibus quibusdam, ut (1) in Actuaria, *Iacht*. Cic. Att. 5, 9. *Actuariis minutis Patras accedere non satis decorum*: pro *actuariis navibus*. * Hirtius B. Afr. 44. Navibus *actuariis — rostra imposuit*. Liv. 25, 30. *In hoc tumultu actuariae* NAVES *instructae*.

(2) In Biremis, triremis, quinqueremis, *zwei-*, *drei-*, *fünfrudrig*. Cic. Verr. 5, 20, 51. *Ne haec biremis adscriberetur*: pro *biremis navis*, vel *scapha*. Val. Max. 9, 15, 2. *Remo publicae triremis — affixus*: pro *triremis navis*. Caes. B. C. 3, 101. *Impetu facto in — quinqueremes*: pro *quinqueremes naves*. * Horat. Carm.

3, 29, 62. *Tum me biremis praesidio* SCAPHAE *tutum per Aegaeos tumultus aura feret.* Caes. B. C. 2, 6. *Conspicataeque* NAVES *triremes.* Nepos 2, 2, 8. *Addunt ad superiores totidem* NAVES *triremes.* Liv. 41, 9. *Decem quinqueremes* NAVES *si deducere ex navalibus vellet.*

(3) In CORBITA, *Handels- oder Last-Schiff.* Plaut. Poen. 3, 1, 4. *Tardiores, quam corbitae sunt in tranquillo mari:* pro *corbitae naves.* * Festus: *Corbitae dicuntur* NAVES *onerariae, quod in malo earum summo pro signo corbes solerent suspendi.* Lucil. Sat. L. 15. *Malus* NAVI *in corbita maximus ulla.*

(4) In LIBURNA, vel LIBURNICA, *ein schnell segelndes.* Plin. Ep. 6, 16. *Inbet liburnicam aptari:* scil. *navem.* Lucan. 3, 533. *Lunata fronte recedunt, ordine contentae gemino crevisse liburnae:* scil. *naves.*

(5) In ONERARIA, *Lastschiff.* Cic. Att. 10, 12. *In aliquam onerariam corrependum:* pro *onerariam navem:* * Verr. 1, 17, 46. *Eaque in onerariam* NAVEM *suam conicienda curavit.* Caes. Bell. Civ. 3, 101. *Onerarias* NAVES — *in Pomponianam classem immisit.*

II. In verbis quibusdam, ut (1) in ADPELLERE, *anlanden.* Horat. Sat. 1, 5, 12. *Huc adpelle:* scil. *navem,* vel *navigium,* vel *scapham.* * Val. Flacc. 1, 7. *Quum ad littus* NAVEM *adpulisset.* Curt. 4, 2, 24. *Contrà Tyrii* NAVIGIA *procul a conspectu hostium litori adpellunt:* 4, 2, 22. *Quum — adpellere* SCAPHAS *in expedito esset.*

(2) In ADPLICARE, *annähern.* Iustin. 2, 4, 2. *Quum Hercules ad littus Amazonum adplicuit:* scil. *navem,* vel *navigium.* Hirt. de Bell. Hisp. 37. *Qui imperati a Carteia profecti sine aqua fuissent, ad terram adplicant:* scil. *naves,* vel *navigia.* * Cic. Philipp. 2, 11, 26. *Si ille ad eam ripam* — NAVIM *adplicuisset.* Curt. 4, 5, 21. *Dum adplicant* NAVIGIA *crepidini portus, obiicitur a vigilibus claustrum.*

(3) In CONSCENDERE, *besteigen.* Ovid. Trist. 1, 2, 41. *Di bene, quod non sum mecum conscendere passus:* pro *conscendere navem.* Cic. Q. Fr. 2, 2. *Tu velim quam primum conscendas, ad meque venias:* pro *conscendas navem.* * Caes. B. C. 2, 4. *Non minore animo* — NAVES *conscendunt.* Iuvenal. Sat. 6, 98. *Durum est conscendere* NAVIM.

(4) In EGREDI, *aussteigen.* Caes. Bell. G. 4, 23. *Hunc ad egrediendum nequaquam idoneum arbitratus locum:* pro *egrediendum navi,* vel *e navi.* * Cic. Vatin. 12. *Egredi* E NAVI. Iustin. 2, 8, 3. *Egressi* NAVIBUS.

(5) In SOLVERE, *lösen, in die See stechen.* Cic. Fam. 16, 9. *Nos eo die coenati solvimus:* scil. *navem.* Caes. B. G. 4, 23. *Nactus idoneam ad navigandum tempestatem — solvit:* scil. *naves.* * Ovid. Her. 7, 9. *Certus es, Aenea, cum foedere solvere* NAVES. Plaut. Mil. Gl. 4, 4, 51. *Nisi eat, te solutum esse* NAVIM.

NE, *ob, dass nicht,* (1) in AN? *oder?* Ovid. Her. 6, 28. *Vivit? an, exclamo, me quoque fata trahent?* pro *vivitne?* Plin. Ep. 2, 8. *Studes? an piscaris? an venaris?* pro *studesne?* * Cic. Off. 1, 3. *Honestumne factu sit, an turpe, dubitant.* Plaut. Epid. 2, 1, 11. *Estne ea, an non?* Terent. Phorm. 2, 4, 5. *Vise, redieritne iam, an nondum, domum.*

(2) In CAVERE, *sich hüten.* Cic. Fam. 9, 24. *Cave existimes:* pro

ne existimes: de Fin. 2, 22, 71. *Cave quicquam putes esse verius:* pro *ne putes.* * Plaut. Merc. 5, 3, 2. *Cavi,* NE *quid facerem.* Terent. Eun. 4, 6, 13. *At enim cave,* NE — *amittas.*

(3) In VERERI, *fürchten.* Terent. Andr. 1, 4, 7. *Vereor, quid siet:* pro *ne quid.* * Cic. de Orat. 1, 55, 234. *Veritus es* —, NE *operam perdidisses.*

NECESSE, vel NECESSUM, *nothwendig,* in EST, *es ist,* cum infinitivo. Seneca N. Q. 6. p. 789. *Quibus ad cadendum male stantibus non erat impelli, sed agitari:* pro *erat necesse,* vel *necessum.* * Lucr. 1, 1048. *Quare etiam atque etiam suboriri multa* NECESSE *'st.* Mart. 6, 57. *Tonsorem capiti non est adhibere* NECESSUM.

NEGOTIA, *Geschäfte,* (1) in MILLIA, *tausend,* cum genitivo casu. Propert. 1, 5, 10. *Dare millia curarum:* pro *millia negotia curarum.*

(2) In OMNIA, *alles.* Mart. 5, 25. *Hermes omnia solus.* Fab. Append. 20, 5. *An recte frater omnia.* Ovid. Her. 12, 162. *Qui nobis omnia solus erat:* pro *omnia negotia.*

NEGOTIUM, *Sache, Geschäft,* in nominibus et dictionibus quibusdam, (1) in ACTUM EST, *es ist vorbei,* AGITUR, *es geschieht.* Terent. Andr. 3, 1, 7. *Quid ego audio? actum est, si quidem haec vera praedicat.* Plaut. Pseud. 1, 1, 63. *Actum hodie est de me.* Cic. Fam. 14, 3. *Nam si inveterarit, actum est:* pro *actum est negotium:* 4, 14. *Agiturque praeclare, si nosmet ipsos regere possumus:* pro *agiturque negotium:* Verr. 3, 29, 70. *Ut secum praeclare agi arbitrentur:* pro *agi negotium.*

(2) In COMPARATUM EST, *es ist eingerichtet.* Cic. pro Rosc. Am. 101. *Itaque more maiorum comparatum est, ut in minimis rebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent:* pro *comparatum est negotium.* Terent. Phorm. 1, 1, 7. *Quam inique comparatum est, hi qui minus habent, ut semper aliquid addant divitioribus:* pro *comparatum est negotium.*

(3) In EST, QUOD, *es giebt etwas, warum.* Terent. Andr. 2, 6, 17. *Est, quod succenset tibi:* Hecyr. 2, 2, 31. *Nam est, quod me transire ad forum iam oportet:* pro *est negotium, quod,* idque pro *est negotium, ob quod.*

(4) In EX FACILI, vel DE FACILI, vel IN FACILI, *leicht.* Firmic. 5, 6. *Tunc inimicos suos timeant, nam de facili quidem ab eis superabuntur:* pro *de facili negotio.* Colum. 6, 1. *Quae vitanda non ex facili dixerim:* pro *ex facili negotio.* Liv. 3, 8. *Et compulsos in cavas valles, quum exitus haud in facili essent, circumveniunt:* pro *in facili negotio.*

(5) In IN DIFFICILI, *schwer.* Scaevol. in l. Gallus D. de liber. et posthum. *Ille casus in difficili est, si filium habeas.* Liv. 3, 65. *Ut deprimat alium, in difficili est:* pro *in difficili negotio.*

(3) In MAGNUM EST, *es ist etwas Grosses,* cum infinitivo. Cic. Fam. 14, 3. *Eiicere nos magnum fuit:* pro Planc. 35, 86. *Decertare mihi ferro magnum fuit:* pro Rab. Post. 15, 41. *Ut aliena respicere magnum sit:* pro *magnum negotium:* [*Att. 5, 12. NEGOTIUM *magnum est navigare, atque id mense Quintili.*]

(7) In NIHIL CUM, *nichts mit.* Plaut. Cist. 3, 15. *Nihil mecum tibi:* pro *nihil negotii:* * Curc. 4,

1, 4. *Quanquam cum istoc mihi* NEGOTI *nihil est.*

(8) In QUANTUM EST? *wie viel ist es?* cum infinitivo. Ovid. A. A. 1, 328. *O quantum est uni posse placere viro.* Plaut. Pers. 4, 4, 46. *Quantum est adhibere hominem amicum, ubi quid geras!* pro *quantum est negotium.*

(9) In QUID? *was?* cum genitivo casu. Terent. Heaut. 4, 8, 7. *Quid hominis es?* Hec. 4, 4, 21. *Sed quid mulieris uxorem habes?* pro *quid negotium.*

(10) In QUID CUM? *was mit?* Plaut. Curc. 5, 3, 19. *Quid mecum est tibi?* Cic. pro Cluent. 172. *Quid huic cum Avito?* Ovid. Her. 6, 47. *Quid mihi cum Minyis?* pro *quid negotii*, vel *commercii.* *Titius ap. Macrobium Saturn. 2, 12. *Quid mihi* NEGOTII *est cum istis nugacibus.* Plaut. Cas. 1, 1, 9. *Quid tibi* NEGOTI *mecum est:* Aul. 4, 4, 4. *Quid tibi mecum est* COMMERCI *senex?*

(11) In QUID EST? *was ist?* Plaut. Aul. 2, 2, 65. *Quid tibi est?* pro *quid negotii:* *Most. 2, 2, 27. *Male hercle factum — quid est* NEGOTI?

(12) In QUO? *wozu?* Horat. Sat. 1, 3, 128. *Sutor tamen est sapiens: quo?* Virg. Ecl. 6, 23. *Quo vincula nectitis?* Aen. 2, 150. *Quo molem hanc immanis equi statuere?* pro *quo negotio.*

[(13) In INTEREA, PRAETEREA, POSTEA; in MORIS EST, PESSIMI EXEMPLI EST, OPIS NOSTRAE, Cic. Fam. 8, 12. *Non horum temporum, non hominum, et morum* NEGOTIUM *est.*]

NEMUS, *ein Hain*, (1) in AVIARIUM, *wo Vögel nisten.* Cic. Q. Fr. 3, 1, 1. *Nihil ei restabat praeter — aviarium:* scil. *nemus.* Virg. G. 2, 430. *Sanguineisque inculta rubent aviaria baccis:* pro *aviaria nemora*, ut Servius observat.

(2) In ELYSIUM, *im Elysium.* Val. Flacc. 1, 650. *Parens volet Elysium manesque piorum:* pro *Elysium nemus.* Mart. 7, 14. *Cuius in Elysio nigra columba volat:* *11, 7. *Elysium liceat si vacuare* NEMUS. Seneca Herc. F. 744. *Laeta —* NEMORIS *Elysii loca.*

(3) In LYCEUM, *vom Lyceus.* Ovid. Met. 2, 710. *Culti arbusta Lycei:* scil. *nemoris:* *8, 317. NEMORISQUE *decus Tegeaea Lycei.*

NERVI, *Nerven*, in CONTENDERE, *anstrengen, sein Aeusserstes thun.* Cic. Off. 3, 42. *Qui stadium currit, eniti et contendere debet quam maxime possit ut vincat:* pro *contendere nervos:* *Fam. 15, 14. *Ut omnes tuos* NERVOS *in eo contendas, ne quid mihi temporis prorogetur.*

NEX, *Tod*, in EXPONI, *ausgesetzt sein.* Plaut. Cas. Prol. 40. *Quum conspicatus est primo crepusculo puellam exponi:* scil. *ad necem:* Cist. 1, 3, 33. *Atque eam se servo illico dedisse exponendam:* scil. *ad necem:* *1, 3, 18. *Dat eam puellam ei servo exponendam* AD NECEM.

NOCTURNUS, *nächtlich*, in VISUS, *Erscheinung.* Iustin. 15, 4, 5. *Admirabilem fecit hunc visum — annulus, qui postera die — inventus est:* pro *visum nocturnum:* *1, 7, 1. *Quem iuxta* NOCTURNUM *visum ergastulo liberavit.*

NOMEN, *Namen*, *Vorwand*, (1) in FALSO, *falsch.* Plaut. Bacch. 3, 3, 70. *Neque tu me habebis falso suspectum:* pro *falso nomine.* *Phaedr. 1, 14, 16. *Et venditaret falso antidotum* NOMINE.

(2) In INDERE, *geben*, cum nomi-

ne proprio. Plaut. Capt. 5, 3, 7. *Paegnium vocitatu 'st, post vos indidistis Tyndaro:* pro *indidistis nomen Tyndaro.* [* Liv. 1, 34. *Egerio inditum* NOMEN. M. R.]

NON, *nicht*, (1) in AN, *ob*, (a) post DUBITO, *ich zweifle.* Nepos 8, 1, 1. *Dubito, an hunc primum omnium ponam:* pro *dubito, an non.* (b) post HAUD SCIO, *ich weiss nicht.* Terent. Heaut. 5, 2, 46. *Etiam haud scio, an uxorem ducat:* pro *an non uxorem:* Adelph. 4, 5, 33. *Qui infelix haud scio an illam misere nunc amet:* pro *an non illam.* Cic. Fam. 9, 15. *Est id quidem magnum, atque haud scio an maximum:* pro *an non maximum.* (c) post NESCIO, *ich weiss nicht.* Cic. Fam. 13, 1. *Sed quum illi non valde inimici sumus, nescio an ignoscendum sit huic, si tantopere laborat:* pro *an non ignoscendum sit.* Liv. 3, 60. *Quod si extemplo rem fortunae commisisset, nescio an magno detrimento certamen statutum fuerit:* pro *an non magno.* [cf. Zumpt §. 354.]

(2) In NON MODO, *nicht nur.* Iustin. 9, 2, 6. *Non modo officii pretia dederit.* Cic. pro A. Cluent. 63, 178. *Ad quem non modo verum crimen, sed ne ficta quidem suspicio perveniret:* Orat. pro Mil. 4, 11. *Quae non modo hominem occidi — vetat:* Att. 2, 1. *Non modo excitatum esse ad scribendum, sed etiam plane perterritum:* Off. 2, 13. *Non modo illi invidetur aetati, verum etiam favetur:* pro *non modo non:* * Cat. 1, 1, 3. *Quod ego non modo* NON *audiam, sed etiam non videam:* pro P. Sull. 2, 6. *Quod non modo* NON *occultari per se, sed etiam aperiri — deberet.*

NON MODO, vel NON SOLUM, *nicht nur*, ante SED, *aber.* Mart. 5, 6. *Parce: sumus Martis turba, sed et Veneris:* pro *sumus non modo*, vel *non solum Martis — sed.* Apul. Met. 10. *Nam et galeam — et scutum gerebam longius relucens, sed et lanceam:* pro *nam non modo*, vel *non solum — sed.* * Cic. Tusc. 3, 22, 53. *Ut —* NON MODO *leniatur aegritudo, sed in plerisque tollatur:* Fam. 12, 10. *Omnibus negotiis* NON *interfuit* SOLUM, *sed praefuit.*

NOS, *uns*, (1) in CONVERTERE, *neigen.* Plaut. Stich. 3, 1, 13. *In amicitiam atque in gratiam convortimus:* pro *convortimus nos.*

(2) In GRATULARI, *glückwünschen.* Quintil. Decl. 13. *Gratulemur quod iam nulla civitas fame laborat:* pro *gratulemur nobis.*

(3) In INSINUARE, *einschmeicheln.* Cic. 1 de Orat. 20, 90. *Quod ita nati essemus, ut et blandiri et suppliciter insinuare iis possemus, a quibus esset petendum:* pro *insinuare nos.*

NOX, *eine Nacht*, (1) in DARE, *geben.* Anthol. Vet. Lat. Epigr. T. 1. Ep. 20. p. 637. *Te dare posse negas:* pro *dare noctem.* Afranius Divortio. *Non desunt mihi, qui ultra dent:* scil. *noctem.* Mart. 4, 71. *Non dat, non tamen illa negat:* pro *dat noctem:* 3, 90. *Vult, non vult dare Galla mihi:* pro *dare noctem.* * Horat. Epod. 15, 13. *Non feret assiduas potiori te dare* NOCTES. Plaut. Asin. 3, 3, 146. NOCTEM *huius — sibi ut dares.*

(2) In NEGARE, *abschlagen.* Nemesian. Ecl. 4, 18. *Tandem dura negas?* pro *negas noctem*, vel *amplexum.* Ausonius 16, 12. *Patri negavi iam tuo:* pro *negavi noctem*, vel *amplexum.* Tibull. 1, 4, 11. *Sed ne te capiant primo, si forte negabit, taedia:* pro *ne-*

gabit noctem, vel *amplexum.* *Calpurn. Ecl. 1, 13. *Nam mea Leuce dum negat* AMPLEXUS, *nocturnaque gaudia nobis.*

(3) In VERGIT DIES, *der Tag nimmt ab.* Sueton. Othon. 7. *Die iam vergente ingressus senatum:* pro *vergente in noctem.* *Seneca Thyest. 798. *Nondum* IN NOCTEM *vergente die.*

NUMERUS, *Zahl*, in PLUS EO, *mehr als diese.* Terent. Heaut. 1, 1, 10. *Annos sexaginta natus es, aut plus eo.* [ubi Bentleius *eo* delevit. M. R.] Hec. 3, 4, 7. *Dies triginta, aut plus eo, in navi fui:* pro *plus eo numero.*

NUMISMATA, *Geldstücke*, (1) in DENARIA, *zehn.* Plaut. Rud. 5, 2, 27. *Centum denaria Philippea:* pro *denaria numismata.* Gell. 1, 9. *Mille denarium in arca est:* pro *denarium numismatum.*

(2) In SESTERTIA, *Sestertien.* Mart. 10, 75, 3. *Annus abit, bis quina dabis sestertia, dixit:* pro *sestertia numismata.*

NUMARIA, *Geld-*, in RATIO, *Geschäft.* Cic. pro P. Sulla 20, 56. *Magna ratione cum Mauritaniae rege contracta:* pro *ratione numaria:* *Att. 10, 13. *Illa de ratione* NUMARIA *non sunt eiusmodi.*

NUMUS, vel NUMMUS, *ein Geldstück*, (1) in AUREUS, et AUREOLUS, *von Gold.* Mart. 5, 2. *Qui crepat aureolos, forsitan unus erit:* pro *aureolos numos.* Plin. 35, 10. *Tabulae pretium accepit aureos mensura:* pro *aureos numos.* *Lactant. 1, 11. *Aureos* NUMOS — *in sinu eius infudit.*

(2) In DENARIA, *von zehn.* Cic. Off. 3, 23. *An emat denario, quod sit mille denarium:* pro *denario numo.* *Liv. 8, 11. *Pendere denarios* NUMOS.

(3) In MILLIA, *tausend.* Iuvenal. 5, 60. *Nescit tot millibus emptus pauperibus miscere puer:* pro *millibus numum*, vel *numorum.* *Apul. Met. 6. *Poena decem millium* NUMUM. Horat. Epist. 2, 2, 5. *Fiet eritque tuus* NUMORUM *millibus octo.*

(4) In PHILIPPEI, *des Philipp.* Plaut. Amph. 4, 4, 42. *Quot Philippei? — duo millia:* pro *Philippei numi:* Poen. 3, 1, 55. *Trecentos Philippeos — dederis:* pro *Philippeos numos:* *Asin. 1, 3. NUMIS *Philippeis — non potest auferre hinc a me:* Bacch. 4, 8, 41. *Ducentos* NUMOS *Philippeos dabin?*

(5) In QUADRIGATI, *mit dem Gepräge eines Wagens mit 4 Pferden*, et in BIGATI, *mit einem Wagen mit 2 Pferden darauf.* Plin. 33, 3. *Nota argenti fuere bigae atque quadrigae, et inde bigati, quadrigatique dicti:* pro *bigati, quadrigatique numi.* Liv. 23, 15. *Equum eximium dono dat, bigatosque quingentos quaestorem numerare iubet:* pro *bigatosque numos.*

NUNTIO, *melden*, in IMMO QUOD, *ja, und dass.* Terent. Hec. 3, 4, 23. *Quid vis dicam? an conveniam modo? Immo, quod constitui me hodie conventurum eum:* pro *immo nuntia, quod*, ut Donatus observat.

NUNTIUM, *Bothschaft*, in AFFERRE, AFFERRI, *bringen.* Liv. 4, 55. *Volscos exiisse praedatum affertur:* pro *affertur nuntium.* Tacit. Ann. 13, 41, 2. *Postquam exploratores attulere, longinquum regis iter — incertum:* pro *attulere nuntium.* *Cic. Rosc.

Am. 7, 19. *Non modo ut* — NUNTIUM — *afferret.*

NUPTIAE, *Hochzeit*, in ADORNARE, *anordnen.* Terent. Eun. 3, 5, 34. *Continuo — adornant:* scil. *nuptias.* [sed ibi nihil de nuptiis est, adornant puellam ad lavationem; omninoque talis ellipsis non potest cogitari. M. R.] *Plaut. Aul. 2, 1, 35. NUPTIAS *adorna.*

NUPTUS, TUS, *Ehe*, (1) in COLLOCARE, *geben.* Cic. Bruto 98. *Cuius Caio filio filiam suam collocaverat*, scil. *nuptui*, vel *nuptum*, vel *in matrimonium.* Nepos Att. 19, 4. *Nata est autem Attico neptis ex Agrippa, cui virginem filiam collocarat:* scil. *nuptui*, vel *nuptum*, vel *in matrimonium.* *Colum. 4, 3, *Minorem deinde filiam* NUPTUI *collocasse.* Caes. B. G. 1, 18. *Sororem ex matre, et propinquas suas* NUPTUM — *collocasse.* Cic. de Divin. 1, 46, 104. *Quum vellet sororis suae filiam* IN MATRIMONIUM *collocare.*

(2) In LOCARE, *geben.* Plaut. Aul. 2, 2, 16. *Neque eam queo locare cuiquam:* pro *locare nuptum*, vel *in matrimonium.* Terent. Phorm. 4, 3, 40. *Quid si filiam suam unicam locaret:* scil. *nuptum*, vel *in matrimonium:* *5, 1, 26. *Ut potui* NUPTUM *virginem locavi huic adolescenti.* Plaut. Trin. 3, 3, 52. *Ubi erit locata virgo* IN MATRIMONIUM.

NUSQUAM, *nirgends*, post UBI? *wo?* Cic. Verr. 1, 33, 83. *Ubi hos persequeris? ubi accusas? ubi defendis ius nomenque legati?* pro *ubi? — nusquam*, ut Asconius observat.

NUX, *Nuss*, (1) in AVELLANA, vel ABELLANA, *Lambertsnuss.* Plin. 37, 4. *Avellanae nucleo similis.* *Scribon. 167. NUCIS *abellanae tuberculo sumitur.* Colum. 5, 10, 14. *Avellanae* NUCIS *magnitudine.*

(2) In CASTANEA, *Castanie.* Virg. Ecl. 1, 81. *Sunt nobis mitia poma, castaneae molles:* pro *castaneae nuces:* *Ecl. 2, 51. *Ipse ego cana legam — mala castaneasque* NUCES.

(3) In IUGLANS, *Wallnuss.* Cic. Tusc. 5, 20, 58. *Instituitque ut cadentibus iuglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent:* pro *iuglandium nucum.* *Plin. 23, 8. *Sunt autem recentes* NUCES *iuglandes iucundiores.*

(4) In PINEA, *Zirbelnuss.* Colum. 5, 10, 14. *Eodem tempore iuglandem, et pineam, et castaneam serere oportet:* pro *pineam nucem.* *Mart. 13, 25. NUCES *pineae.*

O.

O

O! ante casus accusativos quosdam. Plaut. Truc. *Nihili me!* Terent. Heaut. 3, 2, 19. *Hominem pistrino dignum!* Adelph. 3, 3, 14. *Hominis stultitiam!*

O

Eun. 3, 1, 28. *Hominem perditum!* pro *o hominem*, ut Donatus observat: *4, 4, 41. O *scelestum atque audacem!* Phorm. 2, 3, 13. O *audaciam!*

OB, vel PROPTER, *wegen*, I. in nominibus et dictionibus quibusdam, ut (1) in EAM REM, *diese Sache*. Plaut. Aul. 2, 2, 24. *Nunc hic eam rem volt, scio, mecum adire ad pactionem:* pro *ob eam rem:* *Mil. 4, 2, 42. OB *eam rem huc ad me missa est.* Terent. Hec. Prol. pr. 6. OB *eam rem noluit iterum referre, ut iterum possit vendere.*

(2) In HOC, *diese Sache*. Horat. Sat. 1, 9, 7. *Pluris hoc, inquam, mihi eris:* 1, 10, 17. *Hoc sunt imitandi.* Propert. 4, 4, 19. *Hoc unum iusso non moritura die:* pro *ob hoc.* *Horat. A. P. 393. *Dictus* OB *hoc lenire tigres rabidosque leones.*

(3) In ID, *dies*. Plaut. Mil. Gl. 4, 4, 22. *Id nos ad te, tu si quid velles, venimus.* Terent. Andr. 1, 1, 130. *Et nunc id operam do:* pro *propter id*, ut Donatus observat: 3, 3, 3. *Id viso:* pro *ob id*, ut idem animadvertit.

(4) In QUID? *warum?* Phaedr. 1, 9, 5. *Quid ita cessarunt pedes?* Cic. Fam. 4, 1. *Trebatio mandavi, ut si quid tu eum velles ad me mittere, ne recusaret:* Terent. Heaut. 4, 1, 7. *Nescio, quid tristis est:* pro *ob quid*, vel *propter quid*, ut Donatus observat.

(5) In QUOD, *weshalb*. Plaut. Men. 4, 3, 3. *Scin quid est, quod ego ad te venio?* pro *quid est, ob quod*, vel *propter quod:* Epid. 3, 4, 20. *Ut, quod ego ad te venio, intelligas.* Virg. Aen. 2, 664. *Hoc erat, — quod me per tela, per ignes eripis?* Terent. Andr. 1, 5, 54. *Quod ego te per dextram hanc oro:* pro *propter quod*, ut Donatus observat.

II. In verbis quibusdam cum accusativo casu, ut (1) in ACCUSARI, *beschuldigt werden*. Terent. Heaut. 2, 3, 111. *Ne quid accusandus sis, vide:* pro *ob quid*, vel *propter quid*, ut Donatus observat.

(2) In DEMORI, *sterbens verliebt sein*. Plaut. Mil. Gl. 4, 1, 23. *Ea demoritur te:* 4, 2, 48. *Non me dico, sed heram meam, quae te demoritur:* pro *ob te*, vel *propter te.*

(3) In DEPERIRE, *verzweifelt lieben*. Plaut. Curc. 1, 1, 46. *Ea me deperit, ego autem cum illa nolo facere mutuum:* pro *ob me*, vel *propter me:* Cist. 1, 2, 12. *Is amore misere hanc deperit.* Terent. Heaut. 3, 2, 14. *Minimeque miror, Clinia hanc si deperit:* pro *ob hanc*, vel *propter hanc.*

[(4) In DOLERE, *schmerzen*. Cic. pro Deiot. 1. *Non tam afflictam regiam conditionem dolebam:* pro *ob*, vel *propter*.] [Dicitur potius *dolere de*, ut Cic. Att. 12, 1. *de febricula dolui:* vel *pro*, Seneca Cons. ad Helv. fin. *pro te dolet.* M. R.]

(5) In EXCRUCIARI, *gequält sein*. Plaut. Epid. 2, 2, 8. *Id ego excrucior:* pro *ob id*, vel *propter id:* Most. 2, 1, 8. *Qui hodie sese excruciari meam vicem possit pati:* pro *ob meam*, vel *propter meam.*

(6) In FURERE, *wüthen*. Liv. 8, 31. *Et nunc id furere, id aegre pati:* pro *ob id*, vel *propter id.*

(7) In GAUDERE, *sich freuen*. Ovid. Her. 21, 115. *Improbe quid gaudes?* pro *ob quid*, vel *propter quid.* Terent. Andr. 2, 2, 25. *Iam id gaudeo:* pro *ob id*, vel *propter id.*

(8) In GEMERE, *stöhnen*. Ovid. Met. 13, 483. *Teque gemunt, virgo:* pro *ob*, vel *propter teque.* Phaedr. 5, 1, 6. *Tacite gementes tristem fortunae vicem:* pro *ob*, vel *propter tristem — vicem.* Val. Flacc. 1, 530. *Et umborum gemuit Saturnia questus:* pro *ob*, vel *propter questus.*

(9) In GESTIRE, *Freude zeigen*. Terent. Eun. 3, 5, 6. *Rogitando*

obtundat — quid gestiam: pro *ob*, vel *propter quid:* 3, 5, 10. *Chaerea, quid est, quod sic gestis:* pro *ob*, vel *propter quod.*

(10) In Gravari, *unzufrieden sein.* Quintil. 1, 1, 11. *Quae si quis gravabitur, non rationi defuerit, sed oneri:* pro *ob*, vel *propter quae.* Sueton. Aug. 72. *Ampla et operosa praetoria gravabatur:* pro *ob*, vel *propter ampla — praetoria.*

(11) In Ingemere, *aufseufzen.* Stat. Theb. 9, 2. *Ipsi etiam minus ingemuere iacentem — virum:* pro *ob*, vel *propter iacentem.* Seneca Herc. Oet. 1785. *Quicunque caesos ingemunt gnati patres:* pro *ob*, vel *propter caesos — patres.*

(12) In Invidere, *beneiden.* Nepos 8, 4, 2. *Nolite — mihi dare, quod multi invideant:* pro *ob*, vel *propter quod.* Val. Flacc. 5, 508. *Tu modo ne claros Minyis invideris actus:* pro *ob*, vel *propter claros — actus.* Liv. 2, 40. *Non invideruntlaudes suas mulieribus viri Romani:* pro *ob*, vel *propter laudes.*

(13) In Lacrimare, *weinen.* Seneca Troad. 926. *Quantum est, Helena quod lacrimat, malum!* pro *propter quod.* Nepos 7, 6, 4. *Ut nemo tam ferus fuerit, quin eius casum lacrimarit:* pro *ob*, vel *propter eius casum.* Terent. Eun. 5, 1, 13. *Num id lacrumat virgo?* pro *propter id*, vel *ob id*, ut Donatus observat.

(14) In Laetari, *sich freuen.* Seneca Agam. 579. *Utrumne doleam, laeter an reducem virum?* pro *ob*, vel *propter reducem virum.* Cic. Fam. 7, 1. *Utrumque laetor, et sine dolore corporis te fuisse, et animo valuisse:* pro *ob*, vel *propter utrumque.*

(15) In Miseret, *es dauert mich.* Terent. Heaut. 2, 5, 1. *Menedemi vicem miseret me:* pro *ob*, vel *propter vicem.*

(16) In Moerere, *trauern.* Cic. Fam. 14, 2. *Sed moeres casum eiusmodi:* pro *ob*, vel *propter casum:* Tusc. 1, 103. *At illa sicut acerbissimam rem moeret:* pro *ob*, vel *propter acerbissimam rem.* Seneca Herc. Oet. 763. *Non sola Herculem miseranda moeres:* pro *ob*, vel *propter Herculem.*

(17) In Pavere, *befürchten.* Terent. Andr. 2, 2, 12. *Id paves, ne ducas tu illam:* pro *propter id*, vel *ob id*, ut Donatus observat. Val. Flacc. 4, 416. *Atque ipsa imperium Iuno pavet:* pro *ob*, vel *propter imperium:* 8, 448. *Talemque iugis se virgo ferebat cuncta pavens:* pro *ob*, vel *propter cuncta.*

(18) In Percruciari, *sich quälen.* Plaut. Bacch. 5, 1, 13. *Hoc est demum, quod percrucior:* pro *ob*, vel *propter quod.*

(19) In Perire, *sterbens lieben.* Plaut. Curc. Argum. 7. *Ipsus sororem, quam peribat, repperit:* pro *ob*, vel *propter quam:* Truc. Perioch. 1. *Tres unam pereunt adolescentes mulierem:* pro *ob*, vel *propter unam.*

(20) In Stomachari, *sich ärgern.* Terent. Eun. 2, 3, 32. *Id equidem adveniens mecum stomachabar modo:* pro *ob*, vel *propter id.* Cic. Att. 14, 21. *Stomachor omnia:* pro *ob*, vel *propter omnia.* *Horat. Epist. 1, 1, 104. *Et prave sectum stomacheris* ob *unguem.*

(21) In Succensere, *zürnen.* Plaut. Pers. 3, 3, 26. *Id tibi succensui.* Terent. Andr. 2, 3, 2. *Si id succenseat nunc:* pro *ob id*, vel *propter id*, ut Donatus observat: 2, 6, 17. *Est, quod succenset tibi:* pro *ob*, vel *propter quod.*

(22) In Trepidare, *zittern.* Pers. 3, 88. *Nescio quid trepidat mihi*

pectus: pro *ob*, vel *propter quid.* Seneca Herc. Oet. 1058. *Nec damae trepidant lupos:* pro *ob*, vel *propter lupos.*

OBEO, *erleiden*, in EXSILIUM, *Verbannung.* Virg. Aen. 2, 780. *Longa tibi exsilia, et vastum maris aequor arandum:* pro *exsilia obeunda*, ut Servius observat.

OBIURGO, *tadeln*, in TU? *du?* cum accusativo casu. Terent. Andr. 1, 1, 122. *Non tu ibi gnatum?* pro *gnatum obiurgasti*, ut Donatus observat.

OBSECRO, ORO, PRECOR, QUAESO, ROGO, TESTOR, *bitten*, *beschwören*, in NE, *dass nicht.* Tacit. Hist. 4, 58, 8. *Ne hoc prodigium toto terrarum orbe vulgetur:* pro *obsecro ne.* *Plaut. Cist. 2, 3, 25. *Anus ei amplexa est genua, plorans*, OBSECRANS, *ne deserat se.*

(2) In PER, *bei.* Cic. Fam. 14, 1. *Per fortunas miseras nostras, vide, ne puerum perditum perdamus:* Att. 3, 20. *Per fortunas, incumbe, ut facis.* Virg. Aen. 4, 314. *Per ego has lacrimas, dextramque tuam te:* scil. *obsecro, oro, precor, quaeso, rogo*, vel *testor.* *Horat. Ep. 1, 7, 94. *Quod te per genium, dextramque, deosque penates* OBSECRO. Terent. Andr. 3, 3, 6. *Per ego te deos* ORO, *et nostram amicitiam.* Liv. 23, 9. *Per ego te, inquit, fili* — PRECOR. Cic. Catil. 4, 1. *Sed eam* (voluntatem) *per deos immortales* QUAESO, *deponite.* Inscr. ap. Fabrett. 498. ROGO *per superos, qui estis, ossa mea tueatis.* Virg. Aen. 3, 599. *Per sidera* TESTOR, *per superos, atque hoc spirabile lumen.*

(3) In VESTRAM FIDEM, *euren Schutz.* Terent. Andr. 4, 3, 1. *Di vestram fidem:* scil. *obsecro.* *Plaut. Amph. 5, 1, 78. *Di* OBSECRO *vestram fidem.*

[(4) In PROH DEUM ATQUE HOMINUM FIDEM, *der Götter und Menschen Schutz.* *Liv. 3, 45. *Omnes deum hominumque* IMPLORABIMUS *fidem.*]

(5) In UT, *dass.* Plaut. Asin. 1, 1, 6. *Ut tibi superstes aetatem siet:* Merc. 4, 3, 11. *Ut omnes te Demipho di perduint:* Pseud. 2, 1, 1. *Proh Iuppiter, ut mihi, quicquid ago, lepide omnia prospereque eveniant.* Catull. Coma Berenic. 137. *Iuppiter, ut Chalybum omne genus pereat.* Horat. Serm. 2, 1, 43. *Iuppiter, ut pereat positum robigine telum:* pro *obsecro ut*, vel *precor ut.* *Plaut. Men. 5, 7, 18. OBSECRO *te, — operam ut des mihi.* Liv. 5, 21. *Te* PRECOR, *ut nos victores in nostram urbem sequare.*

OCULI, *Augen*, in nominibus quibusdam, ut (1) in ACIES, *die Schärfe.* Ovid. Her. 18, 32. *Aut acies nostra videre putat:* pro *acies oculorum.* Cic. Tusc. 1, 22, 50. *An tanta sit eius tenuitas, ut fugiat aciem.* Virg. Aen. 4, 643. *Volvens aciem:* scil. *oculorum.* *Plin. 20, 4. *Excitare aciem* OCULORUM. Cic. Fin. 4, 24, 65. *Hebes est — acies* OCULORUM. Lucr. 1, 325. *Nulla potest* OCULORUM *acies contenta tueri.* Seneca 3 de Benef. p. 298. *Qui caret acie* OCULORUM.

(2) In LIMI, LIMULI, *schief, schielend.* Plaut. Bacch. 5, 2, 12. *Viden' limulis ut, obsecro, intuentur:* pro *limulis oculis.* Terent. Eun. 3, 5, 53. *Ego limis specto.* Horat. Serm. 2, 5, 53. *Sic tamen, ut limis rapias:* pro *limis oculis*, vel *ocellis.* *Ovid. Amor. 3, 1, 33. *Altera, si memini, limis subrisit* OCELLIS. Plaut. Mil. Gl. 4, 6, 2. *Adspicito limis* OCULIS. Quintil.

11, 3. *Venereï appellati sunt limi* OCULI.

(3) In LUMINA, *Lichter*. Ovid. Met. 1, 714. *Adoperta lumina somno*. Virg. Aen. 5, 847. *Cui vix attollens Palinurus lumina fatur*. Stat. Theb. 2, 31. *Ni deus — domuisset lumina somno*: pro *lumina oculorum*. *Nepos 20, 4, 1. *Sine ullo morbo lumina* OCULORUM *amisit*. Lucr. 4, 823. *Lumina ne facias* OCULORUM *clara creata, prospicere ut possimus*.

(4) In TORVI, *düster*. Ovid. Met. 6, 34. *Adspicit hanc torvis*: scil. *oculis*: *5, 92. *Ille tuens* OCULIS *immitem Phinea torvis*.

II. In verbis quibusdam, ut (1) in ADVERTERE, *hinwenden*. Tacit. Ann. 3, 52, 2. *Fecerant curam ne princeps antiquae parcimoniae durius adverteret*: scil. *oculos*. *Plin. Paneg. 34, 2. *Auxerat hoc malum principum avaritia: advertisti* OCULOS.

(2) In AVERTERE, *wegwenden*. Gell. 1, 8. *Expavidus Demosthenes avertit*: 4, 18. *Id quum dixisset, avertit*: pro *avertit oculos*, vel *caput*, vel *ora*. *Aurel. Victor Epit. 1, 20. *Quum quidam miles* OCULOS *averteret*. Phaedr. 4, 11, 5. *Veniente Pluto — avertit* OCULOS. Seneca Herc. Oet. 261. *Quo viso Hercules avertat* OCULOS: Oed. 1011. *Quo avertis* CAPUT? Hipp. 886. *Quidnam* ORA — *avertis?*

(3) In CERNERE, *erblicken*. Anthol. Vet. Lat. T. I. p. 72. Epigr. 69, 37. *Cernere iam videor, quanta mercede cruoris constabit Paridi*. Sidon. Apollinar. Carm. 22. p. 367. *Cernere iam videor — futura*. Calpurn. Ecl. 7, 64. *Nobis silvestria cernere monstra contigit*: pro *cernere oculis*. *Cic. pro Cluent. 66. *Quae — sic aperiam, ut ea cernere* OCULIS *videamini*: Tusc. 1, 29, 46. *Nos enim ne nunc quidem* OCULIS *cernimus ea, quae videmus*. Nepos 20, 2, 2. *Ut non solum auribus acciperetur, sed etiam* OCULIS *cerneretur*. Lucr. 1, 269. *Quod nequeunt* OCULIS *rerum primordia cerni*.

(4) In CLODERE, *schliessen*. Plin. 18, 33. *Clodunt ita, lippiuntve ab afflatu, et alvo cita pereunt*: pro *clodunt oculos*.

(5) In LUSTRARE, PERLUSTARE, *genau betrachten*. Virg. Aen. 1, 453. *Dum lustrat singula*. Val. Flacc. 6, 576. *Singula dum magni lustrat certamina belli*: pro *lustrat oculis*. Phaedr. 4, 23, 5. *Templa perlustro omnia*: pro *perlustro oculis*. *Seneca Herc. Oet. 1646. *Ac suis* OCULIS *rogum lustravit omnem*. Lucan. 7, 795. *Et lustrare* OCULIS *campos sub clade latentes*. Liv. 25, 9. *Ut discurrerent circa vias, perlustrarentque omnia* OCULIS, *ne quis falleret*. Curt. 6, 5, 29. *Habitum eius* — OCULIS *perlustrans*. Sil. Ital. 7, 537. *Perlustrans campos* OCULIS.

(6) In TENDERE, *halten*. Lucr. 4, 326. *Sol etiam caecat, contra si tendere pergas*: pro *tendere oculos*. *Virg. Aen. 5, 508. OCULOS *pariter — tetendit*.

OFFICINA, *Arbeitshaus, Werkstätte*, (1) in CARBONARIA, *eines Koklenbrenners*. Tertull. de Carne Christi 6. *De calcaria in carbonariam*: scil. *officinam descendere*.

(2) In FIGLINA, *eines Töpfers*. Plin. 7, 56. *Figlinas Choroebus Atheniensis invenit*: pro *figlinas officinas*.

(3) In LATERARIA, *eine Ziegelhütte*. Plin. 7, 56. *Laterarias ac domos constituerunt primi Euryalus et Hyperbius fratres Athenis*: pro *laterarias officinas*. [ubi tamen coniunctionem

ac delendam credam, ita ut nihil desit. M. R.]

(4) In PICARIA, *eine Pechgrube.* Cic. Brut. 22, 85. *Quae picarias de P. Cornelio et L. Mummio Censoribus redemisset:* pro *picarias officinas.*

(5) In TEXTRINA, *Weberhaus.* Cic. Verr. 4, 26, 58. *Nulla domus in Sicilia locuples fuit, ubi iste non textrinam instituerit:* pro *textrinam officinam.*

OFFICIUM, *Pflicht, Amt,* I. in SUPREMUM, *letzte.* Virg. Aen. 6, 213. *Et cineri ingrato suprema ferebant.* Tacit. Ann. 1, 61, 1. *Igitur cupido Caesarem invadit solvendi suprema militibus ducique:* pro *suprema officia.* * Curt. 3, 12, 11. *Functas supremo in regem* OFFICIO *se impigre morituras.* Seneca Troad. 760. *Dum* OFFICIUM *parens gnato supremum reddo.* Curt. 3, 12, 14. *Adparatum funerum, quo Persae suprema* OFFICIA *celebrarent, invidiosum fore existimans.* Tacit. Ann. 5, 2, 1. *Quod supremis in matrem* OFFICIIS *defuisset.*

II. In EST, *es ist,* (1) cum genitivo casu. Plaut. Most. 1, 3, 33. *Matronae, non meretricum est, uni inservire amanti.* Cic. Verr. 6, 34. *Boni iudicis est facere coniecturam:* de Fin. 3, 17, 57. *Hominis ingenui est bene velle:* pro *est officium,* vel *munus:* pro Lege Manil. 7, 18. *Erit igitur humanitatis vestrae, magnum eorum civium numerum calamitate prohibere:* pro *erit officium,* vel *munus.* * Plaut. Cas. 3, 3, 22. *Non matronarum est* OFFICIUM, *sed meretricum, viris alienis, mi vir, subblandirier.* Cic. de Orat. 138. *Oratoris* OFFICIUM *est dicere:* pro Mil. 22. *Principum* MUNUS *est resistere levitati multitudinis.*

(2) In EST, *es ist,* MEUM, *mein,* NOSTRUM, *unser,* TUUM, *dein,* VESTRUM, *euer.* Plaut. Pseud. 1, 5, 68. *Meum est negare.* Cic. Att. 5, 13. *Et si intelligis, quam meum sit scire et curare, quid in re publica fiat:* pro *meum officium.* Terent. Andr. 4, 1, 54. *Tuum est mi ignoscere:* pro *tuum officium.* Ovid. Fast. 4, 889. *Vestrum est dare, vincere nostrum:* pro *vestrum officium, nostrum officium.* * Cic. Att. 6, 5. *Tamen esse* OFFICIUM *meum putavi, exercitum habere.* Terent. Andr. 1, 1, 141. *Nunc tuum est* OFFICIUM, *has bene ut adsimules nuptias.*

OLEUM, *Oel,* in OLIVUM, *von Oliven.* Horat. Serm. 1, 6, 123. *Ungor olivo.* Pers. 2, 64. *Haec sibi corrupto casiam dissolvit olivo:* scil. *oleo.*

OLLA, *Topf,* (1) in ANGULARIS, *eckig.* Apic. 5, 3. *Angularem accipies:* 7, 4. *In angularem refundis:* pro *angularem ollam.*

(2) In AQUALIS, *zum Wasser.* Plaut. Mil. Gl. 3, 2, 39. *Ibi erat bilibris aqualis — eam plenam — fieri — vidi:* pro *aqualis olla.*

(3) In CALDARIA, *ein Kessel.* Apul. Herb. c. 69. n. 4. *In caldaria decoquere:* pro *caldaria olla.*

OMNIA, *Alles,* I. in RECTE, *recht.* Terent. Hec. 3, 2, 20. *Recte, mater:* Heaut. 3, 2, 7. *Recte equidem:* [ubi cf. Bentleius.] Andr. 4, 5, 9. *Satine recte?* Plaut. Merc. 2, 3, 33. *Recte, pater:* pro *recte omnia.* * Fab. Append. 20, 5. *An recte frater* OMNIA? Quintil. Instit. 6, 3. *Cicero quum Ovinium libertum Vatinii interrogasset,*

rectene OMNIA? *dicenti recte, mortuus est? inquit.*

II. In verbis quibusdam, ut (1) in DESCENDERE, *sich herablassen.* Cic. Verr. 1, 177. *Placet mihi ista defensio, descendo:* scil. *ad omnia.* *Caes. B. C. 1, 9. *Sed tamen* AD OMNIA *se descendere paratum, atque pati rei publicae causa.*

(2) In MISCERE, *in Unordnung bringen.* Cic. Q. Fr. 3, 9. *Pompeius abest, Appius miscet:* scil. *omnia.* *Cic. Fam. *Quibus ille septus* OMNIA *misceret, sibi viveret:* pro Rosc. Am. 32, 91. *Qui, tanquam si offusa rei publicae sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris,* OMNIAQUE *miscebant.*

(3) In PARARE, *bereiten.* Terent. Eun. 3, 2, 46. *Abi prae, cura ut sint domi parata:* Adelph. 5, 3, 1. *Parata a nobis sunt, ita ut dixi, Sostrata:* pro *parata omnia.*

OMNIS, *Alle, ein Ieder,* (1) in AD UNUM, *insgesammt.* Virg. Aen. 5, 687. *Si nondum exosus ad unum Troianos.* Curt. 7, 5, 32. *Ipsosque ad unum caedere:* pro *omnes ad unum,* vel *ad unum omnes:* *4, 1, 33. *Ad unum* OMNES *cum ipso duce occisi sunt.* Cic. de Divin. 23, 86. *De amicitia vero* OMNES *ad unum idem sentiunt:* Fam. 12, 14. *Onerariae* OMNES *ad unam a nobis sunt exceptae.*

(2) In ANTE ALIOS, *vor allen.* Ovid. Met. 10, 167. *Te meus ante alios genitor dilexit.* Virg. Aen. 11, 537. *Cara mihi ante alias:* scil. *omnes:* 416. *Ante alios fortunatus:* *1, 347. *Pygmalion scelere ante alios immanior* OMNES: 4, 141. *Ipse ante alios pulcerrimus* OMNES.

(3) In IN AEVUM, vel PER AEVUM, *auf immer.* Horat. Carm. 4, 14, 3. *Virtutes in aevum — aeternet:* pro *in omne aevum.* Propert. 4, 2, 55. *Sed facias divum sator, ut Romana per aevum transeat ante meos turba togata pedes:* pro *per omne aevum.* *Horat. Carm. 3, 11, 35. *In* OMNE *virgo nobilis aevum.* Iustin. 2, 4, 17. *Eximia servatae in* OMNE *aevum virginitatis admiratio fuit.* Val. Flacc. 1, 286. *Aevum mansura per* OMNE. Lucr. 2, 561. *Aevum — sparsa per* OMNE.

(4) In PLERIQUE, *die meisten.* Terent. Eun. 1, 2, 38. *Sororem plerique esse credebant meam:* pro *plerique omnes:* *Andr. 1, 1, 28. *Quod plerique* OMNES *faciunt adolescentuli:* Phorm. 1, 3, 20. *Ita plerique ingenio sumus* OMNES. Nepos Eum. 12. *Quumplerique* OMNES *primo perturbati admirarentur.*

(5) In PRIMUM, *zuerst.* Terent. Andr. 5, 4, 21. *Forte applicat primum ad Chrysidis patrem se:* pro *primum omnium.* *Heaut. 2, 3, 33. *Primum* OMNIUM — *Dromo pultat fores.* Plaut. Most. 5, 2, 32. OMNIUM *primum sodalem me esse scis gnato tuo.* Liv. 1, 1. *Iam primum* OMNIUM *satis constat.*

(6) In RES, *Sache.* Terent. Andr. 2, 5, 1. *Herus me, relictis rebus, iussit Pamphilum hodie observare.* Plaut. Epid. 4, 2, 38. *Ego, relictis rebus, Epidicum operam quaerendo dabo:* pro *rebus omnibus.* Ovid. Her. 4, 125. *Pulcherrime rerum:* 9, 107. *Maxime rerum.* Virg. Aen. 1, 281. *Mecumque fovebit Romanos rerum dominos:* pro *rerum omnium.* *Terent. Eun. 1, 2, 86. *Relictis rebus* OMNIBUS *quaesivi.* Cic. Fam. 12, 14. *Cuius rei tanto in timore fui, ut,* OMNIBUS *rebus relictis — ad illas ire conatus sim.* Terent. Heaut. 2, 3, 123. *In tempore ad*

eam veni, quod rerum OMNIUM *est primum.*

OPERA, RAE, *Mühe, Zeit,* I. in PRETIUM, *werth.* Tacit. Ann. 1, 57. *Germanico pretium fuit convertere agmen:* 2, 35, 1. *Res eo anno prolatas haud referrem, ni pretium foret:* pro *operae pretium,* vel *curae pretium.* * Cic. Verr. 2, 53. OPERAE *pretium est cognoscere.* Petron. 27. *Quanquam erat* OPERAE *pretium.* Plin. Epist. 8, 6. *Postea mihi visum est pretium* CURAE, *ipsum senatus consultum quaerere.* Iuvenal. 6, 473. *Est pretium* CURAE *penitus cognoscere.*

II. In ablativis casibus, ut (1) in EADEM, *mitgleicher.* Plaut. Epid. 5, 1, 56. *Eadem haec intus edocebo, quae ego scio:* pro *eadem opera:* * Capt. 2, 3, 90. *Eadem* OPERA *a praetore sumas syngraphum.*

(2) In UNA, *zugleich.* Lucr. 3, 446. *Praetera gigni pariter cum corpore, et una crescere sentimus.* Ovid. Met. 14, 63. *Sed quos fugit, attrahit una:* pro *una opera.* * Plaut. Capt. 3, 4, 31. *Una* OPERA *mihi sunt sodales:* Cas. 2, 5, 1. *Una edepol* OPERA *in furnum calidum condito:* Most. 1, 3, 102. *Una* OPERA *ebur atramento candefacere postules.*

OPERA, RUM, *Dienst, Verrichtung,* (1) in MULIEBRIA, *weibliche.* Ulpianus in l. 1. §. Removet D. de postulando: *Qui corpore suo muliebria passus est.* Curt. 6, 6, 8. *Et ipsi muliebria pati adsueti:* pro *muliebria opera.*

(2) In OBSTETRICIA, *Hebammendienst.* Plin. 35, 11. *Iove Liberum parturiente depicto mitrato, et muliebriter ingemiscente inter obstetricia dearum:* pro *obstetricia opera.*

OPERAE PRETIUM, *der Mühe werth,* in EST, *es ist,* cum infinitivo. Terent. Adelph. 5, 3, 42. *Scire est liberum ingenium, atque animum:* pro *est operae pretium.* * Horat. Epist. 2, 1, 229. *Sed tamen est* OPERAE PRETIUM *cognoscere quales aedituos habeat virtus.* Terent. Andr. 1, 3, 12. *Audireque eorum est* OPERAE PRETIUM *audaciam.*

OPES, *Schätze,* (1) in HABERE, *haben.* Virg. G. 2, 499. *Aut doluit miserans inopem, aut invidet habenti:* scil. *opes.* Phaedr. 3, Prol. 21. *Curamque habendi penitus corde eraserim:* pro *habendi opes.* Cic. Fam. 7, 29. *Quod simus, quod habeamus, quod homines existimemur:* pro *habeamus opes.* Plaut. Aul. 3, 6, 6. *Qui habent, meminerint sese unde oriundi sient:* pro *habent opes.* * Cic. Off. 2, 12. *Premitur inops multitudo ab iis, qui* — OPES *habent.*

(2) In POLLERE, *mächtig sein.* Plaut. Capt. 2, 2, 28. *Quod genus illic unum est pollens, atque honoratissimum:* pro *est pollens opibus.* * Lucr. 1, 61. *Ipsa suis pollens* OPIBUS, *nihil indiga nostri.*

(3) In QUAERERE, *suchen.* Terent. Heaut. 1, 1, 87. *Quaerens, parcens, illi serviens:* pro *quaerens opes,* vel *pecuniam:* Adelph. 5, 3, 27. *Conserva, quaere, parce:* pro *quaere opes,* vel *pecuniam.* * Horat. A. P. 166. *Aetas animusque virilis quaerit* OPES: Epist. 1, 3, 15. *Multumque monendus — ut quaerat* OPES. Plaut. Curc. 3, 1, 10. *Quis homo mature quaesivit* PECUNIAM.

OPORTET, *man soll,* in infinitivis quibusdam. Phaedr. 3, 17, 13. *Nihil agere, quod non prosit, fabella admonet:* pro *nihil*

agere oportere. Terent. Andr. 1, 5, 18. *Tantam rem tam negligenter agere?* scil. *oportet.* Plaut. Asin. 1, 2, 1. *Foras aedibus me eiici?* scil. *oportet:* Curc. 1, 3, 44. *Hoccine fieri, ut immodestis et hic moderere moribus?* pro *fieri oportet?* Terent. Adelph. 4, 4, 22. *Ut ut erat gesta, indicasse:* scil. *oportuit:* Andr. 4, 2, 6. *Siccine me, atque illam opera tua nunc miseros sollicitari?* scil. *oportet.* *Plaut. Asin. 3, 1, 25. *An te id exspectare* OPORTET? Bacch. 3, 3, 72. *Itane* OPORTET *rem mandatam gerere amici sedulo?* Terent. Heaut. 3, 3, 1. *Itane fieri* OPORTET? Phorm. 3, 2, 42. *Itane tandem facere* OPORTET?

[OPPIDUM, vel URBS, *Stadt*, in nominibus propriis urbium, provinciarum, etc., in genitivo casu, ut *Romae natus, Aegypti nutritus.* *Cic. Att. 5, 18. *In* OPPIDO *Antiochiae.* Virg. Aen. 1, 565. *Quis Troiae nesciat* URBEM?]

OPPORTUNUS, *gelegen*, (1) in Loco, vel In Loco, *zur Zeit.* Cic. Fam. 11, 16. *Sic epistolae offendunt, non loco redditae:* de Leg. 3, 4, 11. *Loco orato:* pro *loco opportuno.* Terent. Adelph. 2, 2, 8. *Pecuniam in loco negligere.* Horat. Carm. 4, 12, 28. *Dulce est desipere in loco:* scil. *opportuno.*

(2) In Per tempus, *zur Zeit.* Terent. Andr. 4, 4, 44. *Per tempus advenis.* Plaut. Cas. 2, 1, 16. *Non pol per tempus iter incoepi:* Men. 1, 2, 30. *Non potuisti magis per tempus mi advenire:* pro *per tempus opportunum.*

OPUS, *Theil, Arbeit*, in ablativis casibus, ut (1) in Nimio, *allzusehr.* Plaut. Rud. 1, 3, 1. *Nimio pol hominum fortunae minus miserae memorantur:* pro *nimio opere:* *Curc. 4, 1, 7. *Ne nimio* OPERE *sumat operam, si quem conventum velit.* Cic. Parad. 5, 2. *Quos aedificia magnifica nimio* OPERE *delectant:* Verr. 4, 59, 132. *Tabulae pictae Graecos homines nimio* OPERE *delectant.*

(2) In Quanto, Tanto, *ie — desto.* Iustin. 2, 1, 13. *Quanto coelum asperius est, tanto et corpora et ingenia duriora.* Virg. G. 4, 411. *Sed quanto ille magis formas se vertet in omnes, tanto, nate, magis contende tenacia vincla:* pro *quantopere, quanto opere,* et *tantopere, tanto opere.* *Cic. de Orat. 1, 164. *Neque enim* TANTOPERE *hanc a Crasso disputationem desiderabam,* QUANTOPERE *eius in causis oratione delector.*

II. In phrasi Longum est, *es wäre lang*, cum infinitivo. Terent. Heaut. 2, 3, 94. *Longum 'st, Clitipho, si tibi narrem.* Ovid. Fast. 6, 325. *Et longum est epulas narrare deorum.* Sueton. Galb. 3. *Imagines et elogia universi generis exsequi longum est:* pro *longum opus est.*

III. In adiectivis quibusdam, ut (1) in Albarium, *geweisst.* Plin. 35, 16. *Eademque lacte diluta, et tectariorum albaria interpolantur:* pro *albaria opera.* *Id. 36, 23. *Contra in albario* OPERE, *ut macerata calx ceu glutinum haereat.* Palladius 1, 40, 5. *Albarii* OPERIS *nitore decorare.*

(2) In Arenatum, *sandig.* Plin. 36, 23. *Nisi ter arenato — inductum est.* Id. 31, 3. *Sine arenato opus surgit:* pro *arenato opere.*

(3) In Figlinum, *Töpferarbeit.* Plin. 34, 18. *In fictili crudo coquunt in caminis, donec percoquatur figlinum:* scil. *opus.*

(4) In Gladiatorium, *fechter-*

artig. Cic. Tusc. 4, 48. *An vero vir fortis, nisi stomachari coeperit, non potest fortis esse? gladiatorium id quidem:* scil. *opus est.*

(5) In LENONIUM, *kupplerisch*. Plaut. Pseud. 1, 3, 54. *Non periculum est, ne quid recte monstres? non lenonium est:* scil. *opus.*

(6) In MARMORATUM, *von Marmor*. Varro R. R. 3, 7. *Intrinsecus quam laevissimo marmorato, toti parietes ac camerae oblinuntur:* pro *marmorato opere.*

(7) In MERETRICIUM, *buhlerisch*. Sueton. Calig. 40. *Additumque ad caput legis, ut tenerentur publico et quae meretricium, et quae lenocinium fecissent:* pro *meretricium opus.*

(8) In SUTRINUM, *von einem Schuster*. Seneca Ep. 90. *Non multum abfuit, qui sutrinum quoque inventum a sapientibus diceret:* pro *sutrinum opus.*

(9) In TECTORIUM, *Tünchwerk*. Gell. 13, 22. *Villae tectorio praelitae:* pro *tectorio opere.* Cic. Verr. 1, 55, 145. *Ex qua tantum tectorium vetus delitum sit:* pro *tectorium opus.* * Varro R. R. 3, 1. *Quum enim villam haberes* OPERE *tectorio — spectandam.* Cic. de Leg. 2, 26, 65. *Neque id* OPERE *tectorio exornare — licebat.*

(10) In TEXTRINUM, *Weberkunst*. Sueton. de Illustr. Gramm. 23. *Palaemon primo textrinum, deinde literas didicit:* pro *textrinum opus.*

(11) In TEXTUM, *gewebt*. Virg. Aen. 8, 625. *Et clypei non enarrabile textum.* Stat. Theb. 6, 366. *Dumque chelyn lauro, textumque illustre coronae subligat:* 10, 56. *Peplum etiam dono, cuius mirabile textum nulla manus sterilis — versarat:* pro *textum opus.*

ORATIO, *Rede*, (1) in FLECTERE, *wenden*. Tacit. Ann. 1, 34, 5. *Tunc a veneratione Augusti orsus, flexit ad victorias triumphosque Tiberii:* pro *flexit orationem ad.*

(2) In PROSA, *Prosa*, quod proprie adiectivum est. Gell. 10, 18. *In qua* (tragoedia) *eum magis, quam in prosa placuisse Hyginus refert.* Quintil. 1, 5, 13. *Sed in prosa quoque quaedam iam recepta immutatio:* pro *prosa oratione.* * Colum. 10. Praef. *Prosa* ORATIONE *prioribus subnectentur exordiis.* [Sueton. Aug. 85. *Multa varii generis prosa* ORATIONE *composuit.*]

[ORDINES, *Reihen*, in QUATUORDECIM, *vierzehn*. Cic. Fam. 10, 32. *Herennium Gallum in quatuordecim sessum deluxit:* * Philipp. 2, 18. *Illud tamen audacia tua, quod sedisti in quatuordecim ordinibus.*]

ORIOR, *entstehn*, (1) in HINC, *daher*. Terent. Andr. 1, 1, 99. *Hinc illae lacrimae!* scil. *oriuntur.* Tacit. Hist. 3, 25, 9. *Hinc per omnem aciem — saevissimi belli exsecratio:* scil. *orta est.* * Plaut. Aul. 5, 3, 27. *Hinc ex proximo* ORITUR *clamor.*

(2) In UNDE, *woher*. Virg. Aen. 1, 742. *Hic canit — unde hominum genus et pecudes:* scil. *oriantur.* Ovid. Met. 15, 68. *Docebat, quid deus, unde nives:* scil. *oriantur.* Tacit. Hist. 4, 19. *Unde suspicio, sponte legatorum excitari bellum:* pro *unde oritur.*

[ORTUS, vel ORIUNDUS, *entstammt*, in AB, *von*. Liv. 1, 50. *Herdonius ab Aricia:* pro *ab Aricia oriundus.* Virg. G. 3, 2. *Pastor ab Amphryso.* * Liv. 1, 23.

Ab Albanorum stirpe regum oriundi Romani.]

ORNAMENTA, *Zierrathe*, in TRIUMPHALIA, *bei einem Triumph.* Tacit. Ann. 4, 18. *Partisque apud Germaniam triumphalibus:* scil. *ornamentis:* 4, 44, 1. *Obiere eo anno — consulatum et triumphalia de Getulis:* pro *triumphalia ornamenta.* *Sueton. Aug. 38. *Triumphalia* ORNAMENTA *decernenda curavit:* Tiber. 9. *Triumphalibus* ORNAMENTIS *honoratus:* Claud. 17. *Decretis sibi a senatu* ORNAMENTIS *triumphalibus.* [Inscr. ap. Grut. p. 452, 6. *Huic senatus triumphalia* ORNAMENTA *decrevit.* M.R.]

OSTENDO, *zeigen*, in NUNC, *ietzt.* Lucr. 4, 144. *Nunc ea quam facili, et celeri ratione genantur:* pro *nunc ostendamus.*

OSTIUM, *eine Thüre*, I. in POSTICUM, *eine Hinter-.* Titinnius ap. Nonium 3, 158. *Si quis hodie — posticum nostrum pepulerit.* Plaut. Most. 3, 3, 27. *Nunc ego me illac per posticum — conferam:* pro *posticum ostium.* Sueton. Claud. 18. *Ut aegre, nec niti postico evadere — potuerit:* pro *postico ostio.* *Festus: *Posticum* OSTIUM *dicitur in posteriore parte aedium.* Plaut. Stich. 3, 1, 40. *Est etium hic* OSTIUM *aliud posticum nostrarum harunce aedium.*

H. In verbis quibusdam, ut (1) in APERIRE HOC, *diese öffnen.* Plaut. Pseud. 4, 7, 45. *Ecquis hoc aperit?* scil. *ostium:* * Capt. 4, 2, 50. *Heus ubi estis vos? ecquis hoc aperit* OSTIUM?

OSTREA, *Austern*, in LUCRINA, *vom Lucrinischen See.* Mart. 6, 11, 5. *Tu Lucrina voras:* 12, 48, 3. *Et haeres vis scribi propter quinque Lucrina? vale:* pro *Lucrina ostrea.*

OVA, *Eier*, in INCUBARE, *brüten.* Colum. 8, 5. *Gallinae incubare cupiunt ab Idib. Ian.:* pro *incubare ova*, vel *ovis:* *8, 8. *Nec minus in agros emittant matrices, quae* OVIS — *incubant.* Plin. 9, 10. *Incubare* OVA *noctibus.* Varro R. R. 3, 9. *Negant plus viginti quinque* OVA *incubare.*

OVES, *Schafe*, (1) in BALANTES, *blöckende.* Virg. G. 3, 457. *Ima dolor balantum lapsus ad ossa quum furit:* Aen. 7, 528. *Quinque greges illi balantum:* scil. *ovium*, vel *pecudum.* *Ovid. Fast. 4, 740. *Tactaque fumanti sulphure balet* OVIS. Lucr. 6, 1130. *Etiam* PECUBUS *balantibus aegror.*

(2) IN BIDENTES, *mit 2 langen Zähnen.* Val. Flacc. 3, 431. *Agens lectas aurata fronte bidentes.* Virg. Aen. 6, 39. *Totidem lectas de more bidentes:* scil. *oves.* *Festus: *Bidentes sunt* OVES *duos dentes longiores caeteris habentes.* [cf. Gell. 16, 6. M. R.]

P.

PANTHERAE, *Panther*, (1) in AFRICANAE, *aus Africa*. Plin. 8, 17. *Senatus consultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam advehere:* pro *Africanas pantheras*. Plin. Epist. 6, 34. *Vellem Africanae — ad praefinitum diem occurrissent:* pro *Africanae pantherae*.

(2) In VARIAE, *bunt*. Plin. 8, 17. *Nunc varias et pardos, qui mares sunt, appellant:* pro *varias pantheras*.

PARS, *Seite, Theil, Maass*, I. in dictionibus quibusdam, ut (1) in EX OMNI, *von ieder*. Propert. 3, 21, 5. *Omnia sunt tentata mihi, quacunque fugari possit; at ex omni me premit ipse deus:* pro *ex omni parte*.

(2) In EX PARI, *gleich*. Quintil. 2, 19. *Sin ex pari coeant, in mediocribus quidem utrisque maius adhuc naturae credam momentum:* pro *ex pari parte*.

(3) In PRO RATA, *nach Proportion*. Vitr. 4, 1. *Capitulorum altitudines efficiunt — pro rata altiores*. Liv. 45, 40. *Tantum pediti daturum fuisse credunt, et pro rata aliis:* pro *pro rata parte*. *Cic. Tusc. 1, 39, 94. *Omnia ista perinde ut cuique data sunt pro rata* PARTE *a vita, longa aut brevia dicuntur:* Somn. Scip. 5. *Sed tamen pro rata* PARTE — *distinctis*.

II. In ablativis quibusdam, ut (1) in ALIQUA, *etwas*. Pompon. Mela 3, 9, 40. *Ideo eius orae notae sunt aliqua:* scil. *parte*.

(2) In ALIQUA TENUS, *etwas*. Petron. c. 102. *Apertis aliqua tenus labris*. Colum. 4, 3, 4. *Aliqua tenus se confirmavit:* pro *aliqua parte tenus*.

(3) In HAC, *hier*. Virg. Aen. 9, 321. *Hac iter est:* 12, 565. *Iupiter hac stat:* pro *hac parte*.

(4) In QUA, *wo*. Ovid. Her. 8, 69. *Qua duo porrectus longe freta distinet Isthmus:* pro *qua parte*. *Mart. 3, 91, 5. *Qua* PARTE *cubaret, quaerunt:* 7, 73, 5. *Dic, qua te* PARTE *requiram*.

(5) In QUACUNQUE, *wohin auch*. Mart. 3, 55, 1. *Quod quacunque venis, Cosmum migrare putamus*. Propert. 3, 21, 5. *Quacunque fugari posset:* pro *quacunque parte*.

(6) In QUAQUE, *wohin auch*. Manil. 5, 311. *Non ullo careat digito, quaque iverit, hasta*. Ovid. Met. 15, 877. *Quaque patet domitis Romana potentia terris:* pro *quaque parte*.

(7) In QUAQUA, *wo auch*. Plaut. Epid. 5, 2, 9. *Quaqua tangit, omne amburit:* Mil. Gl. 2, 1, 14. *Quaqua incedit:* pro *quaqua parte*.

(8) In QUA TENUS, *wie weit*. Cic. Tusc. 1, 107. *Nec docuerit qua tenus amor in amicitia progredi debeat:* pro *qua parte tenus*.

III. In adiectivis quibusdam, ut (1) in CENTESIMA, *das Hundertstel*. Tacit. Ann. 2, 42, 7. *Fructibusque eius levari posse centesimae vectigal:* pro *centesimae partis*. *Plaut. Mil. Gl. 3, 1, 167. *Haud centesimam* PARTEM *dixi*.

(2) In DECIMA, *das Zehntel*. Cic. N. D. 3, 36. *Nec Herculi quisquam decimam vovit unquam:* pro *decimam partem*. *Plaut.

Bacch. 4, 4, 15. *Decumam* PARTEM *ei dedit.*

(3) In DEXTRA, *rechts.* Plin. 12, 14. *Saba regio a dextra maris scopulis inaccessa:* pro *a dextra parte.* *Ovid. Met. 15, 704. *Dextra praerupta Ceraunia* PARTE. Plin. 2, 29. *Transferre — in dextram* PARTEM.

(4) In DUCENTESIMA, *das Zweihundertstel.* Tacit. Ann. 2, 42, 7. *Ducentesimam in posterum statuit:* pro *ducentesimam partem.*

(5) In LAEVA, *links.* Liv. 4, 32. *Dextra montibus, laeva Tiberi amne septus:* pro *laeva parte.* *Ovid. Met. 14, 102. *Laeva de* PARTE *canori Aeolidae.*

(6) In POSTICA, *hinten.* Cato Dist. *Fronte capillata est, postica occasio calva:* pro *postica parte.* *Arnob. 5. Ex PARTE *postica.* Sueton. Othon. 6. *Proripuitque se postica* PARTE *palatii.* Lucil. ap. Nonium 3, 138. *Non peperit, verum postica* PARTE *profudit.*

(7) In QUADRAGESIMA, *das Vierzigstel.* Suet. Calig. 40. *Quadragesima summae — exigebatur:* pro *quadragesima pars.* *Plin. 14, 20. *Cocti* PARTE *quadragesima.*

(8) In QUINTA, *das Fünftheil.* Tacit. Ann. 13, 21, 3. *Vectigal quoque quintae — venalium mancipiorum remissum:* pro *quintae partis.*

(9) In SINISTRA, *links.* Cic. Phil. 6, 5, 12. *Adspicite a sinistra:* scil. *parte:* de Div. 1, 39, 85. *Cur — a sinistra cornix faciat ratum.* *Virg. Aen. 11, 468. *Murorum* IN PARTE *sinistra.* Ovid. Met. 12, 419. *Iaculum de* PARTE *sinistra venit.*

(10) In SUMMA, *der höchste.* Ovid. Her. 2, 56. *Debuit hoc meriti summa fuisse mei:* pro *summa pars,* vel *res.* Cic. pro Rosc. 32. *Summam rerum administrare:* pro *summam partem,* vel *rem.* Tacit. Ann. 13, 38, 1. *Nihil in summa pacis proficiebatur:* pro *summa parte,* vel *re.* *Vitr. 4, 1. *Summam imperii* PARTEM *Iovi dederunt.* Virg. Aen. 11, 302. *Summa de* RE *statuisse.*

(11) In VICESIMA, vel VIGESIMA, *das Zwanzigstel.* Petron. 58. *Quando vicesimam numerasti?* Cic. Att. 2, 2. *Quod vectigal superest domesticum praeter vicesimam:* scil. *partem.* Tacit. Ann. 13, 31. *Vectigal quoque — vicesimae — remissum:* pro *vicesimae partis.*

PARTES, *Theile, Bedingungen, Rollen,* (1) in DECIMAE, *die Zehnten.* Cic. Verr. 3, 7, 18. *Senatus permisit, ut vini et olei decimas — venderent.* Liv. 36, 2. *Mandatum, ut duas decimas frumenti exigeret:* pro *decimas partes.*

(2) In DURAE, *harte.* Terent. Heaut. 2, 4, 22. *Immo, ut patrem tuum vidi esse habitum, diu etiam duras dabit:* pro *duras partes,* ut Calpurnius observat: *Eun. 2, 3, 62. *Duras fratris* PARTES *praedicas.* [sed prior locus omnino est corruptus; vera videtur emendatio Bentleii: *vidi, partes diu etiam.* M. R.]

(3) In POSTERIORES, *die schlimmeren.* Terent. Adelph. 5, 4, 26. *Si id fit dando, atque obsequendo, non posteriores feram:* pro *posteriores partes,* ut Donatus observat.

(4) In PRIMAE, *die ersten.* Cic. Divin. in Caec. 15, 48. *Quam ipse primarum,* scil. *partium,* ut Asconius observat: de Clar. Orat. 183. *Tum omnium facile primas tulerunt:* 95. *Et facile primas tenebat adolescens:* 308. *Agebat primas in causis Hortensius.* Tacit. Ann. 14, 21, 8. *Primas eloquentia ferre:* pro *pri-*

mas partes. *Terent. Phorm. Prol. 27. *Quia primas* PARTES *qui aget, is erit Phormio.* Cic. pro L. Flacc. 27, 65. *Quis unquam comoediam scripsit, in qua servus primarum* PARTIUM *non Lydus esset.*

(5) In SECUNDAE, *die zweiten.* Seneca 3 de Ira p. 45. *Quicquid dixisset sequi, et secundas agere:* 2 de Benef. p. 286. *Voluerunt secundas sortiri:* pro *secundas partes.* *Horat. Epist. 1, 18, 16. *Ut puerum saevo credas dictata magistro reddere, vel* PARTES *mimum tractare secundas.*

(6) In TERTIAE, *die dritten.* Colum. 12, 20, 1. *Quum ad tertias subsederit coctura:* pro *ad tertias partes:* *5, 11. PARTES *tertiae.*

PASSUS, UUM, *Schritte*, in MILLIA, *tausend.* Tacit. Hist. 2, 40, 1. *Confluentes Padi et Adduae* XVI *inde millium spatio distantes petebant:* pro *millium passuum.* Horat. Sat. 1, 5, 25. *Millia tum pransi tria repimus.* Mart. 2, 5, 7. *Duo millia non piget ire.* Cic. pro Caecin. 28. *Is non ausus est dicere, quot millia fundus suus abesset ab urbe:* pro *millia passuum.* *Nepos 1, 4. *Abest ab oppido circiter millia* PASSUUM *decem.* Caes. B. G. 5, 32. *Occulto loco, a millibus* PASSUUM *circiter duobus.* Aur. Vict. Epit. 16, 7. *Millibus* PASSUUM *duodecim ab urbe.* Lucil. 8. *Stat longe tria millia* PASSUUM.

PATER, *Vater, Rathsherr*, (1) in CONSCRIPTUS, *erwählt.* Horat. A. P. 314. *Quod sit conscripti, quod iudicis officium:* pro *conscripti patris.* *Nepos 23, 12, 2. PATRES *conscripti — legatos in Bithyniam miserunt.*

(2) In LENAEUS, *Bacchus.* Ovid. Met. 4, 14. *Et cum Lenaeo genialis consitor uvae:* pro *Lenaeo patre:* *11, 132. *Da veniam, Lenaee* PATER.

(3) In LYAEUS, *Bacchus.* Ovid. Met. 8, 274. *Sua vina Lyaeo — libasse:* pro *Lyaeo patri.* *Virg. Aen. 4, 57. *Mactant lectas de more bidentes — Phoebique,* PATRIQUE *Lyaeo.*

PATINA, *Topf*, in CUMANA, *von Cumae.* Apic. 4, 2. *Apuam in Cumana compones:* pro *Cumana patina.*

PATIOR, *ertragen*, (1) in DIGNUM ESSE, *werth sein.* Plaut. Capt. 5, 2, 15. *Nugae istaec sunt: non me censes scire quid dignus siem?* scil. *pati.*

(2) In SOLERE, *pflegen*, cum accusativo. Catull. 42, 7. *Non est sana puella, nec rogate, qualis sit; solet haec imaginosum:* scil. *pati.*

PATRIUS, *vaterländisch*, vel SOLITUS, *gewohnt*, in DE MORE, *nach der Sitte.* Ovid. Met. 13, 637. *Caesorumque boum fibris de more crematis, regia tecta petunt:* pro *de more patrio:* *12, 11. *Hic* PATRIO *de more Iovi quum sacra parassent.* Virg. Aen. 7, 357. *Et* SOLITO *matrum de more locuta est.*

PATRUELIS, *von väterlicher Seite*, in FRATER, *ein leiblicher Vetter.* Cic. ad Att. 1, 4. *Quarto fructu sum privatus, et forensi et domestico, L. fratris nostri morte:* pro *fratris nostri patruelis:* *de Fin. 5, 1. *L. Cicero frater noster* — PATRUELIS: pro Planc. 27. *Torquatus C. Plancii frater* PATRUELIS.

PAUCI, *wenige*, in DIEBUS IN-

TERIECTIS, *Tage dazwischen.* Iustin. 3, 7, 5. *Deinde interiectis diebus, naves conscendunt:* 5, 4, 3. *Interiectis quoque diebus, — iterato vincuntur:* pro *interiectis diebus paucis.* *Liv. 1, 58. PAUCIS *interiectis diebus, Sext. Tarquinius — Collatiam venit.*

PAVIMENTUM, *ein Getäfel,* (1) in LITHOSTROTUM, *aus bunten Marmorstücken.* Varro R. R. 3, 2. *Nunc ubi hic vides citrum, aut aurum? — num quod emblema, aut lithostrotum?* scil. *pavimentum:* *3, 1. *Quum enim villam haberes* — PAVIMENTIS *nobilibus lithostrotis spectandam.*

(2) In SUBDIALE, *eine Terrasse.* Plin. 36, 14. *Subdialia Graeci invenere:* pro *subdialia pavimenta:* *14, 1. *Subdialia* PAVIMENTA.

PECCATUM, *ein Fehler,* in IGNOSCERE, *verzeihn.* Plaut. Aul. 4, 10, 9. *Id adeo te oratum advenio, ut animo aequo ignoscas mihi:* scil. *peccatum.* Cic. pro Lig. 1, 6. *Cave ignoscas:* scil. *peccatum.* *Plaut. Amph. 1, 1, 110. *Velatis manibus orant, ignoscamus* PECCATUM *suum.*

PECTUS, *Brust,* (1) in ALTUM, *tief, ängstlich.* Virg. G. 3, 505. *Attractus ab alto spiritus:* pro *ab alto pectore.* Val. Flacc. 5, 323. *Trahit ex alto sic barbarus iras:* pro *ex alto pectore.* Seneca Epist. 80. *Nulla sollicitudo in alto est:* pro *in alto pectore.*

(2) In IMUM, *tief, ängstlich.* Ovid. A. A. 3, 675. *Suspiret ab imo foemina:* pro *ab imo pectore.* *Lucr. 3, 57. *Nam verae voces tum demum* PECTORE *ab imo eiiciuntur.* Ovid. Met. 10, 402. *Suspiria duxit ab imo* PECTORE. Virg. Aen. 1, 485. PECTORE *ab imo dat gemitum:* 6, 55. *Funditque preces rex* PECTORE *ab imo.*

PECUNIA, *Geld, Schulden,* I. in verbis quibusdam, ut (1) in APPELLARI, *vergeladen werden.* Cic. Off. 1, 25. *Ne iisdem de causis alii plectantur, alii ne appellentur quidem:* pro *appellentur pecunia,* vel *de pecunia.* *Quintil. 5, 13, 12. *Eras heres et pauper, et* — PECUNIA *appellabaris creditoribus.* Cic. Philipp. 2, 29, 71. *Appellatus es* DE PECUNIA, *quam pro domo — debebas.*

(2) In CORRUMPERE, *bestechen.* Nepos 6, 3, 3. *Delphos corrumpere est conatus:* pro *corrumpere pecunia,* vel *lucro:* *16, 4, 1. *Epaminondam* PECUNIA *corrumpendum susceperat.* Phaedr. 4, 11, 8. *Simulque — cuncta corrumpit* LUCRO.

II. In adiectivis quibusdam, ut (1) in COLLECTA, *Sammlung.* Cic. de Orat. 2, 57. *Quoniam collectam a conviva, Crasse, exigis, non committam, ut, si defugerim, tibi causam aliquam dem recusandi:* pro *collectam pecuniam.*

(2) In IMPENSA, *Auslage.* Cic. Fam. 8, 1. *Ne molestiam tibi cum impensa mea exhibeam.* Ovid. Her. 7, 188. *Instruis impensa nostra sepulchra brevi:* pro *impensa pecunia.* Colum. 2, 24. *Largiorem impensam reformidare:* pro *impensam pecuniam.*

(3) In PULVERATICA, *für staubige Arbeitem* Const. Theod. et Valent. in Scriptt. Rei Agrar. 343. *Tres aureos accipiat absque sua pulveratica:* scil. *pecunia.*

(4) In REPETUNDAE, *Unterschleif, unrechtmässiger Gewinnst.* Quintil. 4, 2, 15. *Qui repetundarum insimulabitur.* Val. Max. 9, 12, 7. *C. Licinius Mater — repetundarum reus.* Plin.

Epist. 2, 11, 2. *Ne quid ultra repetundarum legem quaereretur:* pro *repetundarum pecuniarum.* Tacit. Hist. 3, 38, 1. *Postulare aliquem repetundis:* scil. *pecuniis.* *Cic. pro Cluent. 53. *Clames, te lege* PECUNIARUM *repetundarum non teneri:* de Clar. Orat. 27. *L. Piso tribunus legem primus de* PECUNIIS *repetundis — tulit.*

PECUS, *Thier*, in LANIGERA, *wolletragend.* Sil. 15, 707. *Cui mille sub altis lanigerae balant stabulis:* pro *lanigerae pecudes.* *Lucr. 2, 317. *In colli tondentes pabula laeta lanigerae reptant* PECUDES, 659. *Tondentes gramina campo lanigerae* PECUDES.

PEDICULI, *Läuse*, in SERPENTES, *kriechend.* Apul. Flor. 2. p. 352. *Infandi morbi putredine in serpentium scabiem solutam.* Plin. 7, 51. *Morborum vero tam infinita est multitudo, ut Pherecydes Syrius copia serpentium ex corpore eius erumpente expiraverit:* pro *serpentium pediculorum.*

[PELLIS, *Haut*, in LEONINAM, VULPINAM INDUERE.]

PENDO, *bezahlen*, in TRIBUTA, *Abgaben.* Tacit. Agric. 23, 9. *Ibi tributa, et metalla:* pro *tributa pendentes.* *Ovid. Met. 8, 262. *Iam — Athenae* PENDERE *desierant Thesea laude tributum.*

PENULA, *Mantel*, in GAUSAPINA, *von Fries.* Mart. 6, 59, 7. *Quanto est humanius illud, mense vel Augusto sumere gausapinas:* scil. *penulas:* *14, 145. PENULA *gausapina.*

PER, *durch, bei*, in accusativis casibus quibusdam, ut (1) in AETATEM, *ein Alter.* Lucil. *Multos menseque diesque, non tamen aetatem.* Plaut. Asin. 1, 1, 6. *Ut tibi superstes uxor aetatem siet:* Amph. 4, 2, 3. *Ut vivas aetatem miser.* Lucr. 6, 235. *Quod solis vapor aetatem non posse videtur efficere:* pro *per aetatem.*

(2) In ANNUM, *ein Jahr.* Cic. Fam. 13, 9, 2. *Quum Romae annum prope fuisset.* Coelius ap. eundem 3, 14, 5. *Scripsi, me annum pacem non videre.* *Virg. Aen. 2, 363. *Multos dominata* PER *annos:* G. 2, 100. *Aut totidem durare* PER *annos.*

(3) In DIEM, *einen Tag.* Liv. 10, 47. *Unum diem Aesculapio supplicatio habita est.* Horat. Sat. 1, 6, 127. *Quantum interpellet inani ventre diem durare:* pro *per diem.*

(4) In FERIAS, *Festtage.* Plaut. Capt. 3, 1, 8. *Itaque venter gusturque resident esuriales ferias:* pro *per esuriales ferias.*

(5) In NOCTEM, *die Nacht.* Plaut. Amph. 2, 2, 8. *Dum viri mei mihi potestas videndi fuit noctem unam:* Asin. 5, 2, 22. *Noctem totam stertere:* pro *per noctem.*

(6) In PUERITIAM, *Kindheit.* Sallust. Iug. 63. *Natus atque omnem pueritiam Arpini altus:* pro *per omnem pueritiam.*

(7) In TEMPUS, *Zeit.* Lucr. 1, 904. *Non possent ullum tempus celarier ignes:* pro *per ullum tempus:* 1015. *Nec divum corpora sancta exiguum possent horai sistere tempus:* pro *per exiguum — tempus.*

II. In verbis quibusdam cum accusativo casu, ut (1) in CIRCUMVECTARI, *herumfahren.* Plaut. Rud. 4, 2, 29. *Oppida circumvectabor:* pro *per oppida.*

(2) In CURRERE, *laufen.* Virg. Aen. 3, 191. *Vastumque cava tra-*

be currimus aequor: pro *per aequor.* Val. Flacc. 4, 336. *Cumque hac freta curre verona:* pro *per freta.* *Ovid. Her. 7, 50. *Caeruleis Triton* PER *mare curret equis:* Met. 5, 612. PER *apertos arbore montes — cucurri.* Horat. Epist. 1, 1, 45. *Impiger extremos curris mercator ad Indos* PER *mare.*

(3) In FUGERE, *fliehn.* Virg. G. 4, 499. *Et ex oculis subito — fugit diversa:* pro *per diversa,* ut Servius observat. *Val. Flacc. 3, 135. *Et pectus arundo* PER *medium contenta fugit.* Sen. Hipp. 1050. *Fugit attonitum pecus passim* PER *agros.*

(4) In GRADI, *schreiten.* Colum. 6, 37. *Gradi viam:* pro *per viam.* *Virg. Aen. 3, 664. *Graditurque* PER *aequor iam medium.*

(5) In INSTARE, *eintreten.* Phaedrus 3, 10, 20. *Deinde noctu subito ianuam intravit:* pro *per ianuam.*

(6) In IRE, *gehn.* Cassius Parmensis in Anthol. Vet. Lat. Epigr. L. 1. Ep. 135. p. 98. *Ausus es ire viam viventibus inconcessam:* pro *per viam.* Mart. 6, 10. *Et Capitolinas itque reditque vias:* pro *per vias.* *Virg. Aen. 12, 452. *It mare* PER *medium.* Ovid. Met. 14, 591. *Stygios semel isse* PER *amnes.* Seneca Troad. 192. *Solvite ingratas rates,* PER *nostra ituri maria:* Herc. Oet. 618. *Cupit hic — latus ire* PER *urbes.*

(7) In IURARE, *schwören.* Virg. Aen. 12, 197. *Terram, mare, sidera iuro:* pro *per terram.* Iuvenal. 3, 144. *Iures licet — aras:* pro *per aras:* 8, 156. *Iurat — Eponam:* pro *per Eponam:* *6, 16. *Nondum Graecis iurare paratis* PER *caput alterius.* Virg. Aen. 7, 234. *Fata* PER *Aeneae iuro.* Ovid. Her. 8, 117. PER *genus infelix iuro.*

(8) In NAVIGARE, *schiffen.* Virg. Aen. 1, 67. *Tyrrhenum navigat aequor:* pro *per aequor.* *Mart. 3, 67, 3. *Quoreum* PER *vada tarda navigantes, lentos fugitis ad celeusma remos.* Curt. 9, 8, 3. PER *quem* (amnem) *erat ipse navigaturus.*

(9) In TESTARI, *bezeugen.* Terent. Hec. 3, 5, 26. *Id testor deos.* Virg. Aen. 4, 519. *Testatur moritura deos:* pro *per deos:* 9, 429. *Coelum hoc et conscia sidera testor:* pro *per coelum:* *3, 599. PER *sidera testor,* PER *superos, atque hoc coeli spirabile lumen.*

(10) In VAGARI, *wandern.* Propert. 2, 28, 19. *Ino etiam prima terras aetate vagata est:* pro *per terras.* *Cic. de Lege Agr. 2, 41. PER *orbem terrarum vagari.* Ovid. Fast. 1, 545. *Vagantur incustoditae laeta* PER *arva boves.*

(11) In VOLARE, *fliegen.* Lucr. 2, 207. *Faces coeli sublime volantes:* pro *per sublime.* Virg. Aen. 12, 480. *Volat avia longe:* pro *per avia:* *1, 300. *Volat ille* PER *aera magnum.* Lucr. 2, 213. *Transversosque volare* PER *imbres fulmina cernis.* Seneca Hipp. 199. *Ille* PER *coelum volans — tela molitur.*

PERDO, *vertilgen,* in DI DEAEQUE, *die Götter und Göttinnen.* Plaut. Cist. 2, 1, 36. *At ita me di deaeque:* Pseud. 1, 1, 30. *At di deaeque, quantus es:* pro *di deaeque perdant,* vel *perduint:* *Most. 2, 2, 33. *Di te deaeque omnes* PERDUINT *cum isto omine:* 3, 1, 156. *Di te, deaeque omnes, funditus* PERDANT. Terent. Hec. 1, 2, 59. *At te di deaeque* PERDUINT *cum istoc odio.* [ubi *perduint* Bentleius delevit, et *cum tuo istoc* edidit. M. R.]

PERGO, *fortfahren,* in ROGI-

TARE? *fragen?* Terent. Eun. 2, 1, 2. *Satin' hoc mandatum 'st tibi? Ah! rogitare?* pro *rogitare pergis?* ut Donatus observat.

PERMOLO, vel SUBAGITO, *Beischlaf halten*, in POSSUM, *können*, cum accusativo casu. Horat. Epod. 12, 15. *Inachiam ter nocte potes:* scil. *permolere*, vel *subagitare*. Mart. 3, 32. *Non possum vetulam, quereris, Mutrinia? possum et vetulam: sed tu mortua, non vetula es. Possum Hecubam, possum Nioben:* pro *possum permolere*, vel *subagitare*. Id. ibid. 76, 4. *Quum possis Hecubam, non potes Andromachen:* pro *possis — potes permolere*, vel *subagitare:* 11, 98. *Una nocte quater possum:* scil. *permolere*, vel *subagitare*.

PERPETIOR, *ertragen*, in MALLE QUIDVIS, QUAM, *lieber Alles, als*. Terent. Heaut. 4, 8, 17. *Quidvis tamen iam malo, quam hunc amittere:* pro *quidvis — malo perpeti, quam*. * Cic. Verr. 3, 45. *Tanta vis erat iniuriarum, ut homines quidvis* PERPETI, *quum non de istius pravitate et iniuriis deplorare et conqueri mallent.*

PERSCRIBO, *aufschreiben*, in OMNIA, *Alles*. Cic. Fam. 15, 24. *De publicis omnia mihi certa, quid Octavius, quid Antonius:* pro *omnia mihi perscribe:* * pro Sulla 14, 41. *Itaque introductis in senatum indicibus, constitui senatores, qui omnia indicum dicta, interrogata, responsa* PERSCRIBERENT.

PERTINET, *es gehört*, in AD, *zu*. Terent. Andr. 3, 2, 1. *Adhuc, Archylis, quae adsolent, quaeque oportet signa esse ad salutem, omnia huic esse video:* pro *esse pertinentia ad salutem*, ut Donatus observat. * Caes. B. C. 3, 19. *Mittit P. Vatinium legatum ad ripam ipsam fluminis, qui ea, quae maxime ad pacem* PERTINERE *viderentur, ageret.*

PES, *Fuss, Schritt*, I. in CITO, *schnell*, quum proprie sit ablativi casus. Terent. Andr. 1, 5, 20. *Abi cito:* Eun. 3, 3, 32. *Cito hunc deduc ad militem:* pro *cito pede*, vel *passu*. * Ovid. A. A. 3, 65. *Cito* PEDE *labitur aetas:* Fast. 2, 741. *Inde cito* PASSU *petitur Lucretia.*

II. In nominibus quibusdam, ut (1) in BETACEI, *Rüben*. Apic. 3, 4. *Betacei — nigri:* pro *betacei pedes*. * Varro R. R. 1, 2, 27. *Malo de meis pedibus audire, quam quem ad modum* PEDES *betaceos seri oportest.*

(2) In DIGITUS, *eine Zehe*. Val. Flacc. 4, 266. *Semper cervice reducta, semper et in digitis, et summi pulvere campi, proiectusque redit:* pro *digitis pedum*. Ovid. Amor. 1, 12, 4. *Ad limen digitos restitit icta Nape.* Quintil. 2, 3, 8. *Erigi in digitos.* Virg. Aen. 5, 426. *Constitit in digitos extemplo:* pro *digitos pedum.*

III. In verbo DARE, *sich auf die Füsse machen*. Plaut. Curc. 2, 3, 84. *Ostium ubi conspexi, exinde me illico protinam dedi:* scil. *in pedes:* * Capt. 1, 2, 12. *Si non est quod dem, mene vis dem* IN PEDES.

PESSIMUS, *der schlimmste*, in OMNIUM, *von allen*. Terent. Andr. 5, 3, 1. *Quis me vult? perii! pater est. Quid ais omnium?* pro *omnium pessime?*

PETRA, *Stein*, in PUMEX, *ein Bims*, feminini generis. Catull.

1, 2. *Cui dono lepidum novum libellum arida modo pumice expolitum:* pro *pumice petra.* *Priapeia Carm. 32. *Quae succo caret, atque* PETRA *pumex.*

PHILOSOPHUS, *ein Philosoph*, (1) in ACADEMICUS, *Academisch.* Cic. Fin. 2, 14, 43. *Cum Academicis incerta luctatio est.* *Gell. 11, 5. *Quantum — Academicos* — PHILOSOPHOS *interest.*

(2) In CYNICUS, *Cynisch.* Cic. Off. 1, 42, 148. *Nec vero audiendi sunt Cynici:* scil. *philosophi.*

(3) In PYTHAGORICUS, *Pythagoreisch.* Cic. de Divin. 1, 62. *Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur:* pro *Pythagoricis philosophis.*

PIGNUS, *Pfand*, in OPPONERE, *dagegen setzen.* Plaut. Curc. 2, 3, 77. *Ille suum annulum opposuit:* scil. *pignori:* *Pseud. 1, 1, 80. *Vix hercle opiner, si me opponam* PIGNORI.

PISCES, *Fische*, in SQUAMIGERI, *schuppige.* Lucr. 1, 379. *Nam quo squamigeri poterunt procedere tandem?* pro *squamigeri pisces.* Plin. 11, 37. *Simili modo squamigeris atque serpentibus:* pro *squamigeris piscibus.*

PLACENTA, *ein Kuchen*, (1) in IURCA, *mit Brühe.* Plaut. Pers. 1, 3, 17. *Quasi iuream esse ius decet collyricum:* pro *iuream placentam.*

(2) In MELLITA, *mit Honig.* Plaut. Pseud. 1, 2, 47. *Mellitae?* *Horat. Epist. 1, 10, 11. *Pane egeo, iam mellitis potiore* PLACENTIS.

(3) In SPHAERICA, *rund.* Cato Rust. 82. *Sphaericam sic facito:* pro *sphaericam placentam.* [Pallaretus etiam in Barkeri editione *sphaerita* habebat, ut Sanctius Min. IV, 4. p. 160. Bau., sed lectionem veriorem recipiendam putavi. M. R.]

(4) In TRACTA, *gezogen.* Apic. 5, 1. *Tres orbiculas tractae siccas et confringis:* pro *tractae placentae:* 8, 7. *Tractam siccatam confringis:* pro *tractam placentam.*

PLENA, vel ONUSTA, *voll*, in AULA AURI, *ein Topf Goldes.* Plaut. Aul. 5, 4, 33. *Aulam auri, inquam, te reposco:* pro *aulam plenam auri*, vel *onustam auri.* *Aul. Arg. 1. *Aulam repertam auri* PLENAM *domi Euclio vi summa servat:* 4, 2, 3. *Si quis illam invenerit aulam* ONUSTAM *auri.*

POCULUM, *ein Becher, Trank*, I. in verbo MINISTRARE, *darbieten.* Iustin. 12, 14, 6. *Qui cum fratribus Philippo et Iolla ministrare regi solebat:* pro *ministrare pocula*, vel *ministrare bibere.* *Gell. 3, 8. *Quoniam filii sui* POCULA *in convivio regi ministrarent.* Cic. Tusc. 1, 26. *Qui Ganymedem a diis raptum ait propter formam, ut Iovi* BIBERE *ministraret.*

II. In adiectivis quibusdam, ut (1) in ALLIFANA, *aus Allifae, einer Stadt in Samnium.* Horat. Serm. 2, 8, 39. *Invertunt Allifanis vinaria tota:* pro *Allifanis poculis.*

(2) In AMATORIUM, *ein Liebestrank.* Plin. 13, 25. *Efficacem in amatoriis:* scil. *poculis.* Quintil. 7, 9, 2. *Saepe secubanti* (marito) *amatorium dedit:* scil. *poculum.* *Iul. Paulus Rec. Sent. t. 23. n. 8. *Amatorium* POCULUM.

(3) In ANANCAEUM, *gross.* Plaut. Rud. 2, 3, 33. *Credo hercle unan-*

caeo datum quod biberet: pro *anancaeo poculo.* *Varro ap. Nonium 15, 36. *Tripodes, crateras, anancaea* POCULA.

(4) In CYMBIUM, *wie ein Boot.* Virg. Aen. 3, 66. *Inferimus tepido spumantia cymbia lacte:* pro *cymbia pocula:* *Macrob. Sat. 5, 21. *Haec cymbia* POCULA *procera et navibus similia.*

(5) In FICTILE, *irden.* Iuvenal. 10, 25. *Sed nulla aconita bibuntur fictilibus:* scil. *poculis.* *Tibull. 1, 1, 31. *Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis* POCULA.

(6) In MYRRHINA. Iuvenal. 6, 154. *Grandia tolluntur — myrrhina:* scil. *pocula.* [vel melius: *Murrhina,* sensu incerto. Seneca Ep. 119. 123. de Benef. 7, 9. M. R.]

(7) In SALUTARIA, *heilend.* Apul. Met. 2. p. 128. *Salutaria bibere:* scil. *pocula.*

(8) In VITREA, *aus Glas.* Petron. c. 10. *Id est, vitrea fracta et somniorum interpretamenta:* pro *vitrea pocula.* Mart. 1, 42, 4. *Qui pallentia sulfurata fractis permutat vitreis:* scil. *poculis.* [vel potius: *vasis.* M. R.]

POENA, *Strafe,* I. in DEPOSCERE, *herbeifordern.* Liv. 21, 10. *Auctorem culpae et reum criminis deposcunt:* scil. *in poenam,* vel *ad supplicium.* *Liv. 21, 6. *Ipsum* IN POENAM — *deposcendum.* Caes. B. G. 8, 38. *Principem sceleris* — AD SUPPLICIUM *deposcit.*

(2) In DIRAE, *furchtbar.* Cic. de Divin. 1, 16, 29. *M. Crasso quid acciderit, videmus, dirarum obnuntiatione neglecta:* pro *dirarum poenarum.* Plin. 8, 7. *Ut populus flens universus consurgeret, dirasque Pompeio, quas ille mox luit, imprecaretur:* pro *dirasque poenas.*

POMA, *Aepfel,* in PULMONEA, *schwammicht.* Plin. 15, 14. *Stolide tument pulmonea:* scil. *poma.*

PONDUS, *Gewicht,* (1) in INFINITUM, *unendlich.* Eutrop. 9, 9. *In quo infinitum auri gemmarumque constituit:* pro *infinitum pondus.*

(2) In TERTIARIUM, QUARTARIUM, *ein Drittel, ein Viertel.* Cato c. 95. *Postea sumito bituminis tertiarium, et sulphuris quartarium:* pro *tertiarium pondus, quartarium pondus.*

PONO, *ablegen, verwenden,* (1) in ARMA, *Waffen.* Virg. Aen. 3, 288. *Aeneas haec de Danais victoribus arma:* pro *haec arma posuit.*

(2) In DIEM IN, *einen Tag in,* cum accusativo casu. Cic. Att. 12, 35. *Ne totum diem in villam:* scil. *ponam:* *11, 12. *Itinera enim ita facit, ut multos dies in oppidum* PONAT.

POPULUS, *Volk,* in FERRE, vel FERRE LEGEM, *ein Gesetz vorschlagen.* Cic. Fam. 11, 2. *Quod de commodis eorum mense Iunio laturus esses:* scil. *ad populum:* 1, 9. *Si licitum esset, legem Curiatam ferret:* scil. *ad populum.* *Liv. 42, 30. *Centuriatis comitiis primo quoque die ferre* AD POPULUM *iusserunt.* Aur. Vict. de Vir. Illustr. 15, 5. *Legem de provocatione* — AD POPULUM *tulit.*

PORTA, *ein Thor,* (1) in CAPENA. Iuvenal. 3, 11. *Substitit ad veteres arcus, madidamque Capenam:* scil. *portam.* *Mart. 3, 47, 1. *Capena grandi* PORTA *quae pluit gutta.* Propert. 4, 3, 71. *Armaque quum tulero* PORTAE *votiva Capenae.*

(2) In CASPIAE. Tacit. Hist. 1, 6,

4. *Quos idem Nero electos praemissosque ad claustra Caspiarum — revocaverat:* pro *Caspiarum portarum.* *Plin. 5, 27. PORTAE *Caspiae, ubi dehiscit Taurus mons, seque populis aperit.*

(3) In EXQUILINA. Cicero pro L. Pis. 23, 55. *Exquilina introisset:* scil. *porta:* *25, 61. *Ex ea sic redii, ut ad* PORTAM *exquilinam Macedonicam lauream conculcarim.*

PORTUS, *ein Hafen,* (1) in PIRAEUS, *der Piraeus,* portus Athenarum. Plaut. Bacch. 2, 3, 1. *Ibo in Piraeum:* scil. *portum.* Terent. Eun. 2, 2, 59. *Miror, quid ex Piraeo abierit:* scil. *portu.* *Propert. 3, 21, 23. *Inde ubi Piraei capient me litora* PORTUS, *scandam ego Theseae brachia longa viae.*

(2) In SOLVERE, vel SOLVERE NAVEM, *das Schiff loshinden, abfahren.* Cic. Fam. 16, 9. *Nos eo die coenati solvimus:* scil. *e portu.* Caes. B. G. 4, 23. *Tertia fere vigilia solvit:* scil. *e portu.* Plaut. Mil. 4, 4, 51. *Nisi eat, te soluturum esse navim:* pro *soluturum esse e portu.* * Cic. pro Mur. 2, 4. *Quod si* E PORTU *solventibus, ii, qui iam in portum ex alto invehuntur, praecipere summo studio solent.* Caes. B. G. 4, 28. Ex — PORTU *leni vento solverunt.*

POSSUM, in infinitivis quibusdam, ut (1) in DISCERNI, *unterschieden werden.* Tacit. Ann. 3, 10, 4. *Veraque aut in deterius credita, iudice ab uno facilius discerni:* scil. *posse:* Hist. 4, 7, 3. *Sorte et urna mores non discerni:* scil. *posse.*

(2) In MOVERI, et MUTARI, *bewegt, verändert werden.* Virg. Aen. 10, 626. *Totumque moveri mutarive putas bellum:* pro *moveri mutarive posse.*

(3) In OPPRIMI, *unterdrückt werden.* Tacit. Hist. 4, 16, 2. *Subesse fraudem consilio, et dispersas cohortes facilius opprimi:* scil. *posse.*

(4) In PERFERRE, *ertragen.* Terent. Andr. 1, 1, 35. *Sic vita erat: facile omnes perferre ac pati:* scil. *poterat.*

(5) In PERVENIRI, *gelangen.* Tacit. Ann. 1, 67, 1. *Illa eruptione ad Rhenum perveniri:* scil. *posse.*

POST, *nach,* I. in nominibus, ut (1) in POSTRIDIE, *den andern Tag,* cum accusativo casu. Cic. Att. 16, 4. *Ut venationem etiam, quae postridie ludos Apollinares futura est, proscriberent:* pro *postridie post ludos.* Sueton. Aug. 92. *Postridie nundinas:* pro *post nundinas.* Varro L. L. 5, 4. *Dies postridie calendas — appellati atri:* pro *post calendas.*

(2) In QUAM, *als.* Cic. Fam. 14, 7. *Quid causae autem fuerit, postridie intellexi, quam a vobis discessi.* Aur. Vict. de Vir. Illustr. 17, 4. *Sexto decimo die dictaturam, quam acceperat, deposuit.* Nepos 3, 1, 4. *Sexto fere anno, quam erat expulsus, plebiscito in patriam restitutus est.* Liv. 4, 7. *Anno trecentesimo decimo, quam urbs Roma condita erat:* pro *post quam.* * Cic. Fam. 7, 3. *Undecimo die,* POST *quam a te discesseram, hoc litterularum exaravi egrediens e villa.* Plaut. Merc. Prol. 12. *Biennium iam factum est,* POST *quam abii domo:* Men. 2, 1, 9. *Hic annus sextus est,* POST *quam rei huic operam damus.*

II. In dictionibus quibusdam, ut (1) in LONGO TEMPORE, *lange Zeit.* Virg. Aen. 3, 309. *Et longo vix tandem tempore fatur.* Ovid. Met.

7, 280. *Nec longo tempore frondem induit:* pro *longo post tempore:* *Met. 10, 180. *Recidit in solidam longo* POST *tempore terram pondus:* 14, 218. *Haud procul adspexi longe* POST *tempore navim.* Virg. Ecl. 1, 30. *Longe* POST *tempore venit.*

(2) In PAUCIS DIEBUS, *wenige Tage.* Cic. pro Cluent. 16, 47. *Venenum diebus paucis deprehenditur.* Catull. 13, 1. *Coenabis bene, mi Fabulle, paucis, si di dederint, diebus:* pro *paucis diebus post,* vel *paucis post diebus.* *Plaut. Men. Prol. 36. *Paucis diebus* POST *Tarenti emortui'st.* Curt. 9, 8, 1. *Paucis* POST *diebus cum donis revertuntur.*

POSTEA, *nachher,* in QUIN TUM? *was dann?* Plaut. Asin. 2, 2, 32. *Quid tum? Ausculta ergo, scies.* Curc. 5, 3, 48. *Quid tum? Quid tum rogitas?* pro *quid tum postea?* *2, 2, 68. *Memini: quid tum* POSTEA?

POTESTAS, *Erlaubniss, Macht,* (1) in DATUR, *es wird gegeben,* cum infinitivo, vel omisso eo. Val. Flacc. 4, 140. *Heu fuge, — dum datur,* 6, 600. *Magis campis intendere suadet, dum datur:* pro *datur potestas.* Quintil. 11, 3, 127. *Datur recedere:* 6, 3, 100. *Datur uti:* pro *datur potestas.* Val. Flacc. 4, 587. *Verum inter medias dabitur sic currere cautes.* *Virg. Aen. 3, 670. *Verum ubi — datur dextram affectare* POTESTAS.

(2) In SUMMA, *höchste,* cum genitivo. Terent. Phorm. 2, 2, 3. *Ad te summa solum, Phormio, rerum redit.* Nepos 18, 2, 1. *Et summa rerum tradita esset tuenda eidem:* 13, 3, 5. *Illi summa imperii tradita.* Vell. Paterc. 2, 68. *Dum in acie Pharsalica — de summa rerum dimicat:* pro *de summa potestate.* *Cic. ad Q. Fratr. 1, 1, 10. *Ut is summam* POTESTATEM *haberet.*

POTIO, *ein Getränk,* (1) in MELINA, MELLINA, vel MELLINIA, *aus Honig.* Plaut. Pseud. 2, 4, 50. *Ecquid habet? — rogas — passum, defrutum, melinam:* pro *melinam potionem:* Epid. 1, 1, 21. *Aut si in mellina attulisti:* pro *mellina potione:* Truc. 4, 1, 6. *Quum hoc iam volupe'st, tum hoc nimio magnae melliniae mihi:* pro *melliniae potionis.* [Lectio *mellina* sola videtur vera. M. R.]

(2) In MURRHINA, *aus Gewürzen.* Plaut. Pseud. 2, 4, 50. *Ecquid habet? — rogas? murrhinam, passum, defrutum.* *Nonius 18, 10. *Murrhina* POTIO *confecta.* Festus: *Murrhina genus* POTIONIS, *quae Graece dicitur nectar.*

POTIUS, *eher,* (1) in QUAM, *als.* Nepos 14, 8, 1. *Tamen statuit congredi, quam cum tantis copiis refugere:* pro *potius congredi — quam refugere.* Tacit. Ann. 3, 32, 3. *Nobilitatem sine probro actam, honori quam ignominiae habendam ducebat:* pro *potius honori, quam ignominiae.* Iustin. 4, 1, 5. *Ut differant bella, quam gerant:* pro *differant potius, quam gerant.* Terent. Eun. Prol. 1. *Qui placere se studeat bonis, quam plurimis:* pro *potius bonis, quam plurimis.* [sed cf. Bentleius.] *Accius. *Bonis probatum* POTIUS, *quam plurimis.* Terent. Andr. Prol. 20. *Quorum aemulari exoptat negligentiam,* POTIUS, *quam istorum obscuram diligentiam.* Ovid. Her. 21, 131. *Cogere cur* POTIUS, *quam persuadere velebas.* Liv. 4, 44. *Vestalem pontifex maximus coli sancte* POTIUS, *quam scite iussit.*

Cic. Att. 7, 7. *Depugna* POTIUS, *quam servias.*

(2) In QUIN? *warum nicht?* Virg. Aen. 3, 456. *Quin adeas vatem, precibusque oracula poscas. ipsa canat.* Plaut. Asin. 3, 3, 7. *Quo nunc abis? quin tu hic manes?* pro *quin potius.* * Virg. Ecl. 2, 71. *Quin tu aliquid saltem* POTIUS, — *detexere:* Aen. 4, 99. *Quin* POTIUS *pacem aeternam pactosque hymenaeos exercemus?*

PRAE, *vor*, in ablativis quibusdam, ut in GAUDIO, *Freude.* Terent. Adelph. 3, 3, 55. *Oh! lacrumo gaudio.* * Heaut. 2, 2, 67. PRAE *gaudio — ubi sim nescio.*

PRAECEPS, *hinab*, in DEDERE IN PISTRINUM, *in die Mühle schicken.* Terent. Andr. 1, 2, 25. *Verberibus caesum te, in pistrinum, Dave, dedam usque ad necem:* pro *in pistrinum praecipitem dedam:* * 1, 3, 9. *Quo iure, qua me iniuria* PRAECIPITEM *in pistrinum dabit.*

PRAEDITUS, *begabt mit*, in ablativis casibus quibusdam. Terent. Andr. 2, 3, 21. *Uxorem his moribus dabit nemo:* pro *his moribus praedito*, ut Donatus observat. * Cic. Divin. in Caec. 2, 6. *Homo singulari cupiditate, audacia, scelere* PRAEDITUS: Coel. 10, 24. *Adolescentes optimis artibus* PRAEDITI.

PRAEDIUM, *ein Landgut*, (1) in FALERNUM, *bei Falerno.* Cic. Famil. 6, 19. *Eius Falernum mihi semper idoneum visum est diversorio:* pro *Falernum praedium.*

(2) In FORMIANUM, *in Formiae.* Cic. Att. 2, 4. *Nos circiter Calendas in Formiano erimus:* pro *Formiano praedio.*

(3) In NOMENTANUM, *in Nomentum.* Martial. 9, 61. *De Nomentano te putat esse meo:* pro *Nomentano praedio.*

(4) In POMPEIANUM, *des Pompeius.* Cic. Att. 14, 17. *In Pompeianum veni:* scil. *praedium.*

(5) In SUBURBANUM, *in der Umgegend der Stadt.* Seneca Epist. 1, 12. *Veni in suburbanum meum.* Martial. 8, 60. *Mulas habeat, et suburbanum:* scil. *praedium*, vel *rus.* * Cic. pro Rosc. Amer. 133. Rus *amoenum et suburbanum.* Horat. Epist. 1, 7, 76. *Iubetur* RURA *suburbana — ire.*

(6) In TUSCULANUM, *in Tusculum.* Cic. de Orat. 2, 13. *Quum ad me in Tusculanum — venisset Caesar:* pro *Tusculanum praedium.*

PRAEFECTI, *Beamte*, in REGII, *königliche.* Nepos 17, 8, 3. *Huius de adventu fama quum ad regios esset perlata, celeriter munera ei — sunt allata:* pro *regios praefectos.* * Liv. 36, 11. *Regii* PRAEFECTI.

PRAEMIUM, *Belohnung*, (1) in COROLLARIUM, *Zugabe.* Cic. Verr. 4, 22, 49. *Ne sine corollario de convivio discederet:* pro *corollario praemio.*

(2) In GLADIATORIUM, *für die Kampffechter.* Liv. 44, 31. *Vix gladiatorio accepto, decem talentis, ab rege rex, ut in eam fortunam recideret:* pro *gladiatorio praemio.*

(3) In PALMARIUM, *für einen Sieg.* Ulpian. in l. 1. §. si cui D. de extraordin. cognit. *Etsi nomine palmarii cautum sit:* pro *palmarii praemii.*

PRAESERTIM, *vorzüglich*, in QUUM, *da.* Terent. Heaut. 3, 1, 5. *Celem tam insperatum gau-*

dium, *quum illi periculi nihil ex indicio fiet?* pro *quum praesertim*, ut Calpurnius observat: *Eun. 5, 2, 24. *Quum* PRAESERTIM *se servum fateatur tuum.* Sallust. Iug. 2. *Quum* PRAESERTIM *tam multae variaeque artes sint animi, quibus summa claritudo paratur.*

PRELUM, *Presse*, in PRESSORIUM, *ausdrückend.* Plin. Valerianus 2, 17. *Exprimere in prosorio:* scil. *prelo.*

PRETIUM, *werth*, *Preis*, I. in EST OPERAE, *es ist der Mühe.* Pers. 6, 9. *Lunai portum est operae cognoscere cives.* Val. Max. 1, 7, 2. *Nunc mihi operae non est.* Plaut. Cas. 5, 2, 5. *Est operae auribus accipere.* Liv. 5, 15. *Si operae illi esset:* pro *operae pretium.* *Plin. 30, 10. *Operae* PRETIUM *est scire, quo modo praeripiatur.* Horat. Serm. 2, 4, 63. *Est operae* PRETIUM *duplicis pernoscere iuris naturam.* Cic. Verr. 4, 13, 30. *Est operae* PRETIUM *cognoscere.* Petron. 27. *Quamquam erat operae* PRETIUM.

II. In genitivis quibusdam, ut (1) in MAGNI, *von grossem.* Cic. Fam. 13, 72. *Scio enim eius ordinis auctoritatem semper apud te magni fuisse.* Nepos 9, 1, 1. *In eoque eius opera magni fuit:* 14, 1, 4. *Magni fuit eius opera:* pro *magni pretii.* *Plaut. Curc. 1, 3, 11. *Imo homo haud magni* PRETI: Stich. 1, 3, 81. *Ecastor auctionem haud magni* PRETI!

(2) In MINIMI, *vom geringsten, ein Nichtswürdiger.* Plautus Pseud. 1, 3, 34. *Eos minimi facit:* pro *minimi pretii:* *Bacch. 3, 3, 40. *Eho senex minimi* PRETI: Mil. Gl. 2, 6, 75. *Ratusne me sic hominem esse omnium minimi* PRETI.

(3) In MINORIS, *von geringerem.* Plaut. Epid. 3, 4, 85. *Atque me minoris facio prae illo:* pro *minoris pretii.*

(4) In PARVI, *von kleinem.* Plaut. Mil. Gl. 4, 8, 41. *Parvi ego illos facio.* Terent. Hec. 3, 5, 63. *Quae dico, parvi pendunt.* Cic. pro Arch. 6, 14. *Pericula mortis atque exilii parvi esse ducenda:* pro *parvi pretii.* *Terent. Hec. 5, 3, 1. *Meam esse operam deputat parvi* PRETI. Cic. ad Q. Fr. 1, 2, 4. *Parvi enim* PRETII *est, qui iam nihil sit.*

(5) In PLURIMI, *vom grössten.* Cic. Parad. 6. *Ut quisque, quod plurimi sit, possideat:* Fin. 3, 34. *Est illud quidem plurimi aestimandum.* Nepos 16, 2, 2. *Hephaestionem unum Alexander plurimi fecerat:* pro *plurimi pretii.*

(6) In PLURIS, *mehr.* Nepos 14, 5, 2. *Qui illum pluris, quam se omnes, fieri videbant:* 15, 10, 4. *Ex quo intelligi potest, unum hominem pluris quam civitatem fuisse:* pro *pluris pretii.* *Plaut. Bacch. 4, 3, 17. *Mortuus pluris* PRETI *'st.*

(7) In QUANTI, *wie hoch.* Cic. Acad. 4, 120. *Quanti libertas ista aestimanda est.* Ulpian. l. 179. de Verb. signif. *Quanti ea res erit, et quanti eam rem esse apparet, idem valent:* pro *quanti pretii.*

(8) In TANTI, *so viel.* Cic. Att. 2, 12. *Nunc nihil mihi tanti est:* Cat. 2, 7, 22. *Est mihi tanti, Quirites, — tempestatem subire.* Lucan. 7, 669. *Seque negat tanti:* pro *tanti pretii*, ut Scholiasta observat.

III. In ablativis quibusdam, ut (1) in DEPENSO, *bezahlt.* Apul. Apol. p. 203. *Depenso parare:* scil. *pretio:* *Met. 8. p. 213. *Depenso* PRETIO.

(2) In Impenso, *theuer*. Horat. Sat. 2, 3, 245. *Luscinias soliti impenso prandere coemptas:* pro *impenso pretio.* * Caes. B. G. 4, 2. *Quaeque impenso parans* pretio. Cic. Att. 14, 12. *Vel impenso* pretio. Liv. 11, 9. *Quod impenso venibant* pretio.

(3) In Magno, *hoch*. Ovid. Met. 7, 487. *Stabuntque tibi tua foedera magno.* Iuvenal. 6, 73. *Solvitur his magno comoedi fibula.* Plin. Epist. 2, 6. *Magno constat:* pro *magno pretio.*

(4) In Minimo, *vom geringsten*. Terent. Eun. 1, 1, 29. *Nisi ut te redimas captum quam queas minimo:* scil. *pretio.*

(5) In Nimio, *zu hoch*. Plaut. Most. 3, 3, 2. *Num nimio emtae tibi videntur?* pro *nimio pretio.*

(6) In Parvo, *billig*. Horat. S. 2, 3, 156. *Emtum parvo:* scil. *pretio.* * Martial. 6, 66. *Parvo quum* pretio *diu liceret — attraxit prope se manu negantem.*

(7) In Quanto, *wie hoch*. Seneca Epist. 89. *Aestimans quanto quidque dignum sit:* pro *quanto pretio.*

(8) In Tanto, *so hoch*. Plin. 12, 18. *Tanto nobis deliciae et feminae constant:* pro *tanto pretio.*

(9) In Vili, *niedrig*. Plaut. Epid. 1, 1, 49. *Quanti eam emit? — vili:* scil. *pretio.* * Mart. 1, 77, 1. *O mihi curarum* pretium *non vile mearum!* Ovid. Her. 18, 163. Pretium *non vile laboris.*

PRIMA, *erste*, in Acunabulis, *von der Wiege*. Plaut. Pseud. 2, 4, 47. *Quid sapit? — usque a cunabulis:* scil. *primis.* * Colum. 1, 3, 5. *Quam a* primis *cunabulis — audire potuerit.*

PRIMORDIA, vel **EXORDIA**, *Beginn*, in Prima, *erste*. Tacit. Agr. 18, 5. *Prout prima cessissent.* Liv. 8, 3. *Quod bellum, si prima eutis prospera fuissent, haud dubie pervenisset ad Romanos:* pro *prima primordia*, vel *exordia.* * Virg. Aen. 4, 283. *Quo nunc reginam ambire furentem audeat affatu? quae prima* exordia *sumat?*

PRINCIPIUM, *Beginn*, in A primo, *vom ersten*. Cic. Att. 9, 6. *Tuas nunc epistolas a primo lego.* Plaut. Most. 3, 2, 139. *Multum improbiores sunt, quam a primo credidi:* pro *a primo principio.*

PRIUS, *früher*, in Quam, *als*. Plaut. Amph. 2, 2, 36. *Gravidam ego illam hic reliquo, quam abeo:* pro *prius quam.* * Nepos 15, 3, 3. *Nunquam inde* prius *discessit, quam ad finem sermo esset adductus.* Plaut. Bacch. 2, 1, 5. *Ne — me sinas nostrum senem* prius *convenire, quam sodalem viderim:* Poen. Prol. 66. *Puer septennis surripitur — sexennio* prius *quidem, quam moritur pater.*

PRO, *für*, *mit*, in ablativis casibus quibusdam, ut (1) in Certo, *gewiss*. Plaut. Epid. 3, 2, 42. *Me quidem certo servavit consiliis suis:* Poen. 3, 5, 42. *Nunc pol ego perii certo.* Terent. Eun. 5, 1, 9. *Atqui certo comperi:* Andr. 5, 4, 26. *Hoc certo scio:* pro *pro certo:* Hec. 4, 2, 10. *Certo decrevi:* * Adelph. 3, 4, 32. Pro *certon' tu istaec dicis?* Cic. Brut. 3, 10. Pro *certo dicere audeam.* Sallust. Cat. 15. Pro *certo creditur.*

(2) In Mercede, *Miethe*. Terent. Heaut. 1, 1, 94. *Inscripsi illico aedes mercede.* Horat. Epist. 1, 18, 36. *Aget mercede caballum olitoris:* Carm. 1, 27, 13. *Non alia mercede bibam:* pro *pro mer-*

esse. * Virg. G. 4, 151. *Expediam,* PRO *qua mercede — Dictaeo coeli regem pavere sub antro.*

(3) In MERITO, *mit Recht.* Plaut. Asin. 5, 1, 6. *Aedepol pater, merito — facere possum:* Aul. 2, 2, 75. *Quem senecta aetate ludos facias, haud merito meo.* Terent. Phorm. 5, 8, 42. *At meo merito credo:* Eun. 3, 2, 5. *Plurimum merito tuo:* pro *pro merito:* * Phorm. 2, 2, 23. *Non potest satis* PRO *merito ab illo tibi referri gratia.* Plaut. Asin. 3, 2, 14. *Nae illa edepol* PRO *merito nunc tuo memorari multa possint.*

[(4) In VERBO, *für Wort.* Horat. A. P. 133. *Nec verbum verbo curabis reddere fidus interpres:* i. e. *pro verbo.* * Cic. de Opt. Gen. Or. 5. *In quibus non verbum* PRO *verbo necesse habui reddere.*]

PROFICISCOR, *abreisen,* (1) in COGITARE, *denken.* Cic. Att. 2, 8. *Sed quoniam euro villa extrudimur, Brundusium cogito:* scil. *proficisci:* 14, 18. *Ego ex Pompeiano* vi. *idus Mai. cogitabam:* scil. *proficisci:* 16, 2. *In Pompeianum cogitabam, inde Aculanum:* scil. *proficisci.*

(2) In VELLE, *wollen.* Cic. Att. *Rhodum volo puerorum caussa, inde quam primum Athenas:* pro *volo proficisci.*

PROHIBEO, vel **AVERTO,** *verhüten, abwenden,* in DI, *die Götter,* cum accusativo casu. Terent. Heaut. 5, 4, 15. *Di istaec:* scil. *prohibeant,* vel *avertant:* [quo loco *prohibeant* omnes addunt editiones. M. R.] * Andr. 3, 3, 36. *Si eveniat, quod di* PROHIBEANT, *discessio:* Hec. 2, 1, 10. *Di mala* PROHIBEANT. Cic. Fam. 12, 6. *Quod di omen* AVERTANT.

PROMOVEO, *nützen,* in SED QUID? *aber was?* Terent. Andr. 5, 3, 15. *Sed quid ego? cur me exercuio?* pro *sed quid ego promoveo,* ut Donatus observat. [ubi Bentleius *sed quid ego me autem excrucio?* edidit. M. R.]

PROPE, *beinahe,* in EXULO, *verbannt sein.* Terent. Eun. 3, 5, 62. *Ubi mutem? perii: nam domo exulo nunc:* pro *prope exulo,* ut Donatus observat.

[**PROPOSITUM,** *Vorsatz,* in phrasi: *Quum in animo haberem navigandi,* Cic.]

PROPRIUM, *eigen,* in EST, *es ist,* cum genitivo casu. Sallust. Iug. 14. *Erat maiestatis populi Romani prohibere iniuriam:* pro *erat proprium maiestatis Romanae.* * Cic. Tusc. 3, 30. *Est enim* PROPRIUM *stultitiae aliorum vitia cernere, oblivisci suorum.*

PROPTEREA, *deshalb,* in QUOD, *weil.* Phaedr. 3, 10, 36. *Maligna insontem deprimit suspicio, quod bona possideat:* 4, 17, 24. *Canes confusi, subito quod fuerat fragor, repente odorem mixtum cum merdis cacant:* pro *propterea quod.* * Lucr. 5, 1171. *His igitur sensum tribuebant,* PROPTEREA *quod membra movere videbantur.* Plaut. Amph. 1, 1, 141. *Credo miserior est nunc,* PROPTEREA *quod me meus herus fecit ut vigilarem.*

PROSPERE, vel **BENE,** *glücklich, wohl,* in PROCEDERE, *gelingen.* Terent. Andr. 4, 1, 47. *Quia prima processit parum:* pro *processit prospere,* vel *bene.* Cic. Fam. 8, 12. *Quibus quum parum procederet, ut ulla lege mihi ponerent accusatorem.* Plaut. Stich. 3, 2, 39. *Equidem hercle oratar*

sum, sed procedit parum. Sallust. Cat. 32. *Quod neque insidiae consuli procedebant:* scil. *prospere,* vel *bene.* *Nepos 14, 6, 1. *Haec minus* PROSPERE *procedebant.* Cic. Fam. 12, 9. *Omnia, ut spero,* PROSPERE *procedent.* Terent. Adelph. 5, 6, 8. *Meditor esse affabilis, et* BENE *procedit.*

PROSUM, *nützen,* in QUID, QUOD? *was, dass?* Ovid. Met. 10, 616. *Quid, quod inest virtus, et mens interrita leti? Quid, quod ab aequorea numeratur origine quartus? Quid, quod amat, tantique putat connubia nostra?* UT *pereat; si me fors illi dura negarit:* pro *quid prodest quod?* *Her. 18, 173. *Quid mihi, quod lato non separor aequore,* PRODEST? *num minus hoc nobis tam brevis obstat aqua?* Virg. Ecl. 3, 74. *Quid* PRODEST, *quod me ipse animo non spernis?* Nemesian. Ecl. 4, 62. *Quid* PRODEST, *quod me pagani mater Amyntae ter — lustravit.*

PUER, *Kind,* I. in dictionibus, A PARVIS, A PARVULO, A PARVULIS, *vom kleinen.* Terent. Andr. 3, 3, 7. *Quae* (amicitia) *incepta a parvis cum aetate accrevit simul:* pro *pueris parvis:* Adelph. 1, 1, 23. *Eduxi a parvulo:* scil. *puero.* Caes. B. G. 6, 21. *A parvulis duritiei et labori student:* pro *a pueris parvulis.* *Plaut. Merc. Prol. 89. *Qui olim a* PUERO *parvulo mihi paedagogus fuerat.* Terent. Adelph. 3, 4, 48. *Una a* PUERIS *parvolis simul educti.*

[(2) In INFANS. *Cic. pro Sulla 6, 19. *Quum* PUERORUM *infantium veniebat in mentem.*]

II. In adiectivis quibusdam, ut (1) in CAPILLATUS, *langhaarig.* Mart. 3, 58, 31. *Parere gaudent villicae capillati:* 10, 62. *Sic te frequentes audiant capillati:* scil. *pueri.* *Petron. 27. *Videmus senem — inter* PUEROS *capillatos ludentem pila:* 70. PUERI *capillati attulerunt unguentum.*

(2) In PRAETEXTATUS, *in einem weissen, rothbesetzten Kleide.* Sueton. Aug. 44. *Maritis e plebe proprios ordines assignavit, praetextatis omnium suum:* pro *praetextatis pueris,* vel *filiis.* *Vell. Paterc. 2, 59, 2. PUERI *et puellae et praetextati et praetextatae.* Cic. pro L. Murena 5, 11. *Quum sedere in equis triumphantium praetextati potissimum* FILII *soleant.*

PUGILLARES, *Schreibtäfelein,* in VITELLIANI, *von Vitellius.* Mart. 2, 6. *Haec sunt, quae relegente me solebas rapta scribere, sed Vitellianis:* scil. *pugillaribus:* 13, 8. *Nondum legerit hos licet puella, novit quid cupiant Vitelliani:* scil. *pugillares.*

PUGNA, *Schlacht,* in ALLIENSIS, *bei Allia.* Cenot. Pisan. v. 26. *Diem eum, quo die C. Caesar obit, qui dies est a. d. 8. K. Martias, pro Alliensi lugubrem memoriae prode:* pro *Alliensi pugna.* *Cic. Att. 9, 5. *Ut maiores nostri funestiorem diem esse voluerunt Alliensis* PUGNAE, *quam urbis captae.*

PUGNI, *Fäuste,* (1) in CONTUNDERE, *zerschlagen.* Plaut. Amph. 2, 1, 70. *Quis te prohibuit? Sosia ille, quem iam dudum dico, is qui me contudit:* scil. *pugnis:* *1, 1, 251. *Nonne hic homo modo me* PUGNIS *contudit?* Bacch. 3, 3, 46. *Mira sunt, ni Pistoclerus Lydum* PUGNIS *contudit.*

(2) In OBTUNDERE, *abprügeln.*

Plaut. Men. 5, 2, 47. *Fuge domum quantum potes, ne hic te obtundat:* scil. *pugnis.* *Firmic. 5, 5. *Qui saepius aliquo dolore perculsi, et caput plangant, et pectora* PUGNIS *obtundant.*

PULS, *Suppe*, in FABACIA, *von Linsen.* Plin. 18, 12. *Quin et prisco ritu fabacia suae religionis diis in sacro est:* pro *fabacia puls.* *Macrob. Sat. 1, 12. PULS *fabacia.*

PUNIO, vel ULCISCOR, *bestrafen, rächen*, in nominibus quibusdam cum accusativo casu, ut (1) in EGO, *ich.* Virg. Aen. 1, 135. *Quos ego:* scil. *puniam*, vel *ulciscar*, ut Donatus observat.

(2) In EQUIDEM, *wahrlich.* Ovid. Her. 12, 207. *Quos equidem actutum! sed quid praedicere poenam attinet?* pro *quos equidem puniam*, vel *ulciscar.*

(3) In SED, *aber.* Terent. Heaut. 5, 1, 76. *Hic ita, ut liberos est aequum, dictis confutabitur: sed Syrum!* scil. *ulciscar*, vel *puniam*, ut Calpurnius observat. [Nihil deest, si sequentia legas. M. R.]

PUTO, REOR, vel EXISTIMO, *ich glaube*, in ADDUCI, UT, *dazu gebracht sein, dass.* Lucr. 5, 1340. *Sed vix adducor, ut ante non quierint animo praesentire, atque videre, quam commune malum fuerat, foedumque futurum:* pro *adducor, ut putem, rear*, vel *existimum.* *Cic. Fam. 2, 10. *Non enim adduci possum, ut abs te nullas* PUTEM *datas:* de Divin. 1, 18. *Nec adducor, ut* REAR, *aut in extis totam Etruriam delirare:* Fam. 1, 6. *Illud miror, adduci potuisse te, ut me* EXISTIMARES *tam improvidum.*

Q.

QUA QUA

QUAEDAM, *einiges*, (1) in QUAE, *was.* Plaut. Pseud. 1, 5, 47. *Sunt quae te volumus percontari:* pro *sunt quaedam quae.*

(2) In POST TEMPORA, *nach der Zeit.* Iulius Obsequens 89. p. 96. *Seditionem, quae post tempora patuit, portendit:* pro *post tempora quaedam.*

QUAERO, *fragen*, in QUID, *was.* Terent. Andr. 1, 2, 20. *Hoc quid sit?* scil. *quaeris*, ut Donatus observat: Eun. 3, 5, 7. *Quid gestiam, aut quid laetus sim:* pro *quaerens quid*, ut idem observat.

QUAM, *als*, (1) in AMPLIUS, *mehr.* Cic. pro Rosc. Com. 3, 8. *Amplius sunt sex menses:* Verr. 1, 5, 14. *Quum eum amplius centum cives Romani cognoscerent.* Caes. B. C. 3, 99. *Amplius millia* XXIV. Liv. 33, 7. *Amplius tria millia militum amissa.* Nepos 16, 2, 3. *Non amplius centum adolescentuli:* pro *amplius quam:* *22, 2, 4. *Non amplius* QUAM *triduum:* 8, 4, 2. *Nolo amplius* QUAM *centum iugera.* Lactant. I. D. 8, 6. *Oculos neque minus, neque amplius* QUAM *duos voluit.* Iustin. 17, 2, 14. *Non amplius* QUAM *in*

biennii usu. Veget. 3, 8. *Ut non amplius* QUAM *tribus horis nocturnis necesse sit vigilare.*

(2) In MINUS, *weniger.* Plin. 15, 25. *Minus quinquennium est.* Scribon. 206. *Nec minus dies viginti.* Cic. Verr. 1, 123. *Ne minus dimidium ad A. Trebonium — perveniret.* *Iustin. 7, 6, 8. *Nihil minus* QUAM *bellum metuentem — expugnat.* Nepos 25, 13, 1. *Non minus bonus pater familias,* QUAM *civis est habitus.* Terent. Eun. 4, 6, 21. *Peregrinus est; minus potens* QUAM *tu:* Hec. 2, 2, 18. *Quem ego intellexi illam haud minus,* QUAM *se ipsum, magni facere.*

(3) In PLUS, *mehr.* Terent. Eun. 1, 2, 5. *Iam ancillas secum adduxit plus decem:* pro *plus quam,* ut Calpurnius observat. *Pacuvius Chryse: *Plusque ex alieno iecore sapiunt,* QUAM *ex suo.* Iustin. 2, 11, 16. *Plus patriae debemus.* QUAM *vitae.* Nepos 8, 2, 1. *Non plus habuit secum* QUAM *triginta.* Catull. Carm. 58, 2. *Quam Catullus unam plus* QUAM *se, atque suos amavit omnes.*

(4) In POST, *nach.* Plaut. Most. 2, 2, 10. *Triennio post Aegypto advenio domum:* pro *post quam.* *Nepos 22, 4, 2. *Nono anno, post* QUAM *in Hispaniam venerat, in proelio pugnans — occisus est:* 23, 8, 1. *At Hannibal anno tertio, post* QUAM *domo profugerat — Africam accessit.*

(5) In PRAETER, *ausser.* Nemes. Ecl. 4, 27. *Certe mea carmina nemo, praeter ab his scopulis ventosa remurmurat echo.* Sueton. Ner. 56. *Religionum usque quaque contemptor, praeter unius deae Syriae.* Varro R. R. 41. *Grana de fico expedit obruere, praeter si aliter nequeas:* pro *praeter quam.* *Liv. 1, 9. *Nulla re, praeter* QUAM *legibus.* Terent. Andr. 4, 4, 13. *Verbum si mihi unum, praeter* QUAM *quod te rogo, faxis, cave.* Nepos 25, 21, 3. *Quum tres menses sine ullis doloribus, praeter* QUAM *quos ex curatione capiebat, consumpsisset.*

QUAMVIS, ETSI, vel QUAMQUAM, *obgleich,* in TAMEN, *doch.* Ovid. Fast. 2, 688. *Vir iniustus, fortis ad arma tamen:* pro *vir quamvis iniustus, etsi iniustus,* vel *quamquam iniustus.* Virg. Ecl. 1, 28. *Libertas, quae sera tamen respexit inertem:* pro *quae quamvis sera, etsi sera,* vel *quamquam sera.* *Quintil. 9, 4. QUAMVIS *enim iuncta sit, tamen soluta videri debet oratio.* Cic. de Amic. 104. ETSI *illis plane orbatus essem, magnum tamen afferret aetas ipsa mihi solatium:* de Off. 1, 7. *Ea* QUAMQUAM *pertinent ad finem bonorum, tamen id minus apparet.*

QUIDAM, *einige,* in QUI, *welche.* Tacit. Hist. 1, 89, 4. *Fuere qui proficiscenti Othoni moras afferrent:* pro *fuere quidam, qui.* Horat. Sat. 2, 1, 1. *Sunt quibus in satira videar nimis acer:* pro *sunt quidam, quibus:* Epist. 1, 6, 3. *Hunc solem et stellas — sunt qui formidine nulla imbuti spectent:* pro *sunt quidam, qui.*

QUICQUAM, *irgend etwas,* in QUOD, *was.* Plaut. Cas. 4, 1, 13. *Sed nimium lepide dissimulant, fore huius, quod dissimulant:* pro *fore quicquam huius, quod.* Phaedr. 2, 1, 9. *Non est quod timeas, ait:* pro *non est quicquam, quod.*

QUOD, *dass,* in NISI, *ausgenommen.* Ovid. Her. 2, 27. *Dic mihi quid feci, nisi non sapien-*

ter amavi. Terent. Heaut. 3, 2, 30. *Iocone an serio illaec dicat, nescio; nisi mihi quidem addit animum, quo lubeat magis:* Andr. 4, 1, 40. *Nescio: nisi mihi deos satis scio fuisse iratos.* [Bentleius *satis scio* delevit, quem cf. de phrasi *nescio nisi.* M. R.] Auct. ad Herenn. 4, 30. *Hae autem nihil aliud fecerunt, nisi Alexandrum perculerunt:* pro *nisi quod.* *Ovid. Her. 18, 11. *Ascensurus eram, nisi* QUOD, *quum vinculo prorae solveret, in speculis omnis Abydos erat:* Met. 15, 784. *Et clausura fuit, nisi* QUOD *rescindere nunquam dis licet acta deum.* Curt. 4, 11, 3. *Matrem, coniugem liberosque eius, nisi* QUOD *sine illo sunt, captos esse non sensit:* 7, 1, 33. *Anceps enim crimen est inter retinentem et exigentem; nisi* QUOD *melior est caussa suum non tradentis quam poscentis.*

R.

RAMENTUM, *Zündholz,* in SULPHURATUM, *mit Schwefel.* Plin. 36, 19. *Scintillae exceptae sulphuratis — ignem praebent:* pro *sulphuratis ramentis.* Mart. 1, 42. *Qui pallentia sulphurata fractis permutat vitreis:* pro *sulphurata ramenta:* *10, 3. *Quae sulphurato nolit empta* RAMENTO *Vatiniorum proxeneta fractorum.*

RATIO, *Weise, Rechnung,* I. in verbis quibusdam, ut in CONTURBARE, *Schulden machen.* Iuvenal. 7, 129. *Sic Pedo conturbat, Matho deficit:* pro *conturbat rationes.* Mart. 9, 4. *Conturbabit Atlas:* pro *conturbabit rationes.* Cic. pro Cn. Planc. 28. *Utrum igitur me conturbare oportet:* pro *conturbare rationes:* ad Qu. Fr. 2, 12. *Ad quem ego rescripsi, nihil esse, quod post hac arcae nostrae fiducia conturbaret:* scil. *rationes.* Ulpian. l. 5. §. 9. D. de Institor. act. *Si quis pistor servum suum solitus fuerit in certum locum mittere ad panem vendendum, deinde is conturbaverit, dubitari non oportet, quin — teneri debeat:* pro *conturbaverit rationes.* Petron. 39. p. 169. *Ne creditores illum conturbare existimarent:* pro *conturbare rationes.* *Terent. Eun. 5, 2, 29. *Ita conturbasti mihi* RATIONES *omnes, ut eam non possim suis, ita ut aequum fuerat, atque ut studui, tradere.*

(2) In FUGIT, *entgehen.* Catull. 12, 4. *Hoc salsum esse putas? fugit te inepte:* pro *fugit te ratio:* *10, 28. *Istud quod modo dixeram me habere, fugit me* RATIO. Plaut. Amph. 2, 29. *Sciebam equidem nullum esse nobis, nisi me, servum Sosiam; fugit te* RATIO.

II. In ablativis casibus quibusdam, ut (1) in ALIQUA, *auf irgend eine.* Terent. Adelph. 2, 4, 19. *Ne aliqua ad patrem hoc permanet:* Phorm. 4, 1, 19. *Ne uxor aliqua hoc resciscat mea.* Virg.

Ecl. 3, 15. *Et si non aliqua nocuisses, mortuus esses.* * Lucr. 5, 410. *Inde cadunt vires aliqua* RATIONE *revictae.* Hirt. B. Afr. 4. *Uti sibi daret facultatem cum Considio agendi, si posset aliqua* RATIONE *perduci ad sanitatem.*

(2) In EADEM, *auf dieselbe.* Terent. Andr. 3, 4, 20. *Atque eadem haec quae tibi dixi, dicam itidem illi.* Plaut. Epid. 5, 1, 56. *Eadem haec intus edocebo:* Bacch. 3, 4, 26. *Eadem exorabo:* Merc. 4, 4, 62. *Eadem licebit mox cuenare rectius:* Poen. 3, 3, 3. *Atque eadem mulieres iam ab re divina, credo, apparebunt domi:* pro *eadem ratione.*

(3) In QUA, *auf welche.* Terent. Adelph. 4, 5, 56. *Quid fieret? qua fieret?* pro *qua ratione*, ut Donatus observat. Ovid. Her. 20, 209. *Nescio qua venisse volubile malum:* 13, 41. *Qua possum, squalore tuos imitata labores dicar.* Cic. Att. 8, 3. *Sin discedit, quo, aut qua, aut quid nobis agendum sit, nescio:* pro *qua ratione.* * Mart. 10, 102. *Qua factus* RATIONE *sit requiris, qui nunquam fuisset, pater Philoenus?* Terent. Eun. 2, 3, 31. *Qua* RATIONE *illam amisti?* Phorm. 2, 1, 68. *Qua* RATIONE *inopem potius duxebat domum?*

(4) In QUACUNQUE, *auf welche auch.* Virg. Ecl. 9, 14. *Quod nisi me quacunque novas incidere lites ante sinistra cava monuisset ab ilice cornix:* pro *quacunque ratione.* * Petron. 84. *Factantur itaque, quacunque* RATIONE *possunt, litterarum amatores.*

(5) In QUAQUE, *wie auch.* Ovid. Trist. 3, 14, 8. *Quaque potes, retine corpus in urbe meum:* Her. 11, 86. *Quaque suum poterat voce rogabat eum:* pro *quaque ratione.*

(6) In QUAVIS, *wie auch.* Horat. Sat. 1, 7, 84. *E quibus unus amet quavis aspergere cunctos:* pro *quavis ratione.*

RECIDO, *weggehn*, in A, *von.* Cic. Tusc. 5, 32. *Diogenem illum Alexandro quaerenti, quid sibi a se fieri vellet, respondisse refert: a sole:* pro *recede a sole.*

RECIPIO, *aufnehmen.* Terent. Eun. 1, 1, 29. *Egone illam? quae illum?* scil. *recepit*, ut Donatus observat.

REDDOR, **REPENDOR**, vel **REFEROR**, *erwiedern*, in GRATIA, *Dank:* Tibull. 1, 4, 19. *Gratia magna Iovi: vetuit pater ille valere, iurasset cupide quicquid ineptus amor:* pro *gratia magna redditur, rependatur*, vel *referatur.* * Ovid. Met. 5, 14. *Meritisne haec gratia tantis* REDDITUR? 2, 603. *Neu gratia facto nulla* REPENDATUR. Cic. pro Rosc. 7, 20. *Neque tamen pro beneficio ei par gratia* REFERTUR.

REDEO, *zurückkehren*, (1) in AD, *zu.* Quintil. 8, 3, 14. *Sed ad propositum:* scil. *redeamus.* * Terent. Adelph. 2, 1, 31. *Mitte ista, atque ad rem* REDI. Cic. pro Planc. 67. *Sed, ut* REDEAM *ad Plancium, nunquam ex urbe abfuit, nisi forte lege, necessitate.*

(2) In COGERE, *zwingen.* Terent. Hec. 2, 2, 1. *Etsi scio ego, Philumena, meum ius esse, ut te cogam:* scil. *redire.* [sed ibi sequitur: *quae ego imperem facere.* M. R.]

REFERT, *es kümmert*, in QUID MEA? QUID TUA? *was mich? was dich?* Terent. Heaut. 4, 5, 44. *Neque tu scilicet eo nunc confugiet, quid mea?* Adelph. 5, 7, 15. *Sum-*

ptum admittet — quid mea? scil. *refert:* Phorm. 5, 3, 17. *Quid istuc nostra?* scil. *refert.* * Plaut. Curc. 3, 1, 25. *Nam quid id* REFERT *mea.*

(2) In QUID, SI, *was, wenn.* Val. Flacc. 6, 454. *Quid, si caecus amor, saevusque accesserit ignis?* Virg. Ecl. 10, 38. *Quid tum, si fuscus Amyntas? et nigrae violae sunt, et vaccinia nigra:* pro *quid refert, si,* vel *quid iuvat, si.* * Mart. 13, 73. *Rustica sim, an perdix, quid* REFERT, *si sapor idem est?* Ovid. Met. 13, 268. *Quid tamen hoc* REFERT, *si se pro classe Pelasga arma tulisse refert?* Her. 6, 137. *Quid* REFERT, *scelerata piam si vincit?* Met. 13, 965. *Quid* IUVAT *esse deum, si tu non tangeris istis?*

REFERO, *erzählen, vergelten,* (1) in QUID? *was,* cum accusativo casu. Ovid. Met. 12, 449. *Quid tibi victorem geminii Periphanta Pyreti?* pro *quid refero tibi,* vel *quid revolvo tibi:* * Her. 9, 143. *Sed quid ego haec* REFERO? Virg. Aen. 2, 101. *Sed quid ego haec autem nequicquam ingrata* REVOLVO?

(2) In PAR PARI, *gleiches mit gleichem.* Plaut. Pseud. 2, 4, 26. *Eugē, par pari! aliud autem quod cupiebam contigit:* pro *par pari refero.* * Terent. Eun. 3, 1, 53. *Si laudabit haec illius formam, tu huius contra. denique par pro pari* REFERTO, *quod eam mordeat.*

REGIO, *District, Ort,* in ablativis casibus quibusdam, ut (1) in QUA, *wo.* Grat. Falisc. 14. *Qua primam quaerebat opem:* pro *qua regione.* * Virg. Aen. 9, 390. *Qua te* REGIONE *reliqui.* Ovid. Met. 8, 232. *Qua te* REGIONE *requiram, Icare, dicebat.*

(2) In QUACUNQUE, *wo auch.* Nepos 23, 3, 3. *Quacunque iter fecit, cum omnibus incolis conflixit.* Cic. Verr. 1, 16, 44. *Quacumque iter facit:* pro *quacunque regione.*

[REGIO, vel VIA, *Gegend, Weg,* in RECTA, *gerade.* Cic. Att. 6, 8. *E navi recta ad me venit:* scil. *regione.* * Liv. 21, 31. *Quum Alpes peteret, non recta* REGIONE *iter instituit, sed ad laevam flexit.* Terent. Phorm. 2, 1, 80. *Eo: recta* VIA *quidem illuc.*]

REGNUM, *Reich,* in INANE, *das leere.* Stat. Theb. 4, 477. *Solvite pulsanti loca muta, et inane severae Persephones:* pro *inane regnum.* * Ovid. Met. 4, 509. *Sic victrix — ad inania magni* REGNA *redit Ditis.*

RELINQUO, *verlassen,* in CUR? *warum?* cum accusativo casu. Terent. Andr. 4, 4, 8. *Cur tu, obsecro, hic me solum?* scil. *reliquisti.*

REMANEO, *zurückbleiben,* in SOLUS, *allein.* Terent. Andr. 1, 5, 50. *Vos semotae; nos soli:* scil. *remansimus,* ut Donatus observat.

REMOROR, *bleiben,* in ISTIC, *dort.* Terent. Eun. 1, 2, 91. *Quid istic, Phaedria?* pro *istic remoramur,* ut Donatus observat.

REPUDIUM, *Scheidung,* (1) in DIMITTERE, *entlassen.* Sueton. Tiber. 10. *Dubium, uxorisne taedio, quam neque criminari aut dimittere auderet, neque ultra perferre posset:* pro *dimittere repudio.* * Iustin. 11, 11, 5. *Qua ex caussa Olympiadem, velut stupri compertam,* REPUDIO *dimiserat.*

(2) In Renuntiare, *entsagen.* Sueton. Galb. 11. *Non multum abfuit, quin vitae renuntiaret:* scil. *repudium.* Quintil. 10, 7, 1. *Mea quidem sententia civilibus officiis renunciabit:* scil. *repudium.* *Plaut. Aul. 4, 10, 53. *Me nunc renuntiare* repudium *iussit tibi.* Terent. Phorm. 4, 3, 72. *Illis* repudium *renuntiet; hanc ducat.*

RES, *Geld, Sache, Geschäft,* I. in Attentus, ta, *angestrengt, aufmerksam.* Cic. pro Rosc. Am. 16, 45. *Tamenne haec attenta vita et rusticana, relegatio atque amandatio appellabitur?* pro *attenta ad rem.* Horat. Ep. 1, 7, 91. *Durus ait, Vultei, nimis attentusque videris esse mihi:* pro *attentusque ad rem.* *Terent. Adelph. 5, 8, 31. *Nimium* ad rem *in senecta attenti sumus:* 5, 3, 48. *Attentiores sumus* ad rem *omnes, quam sat est.*

II. In adiectivis quibusdam, ut (1) in Pecuaria, *Viehzucht.* Sueton. Caes. 42. *Neve hi, qui pecuariam facerent, minus tertia parte puberum ingenuorum inter pastores haberent:* pro *pecuariam rem.* Varro R. R. 3, 1. *Tres libros institui, e queis duo scripsi: primum — de agricultura; secundum de pecuaria:* scil. *re.* *Cic. pro Quinct. 12, 3. *Erat ei pecuaria* res *ampla.* Plaut. Truc. 1, 2, 45. *Male vertit* res *pecuaria mihi apud vos.*

(2) In Salvae, *sicher.* Liv. 1, 58. *Satin' salvae? minime, inquit:* 6, 34. *Percunctatus, satin' salvae?* Plaut. Men. 5, 2, 26. *Salva sis; salvaene?* scil. *res.*

(3) In Secundae, *glückliche.* Auson. Clar. Urb. 6, 3. *Quae freta secundis nescivit servare modum.* Terent. Andr. 5, 6, 11. *Me in tuis secundis respice:* pro *secundis rebus:* *Phorm. 2, 1, 11. *Quum secundae* res *sunt maxime.* Cato ap. Aul. Gell. 7, 3. *Secundae* res *laetitia transvorsum trudere solent a recte consulendo atque intelligendo.*

(4) In Summa, *die höchste.* Lucr. 5, 164. *Nec verbis vexare, et ab imo evertere summam:* scil. *rerum:* *195. *Qualibus haec* rerum *genitur nunc summa novando.*

III. In verbis quibusdam, ut (1) in Evenit, *es ereignet sich.* Cic. de Orat. 2, 55, 224. *Forte evenit, ut in Privernati essemus:* pro Planc. 6, 15. *Ut plerumque evenit:* pro *evenit res.* Plaut. Curc. 1, 1, 39. *Male illis eveniat:* scil. *res.* Terent. Andr. Prol. 4. *Verum aliter evenire multo intelligit:* pro *evenire rem.* *Sallust. Iug. 7. *Sed ea* res *longe aliter, ac ratus erat, evenit.*

[(2) In Solvere, *bezahlen.* Cic. Att. 1, 3. *Misimus, qui pro vectura solveret:* sc. *rem, argentum, pecuniam.* *Plaut. Curc. 3, 1, 9. *Pugnis rem* solvant, *si quis poscat clarius.*]

(3) In Tenere, *wissen.* Terent. Andr. 1, 5, 65. *Verbum unum cave de nuptiis, ne ad morbum hoc etiam. Teneo:* scil. *rem:* Eun. 3, 1, 15. *Scio: quasi ubi illam expueret miseriam ex animo. Tenes:* scil. *rem.* *Plaut. Amph. Prol. 110. *Nunc, de Alcumena ut* rem *teneatis rectius, utrinque est gravida, et ex viro, et ex summo Iove:* Capt. 1, 2, 81. *I modo, venare leporem: nunc i,* rem *tenes.*

IV. In dictionibus quibusdam, ut (1) in Bene vertere, *zum Guten wenden.* Terent. Adelph. 4, 7, 10. *Puer natus est — di bene vortant!* Plaut. Aul. 2, 1, 52. *Scio quid dictura es, hanc esse pau-*

perem. Haec pauper placet. Di bene vortant! Id. ibid. 2, 3, 4. *Huic nuptum Megadoro dabo. Di bene vortant!* scil. *rem.*

(2) In Ita est, *so ist es.* Terent. Eun. 4, 4, 30. *Fraterne?— Ita:* scil. *res est:* *Heaut. 1, 1, 106. *Ita* res *est, fateor.* Plaut. Asin. 2, 4, 53. *Scilicet ita* res *est:* Amphitr. 2, 1, 19. *Profecto ut loquor, ita* res *est.*

(3) In Nihil attinet, *es lohnt nicht.* Auct. ad Herenn. 1, 2. *Nam illi, ne parum multa scisse viderentur, ea conquaesierunt, quae nihil attinebant:* scil. *ad rem.* Cic. Acad. 4, 12, 38. *Nihil attinet de assensione omnino loqui:* pro *nihil ad rem.*

(4) In Nihil istius, *nichts davon.* Terent. Heaut. 3, 3, 10. *Nil me istius facturum, pater:* pro *istius rei.*

(5) In Non est, *es ist nicht,* cum genitivo casu. Virg. Aen. 1, 601. *Non opis est nostrae, Dido:* pro *non est res.* Cic. Cat. 4, 4. *Non putet esse suae dignitatis:* pro *esse rem.* *Caes. B. C. 1, 13. *Docent sui iudicii* rem *non esse.*

(6) In Quid cum? *was mit?* Terent. Eun. 3, 3, 5. *Roget quis, quid tibi cum illa?* pro *quid rei:* *4, 7, 34. *Quid cum illa* rei *tibi est?* Adelph. 2, 1, 23. *Quid tibi* rei *mecum est?*

(7) In Quid eius, *was dessen.* Cic. Att. 16, 4. *Itaque non vides, sciturum me, quid eius sit, ni statim aliquid litterarum:* pro *quid eius rei.*

(8) In Quid hoc? *was dies?* Terent. Andr. 3, 1, 10. *Quid hoc?* scil. *rei est,* ut Donatus observat, vel *negotii.* *Id. Heaut. 4, 4, 21. *Quid est* rei? Hecyr. 1, 2, 22. *Sed quid hoc* negoti *est?*

(9) In Quicquid huius, *was auch dafür.* Terent. Eun. 1, 2, 122. *Et quicquid huius feci, causa virginis feci:* pro *quicquid huius rei,* ut Donatus observat: 5, 5, 10. *Quicquid huius factum 'st culpa non factum 'st mea.*

(10) In Redit in eum locum, ut, *es ist dahin gekommen, dass.* Terent. Adelph. 2, 4, 8. *Hoc mihi dolet, nos pene sero scisse, et pene in eum locum redisse, ut si omnes cuperent, tibi nil possent auxiliarier:* pro *rediisse rem:* [ubi Bentleius *pene* delevit, et: *in eum rem* edidit. M. R.] *Heaut. 2, 3, 118. *In eum* res *rediit locum, ut sit necesse.*

(11) In Sic est, *so ist es.* Terent. Eun. 5, 5, 22. *Pro eunuchon'? Sic est.* Id. Heaut. 2, 3, 1. *Ain' tu? Sic est:* scil. *res.* *Id. Andr. 3, 4, 9. *Quid ais? Sic* res *est.*

RES HUMANAE, *die Menschheit,* vel **MORS,** *Tod,* in Eripi, *entrissen werden.* Ovid. ad Liviam 65. *Vidimus erepta moerentem stirpe sororis:* pro *erepta rebus humanis,* vel *erepta morte:* 200. *Obvia turba ruit, lacrimisque rigantibus ora, consulis erepti publica damna refert:* pro *erepti rebus humanis* vel *erepti morte.* *Curt. 10, 5, 19. *Indignantium voces exaudiebantur, tam viridem, et in flore aetatis fortunaeque invidia deum ereptum esse* rebus humanis. Iustin. 13, 1, 4. Morte *ereptus esset.*

RES PUBLICA, vel **RES, RERUM,** *der Staat,* in Administrare, *verwalten.* Cato in Cic. Fam. 15, 5. *Ut tuam virtutem, innocentiam, diligentiam — pari industria administrare gaudeam:* pro *administrare rem publicam,* vel *res.* Caes. B. C. 3, 26. *Illi, adhibita audacia et virtute, administrantibus M. Antonio et Fusio Caleno, naves solvunt:* pro

administrantibus rem publicam, vel *res*. *Cic. Off. 1, 87. *Qui inter se contenderent, uter potius* REM PUBLICAM *administraret*. Liv. 27, 37. *Ut — communi animo consilioque administrarent* REM PUBLICAM. Curt. 10, 7, 9. *Adiecit, ut in Europa Craterus et Antipater* RES *administrarent*.

RESCISCO, *erfahren*, in NE, *dass nicht*. Terent. Heaut. 4, 3, 11. *Nam amici quoque res, est videnda, in tuto ut colloceur, ne quid de amica nunc senex*: pro *ne resciscat*: *4, 2, 3. *Ne esse amicam hanc gnati* RESCISCAT *senex*: Andr. 2, 3, 26. *Puerum autem ne* RESCISCAT *mi esse ex illa*.

RESINA, *Harz*, in TEREBINTHINA, *von Terpentin*, in Scribon. p. 205, 231, 255: *75. RESINA *terebinthina vera*. Plin. 23, 8. *Terebinthina* RESINA.

RESISTO, *widerstehn*, in DIFFICILE EST, *es ist schwer*. Terent. Andr. 2, 3, 6. *Quidvis patiar. Pater est, Pamphile. Difficile est*: scil. *resistere*, ut Donatus observat.

RESPONDEO, *antworten*, (1) in AD EA, AD HAEC, *darauf*. Tacit. Ann. 4, 40, 1. *Ad ea Tiberius, laudata pietate Seiani, — adiunxit*: pro *ad ea respondens*. Horat. S. 1, 5, 65. *Multa Cicerus ad haec*: 2, 8, 75. *Nasidienus ad haec*. Ovid. Met. 12, 542. *Tristis ad haec Pylius: quid me meminisse malorum cogis?* pro *ad haec respondebat*.

(2) In AT ILLE, *aber er*. Phaedr. 1, 25, 8. *At ille, facerem mehercule, nisi esse scirem carnis te cupidum meas*: pro *at ille respondit*.

(3) In NIHIL CONTRA, *nichts dagegen*. Ovid. Met. 5, 28. *Eumque non tibi, sed certae praelatum intelligemorti. Ille nihil contra*; scil. *respondet*.

(4) In QUID? *was?* Terent. Eun. 3, 1, 26. *Pulchre mehercle dictum et sapienter: pupae! iugularas hominem: quid ille?* scil. *respondit?* Pers. Sat. 1, 85. *Fur es, ait Pedio: Pedius quid?* scil. *respondet*. Cic. pro Mil. 103. *Quid tibi Q. frater, qui nunc abes, consorti mecum temporum illorum?* pro *quid tibi respondebo*.

RESPONSUM, *Antwort*, in EDERE ORACULO, *durch ein Orakel geben*. Cic. Off. 2, 22. *Pythius Apollo oraculo edidit*: scil. *responsum*. *Liv. 29, 10. *Omnia laeta exta fuisse, et* RESPONSUM *oraculo editum*.

RESTO, *überbleiben*, in QUID PORRO? *was noch?* Terent. Phorm. 5, 2, 14. *Provisum est, ne in praesentia haec hinc abeat: quid nunc porro?* scil. *restat*.

RETE, *Netz*, in IACULUM, *Wurfnetz*, quum sit adiectivum. Ovid. A. A. 1, 763. *Hi iaculo pisces, illi capiuntur ab hamis*: pro *iaculo reti*. *Plaut. Truc. 1, 1, 14. RETE *qui iaculum parat*: Asin. 1, 1, 86. *Venari* RETI *iaculo apros in medio mari*. Isidor. 18, 54. RETE, *quo gladiatorii seu retiarii utebantur, dictum iaculum*.

RUINAE, *Trümmer*, in PARIETINAE, *einer Wand*. Sisenna ap. Nonium. *Post villarum macerias, ac parietinas quinque cohortes in insidiis reliquit*: pro *parietinas ruinas*. Cic. Fam. 4, 3. *In parietinis rei publicae*. Plin. 22, 17. *Nascens in tegulis parietinisque*: scil. *ruinis*.

*Isidor. Orig. 15, 8. *Parietinas diximus, quasi parietum* RUINAS.

RUMOR, *Gerücht, Gerede*, in verbis quibusdam, ut (1) in CREBRESCIT, *verbreiten*. Tacit. Ann. 2, 39, 4. *Crebrescit vivere Agrippam:* pro *crebrescit rumor:* Hist. 2, 67, 1. *Donec motum a Vespasiano bellum crebresceret:* scil. *rumor*. *Apul. Met. 10. p. 247. *Iamque* RUMOR *publice crebuerat.*

(2) In DIFFERRE, *verbreiten*. Apul. Met. 5. *Quae vidisse poenituit, nedum ut — differamus:* scil. *rumoribus*, vel *sermonibus*. Orosius 3, 1. *Differt ut proditorem:* pro *differt rumoribus*, vel *sermonibus*. Propert. 1, 4, 21. *Et te circum omnes alias irata puellas differet:* scil. *rumoribus*, vel *sermonibus*. *Tacit. Ann. 1, 4, 2. *Pars multo maxima imminentes dominos* — RUMORIBUS *differebant*. Petron. c. 6. *Mille causae nos collident, et per totam urbem* RUMORIBUS *different*. Lucilius ap. Nonium 4, 131. *Gaudes, quum de me ista foris* SERMONIBUS *differs*. Liv. 34, 49. *Qui male commissam libertatem populo Romano* SERMONIBUS *distulerunt*.

(3) In DIFFERTUR, *verbreiten*. Tacit. Ann. 3, 12, 6. *Nam quo pertinuit nudare corpus — differrique etiam per externos, tanquam veneno interceptus esset?* pro *differrique rumorem:* 4, 25, 5. *Differtur per manipulos:* pro *differtur rumor*. *Nepos 10, 10, 1. RUMORE *dilato, Dioni vim allatam, multi concurrerant*. Sueton. Aug. 14. RUMORE *ab obtrectatoribus dilato, quasi eundem mox et discruciatum necasset.*

(4) In DISSIPARE, *verbreiten*. Coelius in Cic. Fam. 8, 1. *Te subrostrani — dissiparunt periisse:* pro *dissiparunt rumorem*. *Cic. Philipp. 14, 4, 10. *Recordamini, per deos immortales! patres conscripti, quid hoc biduo timuerimus a domesticis hostibus*, RUMORIBUS *improbissimis dissipatis. Quis liberos, quis coniugem adspicere poterat sine fletu?*

(5) In PERCREBRESCIT, *es wird verbreitet*. Plin. Paneg. 31. *Percrebuerat antiquitus, urbem nostram nisi opibus Aegypti ali sustentariquenon posse:* pro *percrebuerat rumor*. [vel potius *opinio*. M. R.] Tacit. Hist. 2, 26, 3. *Ut deleri cum universo exercitu Caecinam potuisse — percrebuerit:* scil. *rumor*.

(6) In VULGATUR, *es wird öffentlich gesagt*. Tacit. Ann. 2, 40, 1. *Vulgabatur interim per Italiam, servatum munere deum Agrippam:* 11, 11, 5. *Vulgabaturque affuisse infantiae eius dracones in modum custodum:* pro *vulgabaturque rumor*. *Liv. 3, 34, 7. RUMOR *deinde vulgatur, duas deesse tabulas.*

RUS, *Feld, Land*, (1) in AESTIVUM, *schattig*. Arnob. 3. *Cur saeva contagia — ab aestivis avertere — non curant:* pro *aestivis ruribus*, vel *pratis*. *Mart. 8, 60, 6. *Sed quod sub urbe* RUS *habemus aestivum*. Seneca Oed. 845. *Laetus Cithaeron pabulo semper novo aestiva nostro* PRATA *summittit gregi.*

[(2) In ARVA, *Wiesen*. Plaut. Truc. 1, 2, 47. *Non arvus, sed pascuus est hic ager.* *Varro. *Ager arvus est consitus, pascuus, florens.*]

(3) In NOVALE, *brach*. Val. Flacc. 6, 118. *Novalia Thebes:* pro *novalia rura*. Virg. Ecl. 1, 71. *Impius haec tam culta novalia miles habebit:* ubi Servius ait: *Novalia, nova* RURA, *quae per singulos annos novantur per semina.*

(4) In PASCUUM, *Weide*. Colum.

Anser esuriens mittatur in pascuum: scil. *rus.* Horat. Carm. 4, 4, 13. *Intenta pascuis caprea:* pro *pascuis ruribus.* *Lucr. 5, 1247. *Pandere agros pingues, et pascua reddere* RURA.

S.

[SACERDOTES, *Priester*, in DIALES, MARTIALES, QUIRINALES, SALII, etc.]

SACERDOTIUM, *Priesterschaft*, in FLAMINIUM, *des Flamen.* Liv. 26, 23. *Flaminio abiit:* scil. *sacerdotio.* Cic. Philipp. 13, 19, 41. *Flaminia cur reliquisti:* scil. *sacerdotia.* Gell. 15, 10. *Uxorem si amisit, Flaminio decedit:* scil. *sacerdotio.*

SACRIFICIUM, vel RES DIVINA, *Opfer*, (1) in FACERE, *machen.* Varro 5. *Agna Iovi facit:* scil. *sacrificium*, vel *rem divinam:* R. R. 1, 1. *Et quoniam, ut aiunt, dii facientes adiuvant:* pro *facientes sacrificia*, vel *rem divinam.* Colum. c. ult. *Nisi prius catulo feceris:* scil. *sacrificium*, vel *rem divinam.* Plaut. Stich. 1, 3, 96. *Iamne exta cocta sunt? quot agnis fecerat:* scil. *sacrificium*, vel *rem divinam.* Virg. Ecl. 3, 77. *Quum faciam vitula pro frugibus:* pro *faciam sacrificium*, vel *rem divinam.* *Liv. 1, 45. *Quidnam tu hospes paras, inquit, inceste* SACRIFICIUM *Dianae facere?* Cic. de Cl. Orat. 14, 56. *Cum M. Popilius* SACRIFICIUM — *cum laena faceret.* Plaut. Aul. 4, 2, 5. *Nunc lavabo, ut* REM DIVINAM *faciam:* Amph. 3, 3, 11. *Ego* REM DIVINAM *intus faciam.*

(2) In FIERI, *gebracht werden.* Cic. Att. 1, 10. *Credo enim te audisse, quum apud Caesarem pro populo fieret, venisse eo muliebri vestitu virum:* pro *fieret sacrificium*, vel *res divina.*

SACRA, *Opfer*, (1) in FORNACALIA, *bei den Mühlöfen.* Plin. 18, 2. *Is et fornacalia instituit:* scil. *sacra.* *Festus: *Fornacalia* SACRA *erant, quum far in fornaculis torrebant.*

(2) In NEPTUNALIA, *dem Neptunus.* Ausonius de Feriis 17, 19. *Aut duplicem cultum, quem Neptunalia dicunt:* scil. *sacra.*

[(3) In BACCHANALIA, LUPERCALIA, SUOVETAURILIA, TERMINALIA.]

SACRUM, *Opfer*, (1) in NOVENDIALE, *neuntägig.* Augustinus l. 1. Quaest. super Genes. c. pen. *Celebrare luctum novem dies, quod apud Latinos novendiale appellant:* scil. *sacrum.* Iul. Obsequens 56. p. 40. *Lapidum pluviae novendiali expiatae:* scil. *sacro:* *Ibid. SACRUM *novendiale factum.* Liv. 1, 31. *Novendiale* SACRUM *publice susceptum est.*

(2) In PIACULARE, *sühnend.* Liv. 42, 3. *Ut piacularia Iunoni fierent:* pro *piacularia sacra*, vel *sacrificia:* *29, 21. *Piaculare* SACRUM *fecerunt:* 1, 26. *Piacularibus* SACRIFICIIS *factis.*

SAGITTAE, *Pfeile*, in PLUMBATAE, *mit Blei begossen*. Veget. 1, 17. *Plumbatarum quoque exercitatio — est tradenda iunioribus*: pro *plumbatarum sagittarum*. [vel potius: *pilarum*. M. R.] *Plin. 10, 33. *Plumbatis eos* SAGITTIS *decutiunt*.

SALARIA, *Gehalt*, *Lohn*, in ANNUA, *iährlich*. Sueton. Tiber. 50. *Peculio concesso a patre, praebitisque annuis fraudavit*: pro *annuis salariis*. Plin. 10, 40. *Atque etiam, ut publici servi, annua accipiunt*: scil. *salaria*. *Sueton. Nerone c. 10. *Senatorum nobilissimo cuique, sed a re familiari destituto, annua* SALARIA — *constituit*.

SALIX, *Weide*, in VIMINALIS, *zum Flechten*. Plin. 17, 20. *Haec est viminalium cultura*: pro *viminalium salicum*. *Colum. 4, 30, 1. SALICES *viminales*: 4, 31, 2. SALIX *viminalis*.

SALSA, *gesalzen*, in MOLA, *Opfermehl*. Virg. Aen. 4, 517. *Ipsa mola manibusque piis — testatur moritura deos*: pro *mola salsa*. Lucan. 1, 610. *Obliquoque molas inducere cultro*: pro *molas salsas*. Cic. de Divin. 2, 16, 37. *Iam abscedet simul ac molam et vinum insperseris*: pro *molam salsam*. *Plin. 18, 2. *Supplicare mola* SALSA. Plaut. Amph. 2, 2, 108. *Aut mola* SALSA *hodie, aut ture comprecatum oportuit*. Mart. 7, 54, 5. *Consumpsi* SALSASQUE *molas, et thuris acervos*.

SALVE, *Gruss*, in IUBERE, *bieten*, cum accusativo nominis proprii. Naevius in Ludo: *Iubeo Albanum Amulium*: scil. *salvere*. Terent. Andr. 3, 3, 1. *Iubeo Chremetem*: scil. *salvere*, ut Donatus observat: *Adelph. 3, 4, 14. SALVERE *Hegionem plurimum iubeo*. Horat. Ep. 1, 10, 1. *Urbis amatorem Fuscum* SALVERE *iubemus*. Liv. 1, 16. SALVERE *omnes Romulum deum iubent*.

SALUS, *Heil*, in VADUM, *eine Furth*. Terent. Andr. 5, 2, 4. *Omnis res est iam in vado*: scil. *salutis*. *Plaut. Aul. 4, 10, 73. *Haec propemodum iam esse in vado* SALUTIS *res videtur*.

SANGUIS, vel CRUOR, *Blut*, in IMBUERE, *eintauchen*. Ovid. ex Ponto 2, 1, 65. *Imbuero Scythicas si non prius ipse sagittas*: pro *imbuero sanguine*, vel *cruore*. Calpurn. Ecl. 2, 64. *Quam si caper imbuat aras*: scil. *sanguine*, vel *cruore*: 5, 27. *Tepidos tunc hostia cultros imbuat*: scil. *sanguine*, vel *cruore*. *Virg. Aen. 7, 541. *Ubi* SANGUINE *bellum imbuit, et primae commisit funera pugnae*. Seneca Troad. 217. *Rudem* CRUORE — *dextram imbuit*.

SAPIENTES, *Weise*, in SEPTEM, *die sieben*. Cic. Acad. 4, 37, 118. *Princeps Thales, unus e septem — ex aqua dixit constare omnia*: pro *e septem sapientibus*.

SARCINA, *eine Last*, in IMPONERE, *auflegen*, *betrügen*. Nepos 18, 5, 7. *Praefectis Antigoni imposuit*. Cic. Q. Fratr. 2, 6. *Cui tamen egregie imposuit Milo noster*. Quintil. Decl. 6, 22. *Spes tibi perpetuae laudis imposuit*: scil. *sarcinam*. *Plaut. Most. 2, 1, 82. *Hinc speculabor procul, unde advenienti* SARCINAM *imponam seni*. [Abaliis *fraus* subintelligi solet. M. R.]

SATUS, *entstammt*, in STIRPE,

von Geschlecht. Auson. Profess. 10, 5. *Qui, quamvis humili stirpe — introtulere tamen grammatices studium:* pro *stirpe sati:* 12, 3. *Qua forma aut merito fueris, qua stirpe parentum:* scil. *satus:* *4, 7. *Tu — stirpe Druidarum* SATUS.

SAXUM, *Fels*, (1) in PRAERUPTA, *abschüssig.* Plin. 8, 32. *Ad praerupta ducunt, saltumque demonstrat:* pro *praerupta saxa.* *Cic. Verr. 5, 56, 145. *Praerupta* SAXA *tenuisse dicuntur.* Curt. 5, 4, 18. *Praeter invias rupes, ac praerupta* SAXA.

(2) In TARPEIUM, *Tarpeiisch.* Seneca 1 de Ira p. 13. *Quum Tarpeio proditorem hostemve publicum imponam:* pro *Tarpeio saxo.* *Aurel. Vict. de Vir. Illustr. 24, 7. *De* SAXO *Tarpeio praecipitatus est;* 66, 8. *Caepionem — ait se de* SAXO *Tarpeio praecipitaturum.*

SCALAE, *Treppen*, in GEMONIAE, locus Romae, ubi damnati Tiberim deiecti sunt. Tacit. Hist. 3, 74. *Truncum corpus Sabini in Gemonias trahunt.* Sueton. Tiber. 53. *Abiicere in Gemonias:* scil. *scalas.* *Aurel. Vict. de Caes. 8, 6. *Ad* SCALAS *Gemonias — pertractus:* 33, 31. *Per* SCALAS *Gemonias praeceps agendos decrevit.* Id. Epit. 8, 4. *Per* SCALAS *Gemonias trahitur.*

SCELUS, *Verbrechen*, in ASTRINGERE, ADSTRINGERE, *schuldig machen*, cum genitivo casu. Plaut. Poen. 3, 4, 27. *Homo furti se astringet:* Rud. 4, 7, 34. *Et ipsum sese et illum furti astringeret:* pro *furti crimine.* *Cic. Philipp. 4, 9, 4. *Quem si consulem illa provincia putaret, neque eum reciperet, magno* SCELERE *se astringeret.*

SCIO, *wissen*, (1) in CURAE EST, *Sorge tragen.* Terent. Hec. 1, 2, 118. *Nisi sane curae est, quorsum eventurum hoc siet:* pro *curae est scire*, ut Donatus observat.

(2) In DARE, *lassen.* Terent. Heaut. Prol. 10. *Nunc, quam ob rem has partes didicerim, paucis dabo:* scil. *scire.* Cic. Acad. 1, 3, 10. *Sed da mihi nunc, satine probas?* Horat. Sat. 2, 8, 4. *Da, si grave non est, quae prima iratum ventrem placaverit esca.* Virg. Ecl. 1, 19. *Sed tamen, iste deus qui sit, da, Tityre, nobis:* pro *da scire.* *Ovid. Met. 14, 695. *Etenim mihi multa vetustas* SCIRE *dedit.*

(3) In EXSPECTARE, *warten.* Terent. Andr. 1, 1, 7. *Exspecto quid velis:* pro *exspecto scire*, ut Donatus observat.

(4) In FORE, *sein werden.* Horat. Carm. 3, 16, 7. *Fore enim tutum iter:* pro *sciebant enim fore.* *Plaut. Asin. 5, 2, 19. *Ego istuc* SCIO *ita fore illi.*

SCRIBA, *Abschreiber*, in LIBRARIUS, *von Büchern.* Horat. A. P. 354. *Ut scriptor, sic peccat idem librarius:* scil. *scriba.* *Varro R. R. 3, 2. SCRIBA *librarius libertus eius, qui apparuit Varroni.*

[SCRIBO, *schreiben.* Cic. Att. 1. *In ea Pompeii epistola erat in extremo:* scil. *scriptum:* 4, 14. *Occupationum mearum vel hoc signum est, quod epistola librarii manu est:* sc. *scripta.*]

SCUTICA, *Peitsche*, in TAUREA, *Ochsenziemer.* Iuvenal. 6, 491. *Taurea punit continuo flo-*

xi crimen: pro *taurea scutica.* Tertulian. ad Mart. fin. *Alii inter taureas inambulaverunt.*

SCUTUM, *Schild*, in ANCILE, *kurz, oval.* Virg. Aen. 7, 188. *Laevaque ancile gerebat:* pro *ancile scutum*, ut ex Servio apparet.

SE, *sich*, I. in praepositionibus quibusdam, ut (1) in ANTE, *vor.* Virg. Georg. 3, 552. *Morbos agit ante metumque, inque dies avidum surgens caput altius effert:* pro *ante se.*

(2) In POST, *hinter.* Lucr. 1, 374. *Quia post loca pisces linquant:* pro *post se.*

II. In verbis quibusdam, ut (1) in ACCINGERE, *sich rüsten.* Virg. Aen. 2, 235. *Accingunt omnes operi:* pro *accingunt se:* *1, 210. *Illi* SE *praedae accingunt.*

(2) In ADGLOMERARE, vel AGGLOMERARE, *anreihen.* Virg. Aen. 2, 341. *Et lateri agglomerant nostro:* pro *agglomerant se:* *12, 457. *Densi cuneis* SE *quisque coactis agglomerant.* Val. Flacc. 2, 171. *Agglomerant* SESE, *nudisque sub astris condensae fletus acuunt.*

(3) In ADMOVERE, *nähern.* Curt. 9, 4, 27. *Iam admovebat rex, quum vates monere eum coepit:* pro *admovebat se*, vel *gressus.* *Petron. 11. *Ascyltos furtim* SE *foribus admovit:* 86. *Ephebus ultro* SE *admovit.* Stat. Theb. 11, 560. *Dum videt haec dicens,* GRESSUS *admovit.*

(4) In AVERTERE, *abwenden.* Virg. Aen. 1, 104. *Tum prora avertit:* scil. *se.* Sil. Ital. 15, 583. *Ubi arma avertisse — cognovit.* Gell. 4, 18. *Id quum dixisset, avertit:* scil. *se.* *Colum. 6, 37, 10. *Ne femina colluctari, aut admissario ascendenti avertere* SE *possit.* Caes. B. C. 1, 1. *Totum* SE *ab eius amicitia averterat.*

(5) In CONFICERE, *abmachen.* Arnob. 7. *Casibus nullus est in his locus, sed ineluctabili omnia necessitate conficiunt:* scil. *se.*

(6) In CONVERTERE, *wenden, verwandeln.* Val. Flacc. 7, 625. *Ad socias convertere Colchidos artes:* pro *convertere se.* Iustin. 36, 2, 15. *Quod ex causa factum paulatim in disciplinam religionemque convertit:* scil. *se.* Sallust. Cat. 6. *Regium imperium in superbiam dominationemque convertit:* scil. *se.* *Terent. Eun. 3, 5, 40. *Deum* SESE *in hominem convertisse.* Cic. Off. 3, 82. *Quid enim interest, utrum ex homine* SE *convertat quis in belluam?*

(7) In DARE, *geben.* Terent. Heaut. 5, 1, 43. *Quos res dedere, ubi possem persentiscere, nisi essem lapis?* pro *dedere se.* Mart. 2, 31. *Det quam bene quaeris?* pro *det se.* *Plaut. Bacch. 4, 4, 25. *An nesciebas, quam eiusmodi homini raro tempus* SE *daret?* Ennius ap. Isidorum Etym. 1, 25. *Quasi in choro pila ludens datatim dat* SE *et communem facit.*

(8) In DECLINARE, *neigen.* Lucan. 10, 235. *Nec campos liberat undis, donec in autumnum declinet Phoebus:* pro *declinet se.* *Ovid. Met. 7, 88. *Nec* SE *declinat ab illo.* [Iustin. 5, 1. *Quo se fortuna, eodem etiam favor hominum inclinat.*]

(9) In DEDERE, *ergeben.* Curt. 3, 1, 6. *Qui denuntiaret, ni dederent, ipsos ultima esse passuros:* pro *dederent se.* *Plaut. Amph. 1, 1, 102. *Deduntque* SE, *divina humanaque omnia, urbem et liberos.* Frontin. 4, 1. *Falisci ob hanc iustitiam sponte* SE *dediderunt.*

(10) In DEFORMARE, *schmücken.*

Quintil. Decl. p. 298. *Primo quidem deformavit tantum diligentior cultus:* pro *deformavit sese.* *Claudian. in Eutrop. 1, 305. *Erecto pectore dives ambulat, et claro* SESE *deformat amictu.* [Sed in priore exemplo *sese* omnino subintelligi non posse quivis videbit. M. R.]

(11) In EMERGERE, *auftauchen, entkommen.* Cic. de Fin. 3, 48. *Ut iam iamque possint emergere:* 4, 64. *Si plures ex alto emergere velint:* pro *emergere se:* Vatin. 12. *Qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emersissè aliquando:* pro *emersisse se:* Coel. 31. *Verum ex eo, quicquid erat, emersit:* scil. *se.* Aurel. Vict. Epit. 4, 9. *Atque in Aegaeo mari repente insula emersit:* scil. *se.* Lucan. 4, 128. *Stagnis emergere colles incipiunt:* pro *emergere se.* *Terent. Andr. 3, 3, 30. *Dein facile ex illis* SESE *emersurum malis.* Nepos Att. 11, 1. *Quibus ex malis ut* SE *emerserat, nihil aliud egit, quam ut plurimis, quibus rebus posset, esset auxilio.* (Cic.) Harusp. Resp. 25. *Iam ista serpens, quae tum hic delitescit, tum* SE *emergit et fertur illuc, compressa atque illisa morietur.*

(12) In ERUMPERE, *hervorbrechen, ausfallen.* Aurel. Vict. de Orig. Gent. Rom. 15, 3. *Latini urbe eruperunt:* scil. *se.* Val. Flacc. 8, 323. *Volucrum gens turbida fratrum erumpit:* scil. *se,* vel *sese.* *Caes. B. C. 2, 14. *Portis* SE *foras erumpunt.* Virg. G. 1, 445. *Aut ubi sub lucem densa inter nubila* SESE *diversi erumpent radii:* 4, 368. *Unde altus primum* SE *erumpit Enipeus.* Lucr. 4, 1108. *Tandem ubi* SE *erupit nervis conlecta cupido.*

(13) In FACESSERE, *fortbegeben.* Terent. Phorm. 4, 8, 30. *Haec hinc facessat:* scil. *se.* Apul. 6. p. 177, 34. *Facessit cubitum:* pro *facessit se.* Cic. ap. Nonium 4, 196. *Facessant igitur omnes:* pro *facessant se.*

(14) In FERRE, *erheben.* Gratius Cyn. 142. *Post ubi proceris generosa stirpibus arbos se dederit, teretesque ferent ad sidera virgae:* pro *ferent se.* Seneca N. Q. 5. p. 766. *Quidam* (venti) *sunt quorundam locorum proprii, qui non transmittunt, sed in proximum ferunt:* scil. *se.* Virg. Aen. 9, 596. *Tumidusque novo praecordia regno ibat, et ingentem* SESE *clamore ferebat.* Val. Flacc. 4, 199. *At procul e silvis* SESE *gregibusque ferebat saevus in antra Gigas:* 4, 405. *Huc adytis iam* SE *de more paternis rex fert:* 8, 109. *Qua* SE *arduus heros ferret ad aurigerae caput arboris.*

(15) In FRANGERE, *zerbrechen.* Plaut. Amph. 1, 1, 77. *Tela frangunt; boat coelum fremitu boum:* pro *frangunt se.* *Val. Flacc. 6, 354. *Magno veluti quum turbine* SESE *ipsius Aeoliae frangunt in limine venti.* Cic. de Orat. 1, 265. SE *calor frangit.* Varro R. R. 2, 2, 18. *Fregerunt* SE *frigora.*

(16) In HABERE, *haben.* Liv. 8, 6. *Bene habet:* scil. *se.* Plaut. Pseud. 4, 1, 25. *Optume habet:* scil. *se.* *Terent. Eun. 4, 7, 30. *Scin' tu, ut tibi res* SE *habeat?* Florus 4, 2, 68. *Bene* SE *habet imperator.*

(17) In INSINUARE, *einschleichen.* Virg. Aen. 2, 228. *Novus per pectora cunctis insinuat pavor:* pro *insinuat se.* Plaut. Cist. 1, 1, 94. *Inde in amicitiam insinuavit:* scil. *se.* Cic. Verr. 3, 68. *Videtis — quibus rebus ac muneribus insinuet in familiaritatem Metelli?* pro *insinuet se.* Liv. 40, 37. *Fraudis humanae insinuaverat suspicio animis:* pro *insinuave-*

rat se. * Cic. pro Caec. 5, 13. *Qui* SE *eius in familiaritatem insinuasset hac ratione.* Aurel. Vict. de Orig. Gent. Rom. 5, 3. *Brevi tempore in familiaritatem Fauni* SE *insinuavit.* Iustin. 5, 2, 5. *Cui* SE *celeriter officii comitate et obsequendi gratia insinuavit.*

(18) In MINUERE, *abnehmen.* Pallad. Febr. 24, 4. *Minuente luna.* Caes. B. G. 3, 12. *Minuente aestu:* pro *minuente se.*

(19) In MISCERE, *mischen.* Virg. Aen. 1, 433. *Infert se septus nebula, mirabile dictu, per medios, miscetque viris:* scil. *se*, ut Servius observat.

(20) In MUTARE, *verändern.* Catull. Epigr. 22, 11. *Tantum abhorret, et mutat:* scil. *se.* Quintil. 1, 10. *Diu enim mutantibus* (verbis) *repugnandum:* pro *mutantibus se.* Varro ap. Gell. 18, 12. *In priore verbo graves prosodiae, quae fuerunt, manent, reliquae mutant:* scil. *se.*

(21) In PENETRARE, *eindringen.* Cic. de Clar. Orat. 31, 142. *Nulla res magis penetrat in animos.* Ulpianus in l. 4. in princip. D. de Aedil. Edict. *Vitium corporis usque ad animum penetrat:* Lucr. 2, 682. *Nidor enim penetrat — in artus:* pro *penetrat se.* * Plaut. Amph. 1, 1, 94. *Perduelles penetrant* SE *in fugam.*

(22) In PRAEBERE, *geben.* Ovid. Art. A. 2, 685. *Odi, quae praebet, quia sit praebere necesse:* pro *praebet se, praebere se.* * Cic. Acad. 1, 6, 24. *De natura autem ita dicebant, ut eam dividerent in res duas: ut altera esset efficiens, altera autem quasi huic* SE *praebens.*

(23) In PRAECIPITARE, *hinabstürzen.* Val. Aedituus ap. Gell. 19, 9. *Aut imber coelo — praecipitans:* scil. *se.* Virg. Aen. 2, 9. *Nox humida coelo praecipitat:* scil. *se.* Caes. B. C. 3, 25. *Multi iam menses transierant, et hiems praecipitaverat:* scil. *se.* Lucr. 2, 247. *Pondera — ex supero quum praecipitant:* scil. *se.* * Val. Flacc. 2, 115. *Cum dea* SE *piceo per sudum turbida nimbo praecipitat:* 4, 296. *Nullo discrimine* SESE *praecipitans.* Caes. B. G. 4, 15. *Reliqui* SE *in flumen praecipitaverunt.*

(24) In PROPAGARE, *fortpflanzen.* [? M. R.] Lucr. 1, 21. *Efficis, ut cupide generatim saecla propagent:* 2, 173. *Ut res per Veneris blanditim saecla propagent:* scil. *se.*

(25) In PRORUERE, *hervorstürzen.* Liv. 9, 14. *Quum pars vellerent vallum, atque in fossas se proruerent.* Val. Flacc. 6, 599. *In caput — proruit:* scil. *se.* * Terent. Eun. 3, 5, 51. *Foras simul omnes proruunt* SE.

(26) In REFERRE, *gehören.* Plaut. Pers. 4, 4, 44. *Percontari volo, quae ad rem referunt:* scil. *se.*

(27) In TENDERE, *ausstrecken, zielen.* Virg. G. 3, 506. *Imaque longo ilia singultu tendunt:* scil. *se.* Val. Flacc. 2, 306. *Tenditque ad litora pontus:* pro *tenditque se.* * Plaut. Pseud. 1, 2, 81. *Tenes quorsum haec* SE *tendant quae loquor?*

(28) In TRANSMITTERE, *übertragen.* Seneca Q. N. 5. p. 766. *Quidam* (venti) *sunt quorundam locorum proprii, qui non transmittunt:* scil. *se.*

(29) In TURBARE, *verwirren.* Virg. Aen. 6, 801. *Et septemgemini turbant trepida ostia Nili:* pro *turbant se.* Lucr. 2, 125. *Corpora, quae in solis radiis turbare videntur:* pro *turbare se.*

(30) In VERTERE, *wenden.* Priscianus Perieg. 199. *Marmaridae post hos Aegypti ad flumina vertunt:* scil. *se.* Curt. 4, 6, 29. *Ira*

deinde vertit in rabiem: pro *vertit se*: 7, 1, 1. *Invidia in misericordiam vertit*: scil. *se*. Nepos 17, 4, 4. *Quod iter Xerxes anno vertente confecerat*: pro *vertente se*. * Lucr. 1, 783. *Et primum faciunt ignem* SE *vertere in auras*: 2, 873. *Praeter ea cunctas itidem res vertere* SESE, *vertunt* SE *fluvii*: 5, 616. *Canceris ut vertat metas* SE *ad solstitialeis*.

SECTA, *Secte*, in CYNICE, *der Cyniker*. Auson. Epigr. 22. *Alcida quondam fueram doctore secundus*: *nunc ego sum Cynices primus, et ille deus*: pro *Cynices sectae*.

[SECTURAE, *Gruben*, in AERARIAE, ARGENTARIAE, AURARIAE, FERRARIAE. Caes. B. G. 7, 22. *Apud eos magnae sunt ferrariae*: *3, 21. *Multis locis apud eos aerariae* SECTURAE *sunt*.]

SECUNDUS, FERENS, ADSPIRANS, *günstig, beistimmend*, (1) in FORTUNA, *Glück, Zufall*. Curt. 3, 2, 18. *Homines, qui se permisere fortunae, etiam naturam dedicerunt*: pro *fortunae secundae, ferenti*, vel *adspiranti*. Iustin. 5, 1, 11. *Quo se fortuna, eodem etiam favor hominum inclinat*. Petron. 80. *Quum fortuna manet, voltum servatis amici*. Virg. Aen. 3, 16. *Dum fortuna fuit*: scil. *secunda, ferens*, vel *adspirans*. * Ovid. de Ponto 2, 3, 23. *Diligitur nemo, nisi cui fortuna* SECUNDA *est*. Nepos 1, 2, 4. *Sed* SECUNDA *fortuna adversariorum capti, resistere ausi non sunt*. Seneca de Benef. 3. p. 291. *Et virtute opus est, et tempore, et facultate, et* ADSPIRANTE *fortuna*: Epist. 22. *Nec instare fortunae* FERENTI. Stat. Theb. 2, 177. *Quantumque* FERENTEM *fortunam virtute domas*.

(2) In VENTUS, *Wind*. Ovid. Her. 6, 6. *Ventos non habuisse potes*: pro *ventos secundos*, vel *ferentes*: Met. 15, 643. *Quique petant ventis Epidauria littora, mittunt*: pro *ventis secundis*, vel *ferentibus*. Virg. Aen. 2, 25. *Nos abiisse rati, et vento petiisse Mycenas*: pro *vento secundo*, vel *ferente*. *Plaut. Cist. 1, 1, 15. *Qui* SECUNDO *vento vectus est*. Virg. Aen. 3, 683. *Et ventis intendere vela* SECUNDIS, 473. *Fieret vento mora ne qua* FERENTI. Val. Flacc. 1, 266. *Ventosque optare* FERENTES.

SECURIS, *Axt*, in BIPENNIS, *zweischneidig*. Virg. Aen. 2, 479. *Bipenni limina perrumpit*. Tibull. 1, 7, 47. *Illa bipenne suae caedit violenta lacertos*: pro *bipenne securi*. * Varro ap. Nonium 2, 82. *Ferens ferream humero bipennem* SECURIM. [Virg. Aen. 11, 135. *Ferro sonat alta bipenni*.]

SED, *aber*, (1) post ATTAMEN, *doch*. Ovid. Her. 1, 2. *Nil mihi rescribas attamen; ipse veni*: pro *sed ipse veni*.

(2) Post NON, *nicht*. Lucan. 2, 84. *Non ille favore numinis, ingenti superum protectus ab ira*: pro *non — sed ingenti*: 3, 500. *Non hasta viris, non letifer arcus, telum flamma fuit*: pro *non — sed telum*: 4, 484. *Non cogitur ullus velle mori, fuga nulla potest*: pro *non — sed fuga*. Mart. 7, 51. *Et aures non auditoris, iudicis esse puta*: pro *non — sed iudicis*. * Cic. de Amic. 48. *Non dico inter pecudem et hominem*, SED *inter hominem et semem*.

(3) In NON TANTUM, ETIAM, *nicht nur, auch*. Pomp. Mela 3, 3. *Nam di non patientia tantum illis, studium etiam est*: pro *non — tan-*

tum, sed — etiam. [Iustin. 24, 8. *Nec oculis tantum haec se perspexisse, audisse etiam stridorem arcus, ac strepitum armorum:* pro *sed audisse etiam.*]

SED ETIAM, *sondern auch*, post NON SOLUM, *nicht nur*. Lucan. 4, 775. *Non vulneribus, nec sanguine solum, telorum nimbo, peritura, et pondere ferri:* pro *non — solum, sed etiam telorum nimbo.* * Cic. de Orat. 2. *Non solum oratione,* SED *multo* ETIAM *magis vi et dolore.*

SEDES, *Sitz, Grund*, (1) in IMA, *der tiefste*. Ovid. Met. 5, 421. *In gurgitis ima contortum valido sceptrum regale laoerto condidit:* pro *ima sede:* * 321. *Emissumque ima de* SEDE *Typhoea terrae coelitibus fecisse metum.* (2) In REGIA, *königlich*. Curt. 7, 7, 11. *Si ipsum in solio regiaque Xerxis respicere coacti essent:* pro *regiaque sede*, vel *sella:* * 8, 4, 16. *Ut regiam* SEDEM *regemque vidit, territus surgit:* 5, 2, 13. *Consedit deinde in regia* SELLA.

SELLA, *ein Sessel*, in CURULIS, qua magistratus Romani in forum vehebantur. Stat. Silv. 1, 4. *Reddere iam foro, nec proturbare curules:* scil. *sellas.* Aurel. Vict. de Vir. Illustr. 23, 8. *Ubi nobilissimos senum in curulibus — venerati:* pro *curulibus sellis.* * Ovid. ex Ponto 4, 9, 27. *Signa quoque in* SELLA *nossem formata curuli.* Auson. Epist. 20, 4. *Et tua Romae praecessit nostrum* SELLA *curulis ebur.* Liv. 2. SELLA *curuli septies ac vicies sedit.* [Iuvenal. 10, 91. *Atque illi sellas donare curules.*]

SEMEN, *Samen*, in GENITALE, *erzeugend*. Plin. 20, 14. *Eadem vi resistere generationi creditur, cohibendo genitalia densari:* pro *genitalia semina:* 20, 21. *Adligant brachio genitale non continentium:* pro *genitale semen.* * Virg. G. 2, 324. *Vere tument terrae, et genitalia* SEMINA *poscunt.* Lucr. 5, 849. *Genitalia deinde per artus* SEMINA.

SEMPER, *immer*, in FERE, *beinahe*. Ovid. Her. 12, 45. *Annuit illa fere.* Cic. de Invent. 1, 29. *Probabile est id, quod fere fieri solet:* ibid. *Cum hoc, ut fere fit, in via sermonem contulit.* Terent. Phorm. 2, 3, 16. *Ruri fere se continebat.* Quintil. 2, 4, 41. *His fere veteres facultatem dicendi exercuerunt:* pro *fere semper.* * Cic. de Orat. 2, 22. *Saepe ex socero meo audivi, socerum suum Laelium* SEMPER *fere cum Scipione solitum rusticari.*

SENATORES, *Senatoren*, in PEDARII, qui sententiam non dicebant, sed pedibus in eius partem ibant, cui adsentiebantur. Cic. Att. 1, 19. *Est illud senatus consultum summa pedariorum voluntate, nullius nostrum auctoritate factum:* pro *pedariorum senatorum:* ib. *Et raptim in eam sententiam pedarii cucurrerunt:* pro *pedarii senatores.* * Tacit. Ann. 3, 65, 2. *Multique etiam pedarii* SENATORES *certatim exsurgerent.* Festus: *Pedarium* SENATOREM *significat Lucilius, quum ait: Agipes vocem mittere coepit.*

SENATUS CONSULTUM, *Rathsbeschluss*, in SCRIBERE, *abfassen*. Lamprid. Heliog. 4. *Mater eius — scribendo affuit.* Coelius in Cic. Fam. 8, 8, 12. *Pridie Kal. Octobr. in aede Apollinis*

scribendo affuerunt L. Domitius, Cn. F. Ahenobarbus: pro *scribendo senatus consulto:* *12, 29. SENATUS CONSULTUM *scribendo Lamiam affuisse.*

SENEX, *Greis*, in CAPULARIS, *dem Tode nahe.* Plaut. Mil. 3, 1, 34. *Itane tibi ego videor — tam capularis?* scil. *senex.* *Apul. Apol. p. 317. *Capulari* SENI *congruisset.* Stat. Caecil. [vel Flaccus Tibullus. M. R.] ap. Fulgentium 23. *Tunc amare audes, edentule et capularis* SENEX?

SENTENTIA, *Meinung, Entschluss*, (1) in MUTARE, *aendern.* Cic. Fam. 16, 3. *Neque nunc muto, si tu in eadem es sententia:* pro *muto sententiam:* *Tusc. 1, 32, 78. *Labamus mutamusque* SENTENTIAM *clarioribus etiam in rebus:* Att. 9, 2. *An ego non satis intellexi? an mutasti* SENTENTIAM.

(2) In STAT, *es steht fest.* Nepos 25, 21, 6. *Nam mihi stat alere morbum desinere.* Virg. Aen. 2, 750. *Stat casus renovare omnes:* 12, 678. *Stat conferre manum Aeneae: stat quicquid acerbi est, morte pati:* pro *stat sententia.* *Terent. Eun. 2, 1, 18. *Vide quid agas. Stat* SENTENTIA. Ovid. Met. 1, 242. *Dent ocius omnes, quas meruere pati, sic stat* SENTENTIA, *poenas:* 8, 67. *Et stat* SENTENTIA *tradere mecum dotalem patriam.*

(3) In SEDET, *steht fest.* Val. Flacc. 2, 383. *Si sedet Aegaei scopulos habitare profundi.* Seneca Phoen. 141. *Animo sedet effundere hanc cum morte luctantem diu animam:* pro *sedet sententia.* Amm. Marcell. 18. *Seditque tandem multa et varia cogitanti id tentare:* pro *seditque sententia.* *Sidon. Paneg. Aviti: *Tandem cunctanti sedit* SENTENTIA. Flor. 2, 15, 9. *Seditque* SENTENTIA, *quoquo modo rebellandum.*

SEPULCRUM, *Grab*, (1) in CINERARIUM, *zur Asche.* Inscr. Vet. ap. Gruter. p. 150, 10. *Fratri optimo et piissimo cinerarium fecit.* Item ap. Sponium Erud. Antiq. s. 9. p. 290. *Cinerarium gemelli:* pro *cinerarium sepulcrum.*

(2) In MAUSOLEUM, *ein prachtvolles.* Sueton. Ner. 56. *Mausoleum Caesarum.* Flor. 4, 11. *In mausoleum se — recipit.* Anthol. Vet. Lat. Epigr. L. 2. Epigr. 261. T. I. p. 448. *Et mausoleum — intulit externum quo Cleopatra vivum:* pro *mausoleum sepulcrum.* *Propert. 3, 2, 21. *Nec mausolei dives fortuna* SEPULCRI.

SERMO, *Wort, Sprache, Rede*, I. in adiectivis quibusdam, ut (1) in BREVI, *kurz.* Phaedr. Fab. 3. Praef. 33. *Nunc fabularum cur sit inventum genus, brevi docebo.* Cic. Fam. 3, 8. *Brevi tuis literis responderem:* 4, 5. *Decrevi brevi ad te perscribere.* Aurel. Vict. Caes. 28, 3. *Ex quis unum memorare brevi lubet:* pro *brevi sermone*, vel *brevi taxiu.* *Mar. Victor. Carm. de Fratr. Macc. 320. *Ad quos ille brevi sic est* SERMONE *locutus.* Amm. Marcell. 15, 7. *Rem brevi* TEXTU *percurram.*

(2) In LATINUS, *Lateinisch.* Cic. Tusc. 3, 14. *In Latinum convertere.* Quintilian. 10, 5. *Vertere in Latinum Graeca:* scil. *sermonem.* *Liv. 25, 29. *Ex Graeco in Latinum* SERMONEM *vertere annales.*

(3) In PANEGYRICUS, *lobpreisend.* Quintil. 2, 10. *Nam et in iis actionibus, quae in aliqua, sine dubio, veritate, versantur, sed sunt ad*

popularem aptatae delectationem, quales legimus panegyricos, totumque hoc: pro *panegyricos sermones.*

II. In verbis quibusdam, ut (1) in CONFERRE, *unterhalten.* Cic. Att. 1, 20. *Coram inter nos conferemus:* scil. *sermones:* de Fin. 2, 2, 4. *Quaerimus finem bonorum: possumusne scire, hoc quale sit, nisi contulerimus inter nos:* pro *contulerimus sermones.* *Cic. de Invent. 2, 4. *Cum hoc, ut fere fit, in via* SERMONEM *contulit.* Plaut. Amph. 2, 2, 156. *Conferas* SERMONEM *nec ioco, nec serio:* Curc. 2, 3, 11. *Constant, conferunt* SERMONES *inter se tanquam drapetae.*

(2) In DEPONERE, *aufgeben.* Quintil. 11, 3, 38. *Deponam, et morabor, et novum exordium faciam:* pro *deponam sermonem.*

(3) In FINIRE, *beendigen.* Tacit. Orat. 42, 1. *Finierat Maternus.* Lucan. 10, 193. *Finierat, contraque socer sic orsus Achoreus.* Ovid. Met. 13, 123. *Finierat Telamone satus:* pro *finierat sermonem.*

SERVO, *retten,* in QUI, *welcher,* cum accusativo casu. Cic. Fam. 2, 10. *Hiccine est, qui urbem?* scil. *servavit.*

SERVUS, *Diener,* I. in dictionibus quibusdam, ut (1) A MANU, *ein Schreiber.* Sueton. Aug. 67. *Thallo a manu, quod pro epistola prodita denarios quingentos accepisset, crura effregit:* pro *Thallo a manu servo:* *Caes. 74. *Philemonem, a manu* — SERVUM — *morte puniit.*

(2) In ESSE ALICUIUS, *jemandes sein.* Plaut. Amph. 1, 1, 227. *Amphitruonis te esse aiebas:* scil. *servum:* 225. *Equidem Sosia Amphitruonis sum:* scil. *servus:* *238. *Amphitruonis ego sum* SERVUS *Sosia.*

II. In nominibus quibusdam, ut (1) in ATRIENSIS, *Thürsteher.* Plaut. Asin. 2, 1, 17. *Aut mihi in mundo sunt virgae, aut atriensi Saureae:* pro *atriensi servo:* Cas. 2, 8, 29. *Facere atriensem voluerat sub iamua:* pro *atriensem servum.*

(2) In FIDELIS, *treu.* Lamprid. alicubi: *Per fideles suos quaesivit:* pro *fideles servos.* Cic. Fam. 4, 1, 10. *Si quem tuorum fidelium velis ad me mittas:* pro *fidelium servorum.* Plaut. Capt. 2, 3, 79. *Fac fidelis sis:* scil. *servus:* Mil. Gl. 2, 4, 55. *Nae te edepol stultitia tua paene perdidit; dum te fidelem facere hero voluisti, paene absumptus es:* pro *fidelem servum.*

(3) In HOMO, *Mensch, Diener.* Petron. 63. *Habebamus tunc hominem Cappadocem.* Cic. pro Quint. 19. *Hominem P. Quintii deprehendis:* pro *hominem servum.* Scaevola in l. pater D. de doli mal. except. *Pater pro filia dotem promiserat, et pactus erat, ut ipse aleret filiam suam, eiusque homines:* pro *homines servos.* Catull. 10, 15. *Comparasti ad lecticam homines:* scil. *servos.* *Plaut. Mil. Gl. 2, 6, 80. *Homini* SERVO *suos domitos habere oportet oculos et manus orationemque.*

(4) In MERENDARIUS, *Kostgänger.* Seneca Contr. 5, 33. *Ostende de nobis merendarios tuos:* scil. *servos.*

(5) In MEUS, TUUS, *mein, dein.* Terent. Adelph. 5, 1, 8. *Tu si meus esses:* scil. *servus.* Plaut. Cas. 3, 6, 15. *Tuus sum equidem:* scil. *servus:* *5, 7, 38. *Nec meus* SERVUS *unquam tale fecit,* 44. *Ne*

minus imperes mihi, quam quum tuus SERVUS *fui.*

(6) In NOVICIUS, *neugekauft.* Cic. in Pison. 1. *Syrum nescio quem de grege noviciorum factum esse consulem:* pro *noviciorum servorum.* Quintil. 1, 12. *At noviciis nostris per quot annos sermo Latinus repugnat?* pro *noviciis servis.*

(7) In VENALIS, *feil.* Plaut. Aul. 3, 3, 4. *Etiam huc introduce, si vis, vel gregem venalium.* (Cic.) post Redit. in Senat. 6. *Cappadocem aliquem modo abreptum de grege venalium diceres:* pro *venalium servorum.*

(8) In VICARIUS, *Stellvertreter.* Mart. 2, 13. *Esse sat est servum, iam nolo vicarius esse:* scil. *servus.* Plaut. Asin. 2, 4, 27. *Mihi scio vicarium esse:* pro *vicarium servum.*

SI, *wenn*, I. in nominibus, ut (1) in PROINDE AC, *gleich als.* Lucr. 3, 1047. *Scipiades — ossa dedit terrae, proinde ac famul infimus esset:* 1066. *Proinde ac sentire videntur:* pro *proinde ac si.* * Tacit. Ann. 12, 60. *Decretaque eorum proinde haberi iusserat, ac* SI *magistratus Romani constituissent.* Nepos 6, 2, 2. *Proinde ac* SI *iidem firmissimi solerent esse amici.*

(2) In QUAM, *als.* Plaut. Pseud. alicubi: *Si mihi dare vis pecuniam, magis erit soluta, quam ipsi dederis.* Catull. 10, 32. *Utor tam bene, quam mihi pararim:* pro *quam si.*

(3) In VELUT, *als ob.* Liv. 2, 36. *Coepti inde ludi, velut ea res nihil ad religionem pertinuisset:* 38, 1. *Ita inter omnes convenit, ut primo quieti, velut ad privatam rem agendam venissent, in foro obversarentur:* pro *velut si:* * 21, 16. *Tantus patres pudor — cepit, velut* SI *iam ad portas hostis esset.* Caes. B. G. 1, 32. *Absentis Ariovisti crudelitatem, velut* SI *coram adesset, horrebant Sequani.*

II. In verbis quibusdam, ut (1) in AUDIERIS, *du hörst.* Mart. 3, 38. *Audieris, dices esse Maronis opus:* pro *si audieris.*

(2) In CONFERANT, *verglichen.* Plin. Ep. 8, 6. *Conferant se, — infra Pallantis laudes iacebunt:* pro *si conferant se.*

(3) In CONTINGAT, *ereigne sich.* Ovid. Amor. 3, 2, 9. *Hoc mihi contingat; sacro de carcere missis insistam forti mente vehendus equis;* pro *si contingat.*

(4) In DEDISSES, *gäbst du.* Plin. Ep. 1, 12. *Dedisses huic animo par corpus, fecisset, quod optabat.* Horat. Serm. 1, 3, 15. *Decies centena dedisses huic parco — quinque diebus nil erat in loculis:* pro *si dedisses.*

(5) In DENEGARIS, *weigertest du.* Terent. Heaut. 3, 1, 78. *Dare denegaris, ibit ad illud illico, quo maxime apud te se valere sentiet:* pro *si denegaris.*

(6) In DIXERIS, *sagtest du.* Horat. Serm. 2, 6, 39. *Dixeris, experiar.* Pers. 5, 189. *Dixeris haec inter varicosos centuriones, continuo Crassum ridet Pulfenius ingens:* pro *si dixeris.*

(7) In DIXISS T, *sagte er.* Ovid. Fast. 6, 113. *Huic aliquis iuvenum dixisset amantia verba, reddebat tales protinus illa sonos:* pro *si dixisset.*

(8) In IMBIBERIT, *tränke er ein.* Gratius Cyn. 60. *Imbiberit, tanto despondet longius usu:* pro *si imbiberit.*

(9) In IUSSERIS, IUSSERIT, *befähle.* Iuvenal. 3, 78. *Graeculus esuriens in coelum, iusseris, ibit:* pro *si iusseris.* Horat. Serm. 2,

7, 32. *Iusserit ad se Maecenas serum sub lumina prima venire convivam; nemon' oleum fert ocius?* pro *si iusserit.*

(10) In Libeat, *gefiele es.* Seneca ad Marc. 7. *Par illis, mihi crede vigor, par ad honesta, libeat, facultas:* pro *si libeat.*

(11) In Negat, *verneint.* Terent. Eun. 2, 2, 21. *Negat quis, nego:* pro *si negat.*

(12) In Permitteretur, *sei vergönnt.* Sallust. Iug. 64, 5. *Dimidia pars exercitus sibi permitteretur, paucis diebus Iugurtham in catenis habiturum:* pro *si permitteretur.*

(13) In Placeret, *gefiele.* Cic. Att. 11, 6. *Iis placeret modo propius accedere, ut hac de re considerarent; credo fore auctores:* pro *si iis placeret.*

(14) In Poscit, *fordert er.* Cic. Parad. 5, 2. *Poscit, dandum; eiicit, abeundum; minatur, extimescendum:* pro *si poscit.*

(15) In Recesseris, *entfernst du dich.* Cic. Philipp. 13, 11, 25. *Recesseris, undique omnes insequentur:* pro *si recesseris.*

(16) In Sacrificant, *sie opfern.* Plaut. Mil. Gl. 3, 1. *Sacrificant, dant inde partem mihi:* pro *si sacrificant.*

(17) In Sapias, *sei weise.* Ovid. Amor. 1, 4, 29. *Quod tibi miscuerit, sapias, bibat ipse iubeto:* pro *si sapias.*

(18) In Sineret, *erlaubte.* Virg. Aen. 6, 31. *Tu quoque magnam partem opere in tanto, sineret dolor, Icare, haberes:* pro *si sineret.*

(19) In Sit, *sei.* Lucan. 10, 191. *Spes sit mihi certa videndi Niliacos fontes, bellum civile relinquam:* pro *si spes sit.*

(20) In Suspendisses, *hättest du aufgeschoben.* Mamert. Paneg. 18. *Suspendisses benevolentiam tuam — forsitan rogassem:* pro *si suspendisses.*

(21) In Velis, *wolltest du.* Plaut. Poen. 4, 1, 10. *Quodvis genus ibi hominum videas — equitem, peditem libertinum, furem ac fugitivum velis:* pro *si velis.*

SIBI, *sich,* in Temperare, *enthalten.* Virg. Aen. 2, 6. *Quis talia fando, Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Ulyssi, temperet a lacrimis:* pro *temperet sibi:* *G. 1, 360. *Iam* SIBI *tum a curvis male temperat unda carinis.*

SIGNA, *Zeichen,* in Prognostica, *vorkündend.* Cic. de Divin. 2, 20, 47. *Prognostica nostra pronuntiabas:* 1, 8, 13. *Atque his rerum praesensionibus prognostica tua referta sunt:* pro *prognostica signa.*

SIGNIFICATIONES, *Anzeichen,* in Dirae, *schreckliche.* Plin. 28, 2. *In augurum disciplina constat, neque diras, neque ulla auspicia pertinere ad eos, qui quamque rem ingredientes observare se ea negaverint; quo munere divinae indulgentiae maius nullum est:* pro *diras significationes.* Id. ibid. *Sternutamento revocari ferculum mensamve, si non postea gustetur aliquid, inter diras habetur, ut omnino non esse:* pro *inter diras significationes.*

SILENTIUM, *Stillschweigen,* in Praeterire, *übergehn.* Cic. de Prov. Cons. 6. *Senatus consulta, caedes relinquo, libidines praetereo:* Caec. 101. *De hoc iure multa praetereo:* scil. *silentio:* Verr. 1, 155. *Non praetereundum est ne id quidem.* Nepos 6, 4, 1. *Atque hoc loco non est praeter-*

eundum factum Pharnabazi: pro *praetereundum silentio.* *Cic. Brut. 15. *Tantum omnium laudum excellentiam non queo* SILENTIO *praeterire.* Iustin. 42, 2, 8. *Neque enim* SILENTIO *praeteriri tantum regnum fas est.*

SIMULACRUM, *Bildsäule*, (1) in FICTILE, *irden.* Liv. 34, 4. *Et antefixa fictilia deorum Romanorum ridentes:* pro *fictilia simulacra.*

(2) In SACRUM, *geweiht, heilig.* Plaut. Curc. 4, 1, 10. *Apud Cloacinae sacrum:* scil. *simulacrum.* Ovid. Met. 10, 796. *Sacra retorserunt oculos:* pro *sacra simulacra.*

SINGULI, LAE, *ieder*, (1) in IN DIES, *ieden Tag.* Pers. 3, 15. *O miser! inque dies — miser.* Nepos 25, 21, 4. *Postquam in dies dolores accrescere — sensit.* Fragm. XII. Tabb. in Gell. 20, 1. *Libras farris in dies dato.* Lucr. 4, 1062. *Inque dies glescit furor:* pro *inque dies singulos.* *Cic. Att. 5, 7. *Quotidie, vel potius in dies* SINGULOS. Cat. 1, 5, 2. *Crescit in dies* SINGULOS *hostium numerus.*

(2) In IN HORAS, *iede Stunde.* Virg. Ecl. 10, 73. *Cuius amor — mihi crescit in horas.* Horat. Sat. 2, 7, 10. *Clavum ut mutaret in horas:* scil. *singulas.* *Liv. 2, 12. *Ut in* SINGULAS *horas capite dimices tuo.* Phaedr. 3, 15, 13. *Ut expectarem lanium in horas* SINGULAS.

(3) In IN VIROS, *auf ieden Mann.* Plaut. Aul. 1, 2, 31. *Dividere argenti dixit nummos in viros:* scil. *singulos.*

SINO, PATIOR, *leiden, zugeben*, ante verbum cum interrogatione. Plaut. Amph. 3, 2, 2. *Ita me probri, stupri, dedecoris a viro argutam meo?* scil. *sinam*, vel *patiar.* *Terent. And. 1, 5, 36. *Ego propter me illam decipi miseram* SINAM? Plaut. Poen. 1, 2, 156. *Mene ego illaec* PATIAR *praesente dici?* Id. Truc. *Meosne ante oculos ego illam* PATIAR *alios amplexarier?*

SITIS, *Durst*, in SICCUS, *trocken.* Plaut. Pseud. 1, 2, 51. *Quum ego sim hic siccus:* scil. *siti:* Curc. 1, 2, 22. *Tibi qui screanti, siccae, semisomnae affert potionem:* pro *siccae siti:* *1, 2, 26. *Egon' salva sim, quae* SITI *sicca sum?*

SITUM, *gelegen*, in EST IN, *es ist in.* Ovid. Met. 7, 23. *Vivat, an ille occidat, in dis est:* scil. *situm.* *Terent. Andr. 1, 5, 41. *Haud vereor, si in te sit solo* SITUM. Cic. de Fin. 1, 57. *Est autem* SITUM *in nobis, ut et adversa quasi perpetua obliviene obruamus, et secunda iucunde ac suaviter meminerimus.*

SIVE, *oder*, *ob*, (1) inter duo verba. Phaedr. 2, 2, 2. *Ament, amentur:* pro *sive amentur.* Mart. 8, 44. *Tuoque tristis filius, velis nolis, cum concubino nocte dormiet prima:* pro *sive nolis.*

(2) Ante SIVE, *ob.* Catull. Epigr. 4, 19. *Et inde tot per impotentia freta herum tulisse, laeva sive dextera vocaret aura:* pro *sive laeva:* *4, 4. SIVE *palmulis opus foret volare, sive linteo.*

SOCIETAS, *Bündniss*, in COIRE, *eintreten.* Ovid. Her. 7, 123. *Mille procis placui, qui me coiere querentes nescio quem thalamis praeposuisse suis:* pro *coiere societatem.* *Cic. pro Rosc. Amer. 31, 87. *Avaritiam praefers, qui*

SOCIETATEM *coieris de municipiis cognatique fortunis cum alienissimo.* Modestin. in l. Societatem D. pro Scio: SOCIETATEM *coire et re et verbis, et per nuntium posse nos, dubium non est.*

SOL, *Sonne*, (1) in ORIENS, OCCIDENS, *auf-*, *untergehend.* Cic. N. D. 2, 66, 164. *Qui has nobiscum terras ab oriente ad occidentem colunt:* pro *ab oriente sole ad occidentem solem.* Ovid. Fast. 1, 653. *Oriens quum se demiserit undis.* Val. Flacc. 3, 411. *Ergo ubi puniceas oriens ad scenderit undas:* pro *oriens sol.* *Cic. Somn. Scip. 6. *Orientis* — SOLIS *partes.* Caes. B. G. 1, 1. *Spectant in septentriones et orientem* SOLEM *Belgae.* Plin. 21, 17. *Ante* SOLEM *occidentem.*

(2) In ORTUS, OCCASUS, *Aufgang*, *Untergang.* Ovid. Met. 1, 354. *Terrarum, quaecunque vident occasus et ortus, nos duo turba sumus:* 14, 386. *Tum bis ad occasum, bis se convertit ad ortum:* scil. *solis:* *5, 444. *Natam* SOLIS *ad occasum* SOLIS *quaerebat ab ortu.*

(3) In SUPREMUS, *untergegangen.* Iustin. 31, 2, 3. *Igitur quum tota die in oculis principum, legatique Romani, in foro Carthaginiensium obversatus in supremum fuisset, appropinquante vesperè, equum conscendit, et rus urbanum — contendit:* pro *in supremum solem.* [cf. ibi int ppa. M. R.] *Horat. Ep. 1, 5, 3. *Supremo te* SOLE *domi, Tarquate, manebo.*

SOLET, *man pflegt*, (1) in UT, UTI, *wie.* Liv. 27, 15. *Diis immortalibus, ut in tali re, laudes gratesque ago.* Cic. Fam. 12, 2. *Non nihil, ut in tantis malis, est profectum:* pro *ut solet.* *Sallust. Iug. 25. *Bonum publicum, ut in plerisque negotiis* SOLET, *privata gratia devictum.* Aur. Vict. Caes. 20, 11. *Quem tamen, uti bellis civilibus* SOLET, *conditio loci ad Albinum detulerat.*

(2) Ante infinitivos quosdam. Virg. Aen. 4, 421. *Solam nam perfidus ille te colere, arcanos etiam tibi credere sensus:* pro *colere — credere solebat:* Aen. 11, 820. *Accam ex aequalibus unam alloquitur, fida ante alias quae sola Camillae, quicum partiri curas:* pro *partiri solebat.*

SOLITUS, *gewöhnlich*, in comparationibus quibusdam. Cic. Off. 1, 30, 108. *In Scipione ambitio maior, vita tristior:* pro *tristior solito.* Phaedr. 3, 19, 2. *Parare caenam iussus est maturius:* scil. *solito.* *Ovid. Met. 9, 105. *Uberius* SOLITO *nimbis hiemalibus auctus:* 14, 388. *Sese* SOLITO *velocius ipse currere miratus.* Val. Flacc. 7, 66. SOLITOque *superbior ignis ore fremit.*

SOLUM, *Grund*, *Boden*, *Land*, I. in genitivis casibus, ut in TERRAE, *zur Erde.* Stat. Theb. 7, 755. *Sternuntur terrae.* Virg. Aen. 11, 87. *Sternitur et toto proiectus corpore terrae.* Ovid. Met. 2, 347. *Quam vellet terrae procumbere.* Apul. 9. *Ille terrae concidit:* pro *terrae solo*, vel *in solo.* *Lucr. 5, 1288. *Aere* SOLUM *terrae tractabant*, 1294. *Et ferro coepere* SOLUM *proscindere terrae.* [Virg. G. 1, 63. *Terrae pingue* SOLUM.]

II. In adiectivis quibusdam, ut (1) in ARIDUM, *trocken*, *die Kehle.* Caes. B. G. 4, 24. *Nostri simul atque in aridum constiterunt:* pro *arido solo*, 29. *Naves in aridum subduxerat:* pro *aridum solum.*

(2) In Hosticum, *feindlich*. Plin. Paneg. 29, 3. *Quippe non ut ex hostico raptae — menses*. Liv. 6, 31. *In hostico morandi erat caussa*: 8, 38. *Castra in hostico incuriose ita posita*: pro *hostico solo*.

(3) In Imum, *niedrigste*. Lucr. 1, 985. *Iam copia materiai undique ponderibus confluxet ad imum*: pro *ad imum solum*. * Ovid. Met. 4, 297. *Videt hic stagnum lucentis ad imum usque* solum.

(4) In Pacatum, *befreundet*. Liv. 8, 34. *Sine commeatu vagi milites in pacato — errent*: pro *pacato solo*.

[(5) In Planum, *eben*. Sueton. Tib. 33. *Iudicesque aut e plano, aut e quaestoris tribunali admonebat*: pro *plano loco*.]

(6) In Siccum, *trocken*. Lucan. 5, 552. *Nec placat — delphin, aut siccum quod mergus amat*. Virg. G. 3, 433. *Exsilit in siccum*: scil. *solum*, vel *litus*. Curt. 9, 9, 21. *In sicco naufragia, in amni mare*: pro *sicco solo*, vel *litore*. * Colum. 2, 8. *Nam quod sicco* solo *ingestum, et inoccatum est, perinde ac si repositum in horreo non corrumpitur*. Lucan. 8, 126. *Postquam sicco iam* litore *sedet*: 9, 148. *Praecipitate ratis e sicco* litore *nautae*.

SOLUM, ETIAM, vel MODO, ETIAM, *nur, auch*, in Non, Sed, *nicht, sondern*. Frontin. 3. p. 460. *Non armis, sed vulneribus oneratus transavit*. Cic. Brut. 73, 255. *Hanc autem, inquit, gloriam — tuae quidem supplicationi non, sed triumphis multorum antepone*: pro *non solum, sed etiam*, vel *non modo, sed etiam*: * de Orat. 2, 44, 186. *Non* solum *morbus eius, cui mederi volet, sed* etiam *consuetudo valentis, et natura corporis cognoscenda est*: ad Q. Fr. 3, 9. *Ut eius ista odia non sorbeam* solum, *sed* etiam *concoquam*: pro Sext. 33. *Consules non* modo *ex memoria, sed* etiam *ex fastis evellendi*: Att. 7, 12. *Scribe non* modo *si quid scies, aut audieris, sed* etiam *si quid suspicabere*.

SOLUS, *allein*, in Seducere, *an die Seite führen*. Cic. Att. 5, 21. *Quum haec disseruissem, seducit me Scaptius*. Plaut. Curc. 2, 3, 60. *Prehendit dextram, seducit*: scil. *solum*: * Asin. 2, 2, 95. *Nam me hodie senex seduxit* solum *seorsum ab aedibus*. Naevius Praecone: *Ergo dedita opera te, pater,* solum *foras seduxi*. Terent. Hec. 1, 2, 69. *Pamphilus me* solum *seducit foras*.

SOMNUS, *Schlaf*, (1) in Altus, *tief*. Iuvenal. 1, 16. *Consilium dedimus Sullae, dormiret ut altum*: scil. *somnum*. * Horat. Sat. 2, 1, 8. Somno *quibus est opus alto*.

(2) In Gravis, *schwer*. Stat. Theb. 5, 501. *Ille graves oculos, languentiaque ora comanti mergit humo*. Val. Flacc. 4, 18. *Ille graves oculos — ferens*: scil. *somno*. * Tacit. Ann. 4, 22, 1. *Turbata mente respondit tanquam ipse* somno *gravis*. Liv. 29, 34. *Vino et* somno *gravis*.

SOROR, *Schwester*, in Germana, *leibliche*. Virg. Aen. 4, 675. *Hoc illud, germana, fuit?* pro *germana soror*. * Cic. pro Mil. 74. Soror *germana*. Nepos 5, 1, 2. *Habebat autem in matrimonio* sororem *germanam suam*.

SORS, *Zufall*, in Evenit, *ereignet sich*. Horat. Serm. 1, 3, 28. *At tibi contra evenit, inquirant vitia ut tua rursus et illi*. Cic.

de Orat. 2, 55, 224. *Forte evenit, ut in Privernati essemus.* Tusc. 1. *Evenit ut moreretur ille:* pro *sors evenit.* *Plaut. Casin. 2, 5, 37. *Quid si* SORS *aliter, quam voles, evenerit?*

SPATIUM, *Raum, Platz,* I. in ablativis quibusdam cum genitivo casu; ut in Eo LOCI, EODEM LOCI, *an dem, an demselben Orte.* Cic. pro Sext. 31, 68. *Res erat et causa nostra eo iam loci, ut erigere oculos et vivere videretur:* pro *eo spatio loci.* Plin. 11, 37. *In oriente quidem viris aurum gestare eo loci decus existimatur:* pro *eo spatio loci.*

II. In adiectivis quibusdam, ut (1) in BIDUUM, *zwei Tage.* Terent. Eun. 4, 2, 8. *Hem biduum hic manendum est.* Aur. Vict. Caes. 33, 12. *Hoc iugulato post biduum:* scil. *spatium.* [Cic. Att. 8, 14. *Absunt biduum aut triduum.* M. R.]

(2) In BIFURCUM, *zweizackig.* Petron. 62. *Mihi sudor per bifurcum volabat:* pro *bifurcum spatium.*

(3) In BIVIUM, *Scheideweg.* Varro R. R. 1, 18, 7. *Bivium nobis ad culturam dedit natura:* pro *bivium spatium.*

(4) In DECENNIUM, *zehn Jahre.* Apul. de Deo Socr. 52. *Calchas decennium praedixit:* pro *decennium spatium.* Auson. Praef. v. 23. *Per trina decennia:* scil. *spatia.*

(5) In EXIGUUM, *ein kleiner,* cum genitivo. Liv. 27, 27. *Campi exiguum:* scil. *spatium.* Plin. Epist. 7, 27, 13. *Exiguum temporis:* scil. *spatium.* Ovid. Met. 13, 888. *Intra temporis exiguum:* scil. *spatium.*

(6) In ID, *dies,* cum genitivo. Cic. Att. 13, 33. *Venit enim ad me, et quidem id temporis:* scil. *spatium:* pro *ad id temporis spatium.*

(7) In IMMENSUM, *ungeheuer.* Plin. 18, 3. *Adiectum imperio immensum terrarum:* scil. *spatium.* Tacit. Ann. 15, 40, 1. *Proruptis per immensum aedificiis:* Agr. 23, 2. *Diversi maris aestu per immensum revecti:* pro *per immensum spatium.*

(8) In INANE, *leer, die Luft.* Lucr. 1, 1096. *Diffugiant subito magnum per inane soluta.* Ovid. Met. 6, 230. *Audito sonitu per inane pharetrae.* Val. Flacc. 1, 569. *Direxit per inane facem:* pro *per inane spatium.* Lucan. 9, 473. *Tulit magni per inania coeli.* Lucr. 1, 224. *Intus penetret per inania:* scil. *spatia:* *1073. *Omnis enim locus, ac* SPATIUM, *quod inane vocamus, per medium, per non medium concedat oportet aequis ponderibus.*

(9) In INTERNODIA, *zwischen zwei Knoten.* Plin. 7, 2. *Arundines vero tantae proceritatis, ut singula internodia — ternos interdum homines ferant.* Varro R. R. 2, 9, 4. *Articulorum longa internodia.* Vetus Poeta: *Effigies animantis, et internodia membris:* pro *internodia spatia.*

(10) In MEDIUM, *Mitte,* cum genitivo. Tacit. Hist. 2, 53, 3. *Simul, medio temporis, plures nuntii sperabantur.* Lucan. 8, 249. *Medio pelagi.* Auson. Profess. 5, 36. *Medio quod aevi raptus es:* pro *medio spatio.* Aurel. Vict. Epit. 43, 4. *Circa noctis fere medium defecit:* pro *medium spatium.* *Curt. 6, 2, 18. *Ex medio gloriae* SPATIO *revocari se — conquestus est:* 7, 11, 3. *In medio altitudinis* SPATIO *habet specum.* Ovid. Met. 9, 685. *Quum medio noctis* SPATIO — *aut stetit, aut visa est.*

(11) In MINIMUM, MINUS, *kleiner,*

klösster. Tacit. Hist. 3, 83, 4. *Et ne minimo quidem temporis voluptates intermissae*: pro *minimo temporis spatio*. Ovid. Her. 18, 92. *Quoque minus restat, plus libet ire mihi*: pro *minus spatii*.

(12) In QUADRIENNIUM, *vier Iahre*. Cic. Verr. 5, 47. *Quum quadriennio post in Siciliam venissem*: pro *quadriennio spatio*.

(13) In QUADRIVIUM, *ein Kreuzweg*. Catull. 59, 4. *In quadriviis et angiportis*: pro *quadriviis spatiis*.

(14) In QUATRIDUUM, *vier Tage*. Curt. 4, 7, 15. *Quatriduum per vastas solitudines absumptum est*: pro *quatriduum spatium*. Lentulus in Cic. Fam. 12, 15. *Quatridui iter*: scil. *spatii*.

(15) In QUINQUENNIUM, *fünf Iahre*. Liv. 3, 30. *Quoniam ipsi quinquennium elusi essent*: scil. *spatium*: pro *per quinquennium spatium*.

(16) In RELIQUUM, *die übrige*, cum genitivo. Curt. 4, 13, 16. *Reliquum noctis adquieturus, in tabernaculum rediit*: pro *reliquum noctis spatium*.

(17) In TANTUM, *so viel*, cum genitivo. Tacit. Agr. 33, 8. *Superasse tantum itineris*: scil. *spatium*. Virg. Aen. 6, 802. *Nec vero Alcides tantum telluris obivit*.

(18) In TRICENNIUM, *dreissig Iahre*. Cod. lib. 7, 4, 31. l. 1. *Possessio commumeretur in viginti annorum spatium vel triennium*: scil. *spatium*.

(19) In TRIENNIUM, *drei Iahre*. Cic. Acad. 4, 5. *Inimicorum calumnia, triennio tardius, quam debuerat, triumphavit*: pro *triennio spatio*.

SPECTACULUM, CERTAMEN, *Wettkampf*, in LUDICRUM, *Spiel*. Liv. 27, 37. *Quod Olympiae ludicrum ea aestate futurum erat*. Curt. 4, 5, 11. *Iisdem fere diebus sollemne erat ludicrum Isthmiorum*: pro *ludicrum spectaculum*, vel *certamen*: * 3, 1, 5. *Edito* SPECTACULO *ludicro*. Seneca Agam. 935. *Cape hoc decorum ludicri* CERTAMINIS.

SPECULARIA, *Fenster*, in VITREA, *gläsern*. Plin. 12, 19. *Contra revehunt vitrea, et ahena, vestes, fibulas cum armillis ac monilibus*: pro *vitrea specularia*.

SPES, *Hoffnung*, in DESTITUTUS, *beraubt*. Sueton. Galba 11. *Accessit ad tanta discrimina mors Vindicis, qua maxime consternatus, destitutoque similis, non multum abfuit, quin vitae renuntiaret*: pro *destitutoque spe*. * Liv. 31, 24. *Destitutus* SPE.

SPOLIA, *Feindesbeute*, in OPIMA, *herrliche*. Plin. Paneg. 17, 3. *Nec tibi opima defuerint*. Seneca Hero. F. 48. *Et opima victi regis ad superos refert*: pro *opima spolia*. * Virg. Aen. 10, 449. *At* SPOLIIS *ego iam raptis laudabor opimis*. Sueton. Claud. 1. *Opima quoque* SPOLIA *captasse*. Liv. 1, 10. *Templumque — dedico, sedem opimis* SPOLIIS.

[STABULUM, *Stall*, in BUBILE, EQUILE, OVILE, SUILE.]

STAGNA, *Teiche*, (1) in CETARIA, *für grosse Fische*. Horat. Serm. 2, 5, 44. *Plures annabunt thunni, et cetaria crescent*: pro *cetaria stagna*. Plin. 9, 30. *Carteiae in cetariis* (polypus) *assuetus exire e mari in lacus eorum apertos, atque ibi salsamenta populari*: pro *cetariis stagnis*.

(2) In INFERNA, *unterirdische*.

Solin. 55. *Proximus inde Acherusius specus, quem foraminis caeci profundo ad usque inferna aiunt patere:* pro *inferna stagna.* * Liv. 8, 24. *Ut quam maxime procul abesset — Acheronte amni, quem ex Molosside fluentem in* STAGNA *inferna accipit Thesprotius sinus.*

(3) In STATIVA, *stehende.* Cic. de Lege Agr. c. Rull. 2, 15, 40. *Quin omnes agros, urbes, stativa, portus, totam denique Bithyniam vendituri sint?* pro *stativa stagna.* [Sed *stativa* ibi navium stationes videntur significare, cf. Ernesti Clav. Cic. s. v. M. R.]

STATUS, *Stand*, in PRISTINUS, *früherer.* Nepos 21, 1, 1. *Totamque Siciliam, multos annos vexatam — suo adventu in pristinum restitueret:* pro *pristinum statum.* * Aurel. Vict. Epit. 42, 16. *Ut in* STATUM — *pristinum revertatur.* Iustin. 37, 4, 4. *Qui gentem restitui in pristinum* STATUM *iuberent.* [Id. 31, 1, 3. *In integrum restitui:* scil. *statum.*]

STIPENDIUM, vel AERA, *Sold*, in MERERE, *im Kriege dienen.* Lucan. 6, 144. *Castrorum in plebe merebat:* scil. *stipendium*, vel *aera.* Cic. Verr. 5, 160. *Clamabat ille miser, se civem esse Romanum — meruisse cum Lucio Pretio:* pro *meruisse stipendium*, vel *aera:* pro Rabir. 21. *Quo tu imperatore meruisti:* scil. *stipendium*, vel *aera.* Tacit. Ann. 2, 10, 4. *Qui in castris ductor meruit:* scil. *stipendium*, vel *aera.* * Nepos 24, 1, 2. STIPENDIUM *meruit — Q. Fabio Maximo, M. Claudio Marcello Coss.* Cic. pro Mur. 12. *Meruisse vero* STIPENDIUM *in eo bello.* Horat. A. P. 345. *His meret* AERA *liber.* Ovid. Amor. 1, 9, 44. *Iussit et in castris* AERA *merere suis.*

STO, vel STATUOR, *stehn, gestellt sein*, in AD CYATHOS, *bei den Bechern.* Iuvenal. 13, 14. *Nec puer Iliacus, formosa nec Herculis uxor ad cyathos:* scil. *starent*, vel *statuerentur.* Propert. 4, 9, 11. *Lygdamus ad cyathos:* scil. *stabat*, vel *statuebatur.* * Auson. Monost. c. de Histor. p. 486. STAT *Iovis ad cyathos, genuit quem Dardanius Tros.* Horat. Carm. 1, 29, 7. *Puer quis ex aula capillis ad cyathum* STATUETUR *unctis.*

STRAGULUM, vel TEGMEN, *Decke*, in TEXTILE, *gewirkt.* Liv. 45, 35. *Navi regia onerata Macedonicis spoliis, non insignium tantum armorum, sed etiam — textilium:* scil. *strangulorum*, vel *tegminum.* * Cic. Tusc. 5, 21, 61. *Collocari iussit hominem in aureo lecto strato, pulcherrimo, textili* STRAGULO, *magnificis operibus picto.* Lucr. 5, 1349. *Nexilis ante fuit vestis, quam textile* TEGMEN.

STRAMENTA, *Stroh*, in FABALIA, *von Bohnen.* Colum. 2, 10, 9. *Malle se matura fabalia, quam fructum trimestrem.* Varro 1, 23, 3. *Nonnunquam fabalia — pro stercore inarare solent:* pro *fabalia stramenta.*

STRIDOR, *Geräusch*, in SIBILUS, *pfeifend*, quum proprie adiectivum sit. Catull. 4, 11. *Nam Cythorio in iugo loquente saepe sibilum edidit coma:* pro *sibilum stridorem.* Virg. Ecl. 5, 82. *Venientis sibilus austri:* pro *sibilus stridor.*

STROPHIA, *Tau*, in ANCHO-

RALIA, *eines Ankers*. Plin. 16, 8. *Usus suberis anchoralibus navium*: pro *anchoralibus strophiis*. Liv. 22, 19. *Anchoralia incidunt, ne quid teneat*: pro *anchoralia strophia*. * Apul. Met. 11. p. 265, 5. *Navis absoluta* STROPHIIS *anchoralibus pelago redderetur*.

STRUCTAE, *gestellt*, in INSIDIAE, *ein Hinterhalt*, cum dativo casu. Cic. Cat. *Quod neque insidiae consuli procederent*: pro *insidiae structae consuli*. * Tacit. Ann. 2, 65, 4. *Scripsit ad Tiberium* STRUCTAE *sibi insidias*.

STUDIA, *Sorgfalt*, in NUTRICIA, *der Pflege*. Seneca Cons. ad Helv. 17. *Illius pio maternoque nutricio per longum tempus aeger convalui*: pro *nutricio studio*. Manil. 3, 133. *Omniaque infantum — nutricia*: scil. *studia*.

STUDIOSUS, *beflissen*, in ESSE, *sein*, cum genitivo casu. Plaut. Merc. 4, 5, 13. *Pol haud censebam istarum esse operarum patrem*: pro *istarum esse studiosum operarum*. * Cic. Fam. 6, 8. *Viri sunt — tui similium* STUDIOSI, *et mei necessarii*.

[STUPRUM, *Schändung*, in INCESTUM, *unkeusch*. Sueton. Ner. 5. *Maiestatis quoque et adulteriorum, incestique cum sorore Lepida sub excessu Tiberii reus, mutatione temporum evasit*: Domit. 8. *Incesta Vestalium virginum varie ac severe coercere*: scil. *stupra*. * Cic. pro Domo 40, 105. *Sed etiam incesto flagitio et stupro polluit*: de Harusp. Resp. 4. *Stuprum incestum*. Tamen *stuprum* et *incestum stuprum* differunt in usu loquendi, ita ut Cicero iis uti potuerit in eadem sententia: Tusc. 4, 35, 75. *Stupra dico, et corruptelas, et adulteria, incesta denique*.] [Duo loci ex orationibus, quae sub Ciceronis nomine circumferebantur, nihil ad hanc ellipsin probant, neque aliud exemplum afferri posse credam. M. R.]

STYLUS, *Griffel*, in EXARARE, *pflügen*, *schreiben*. Ovid. ex Ponto 3, 2, 90. *Ad fratrem scriptas exarat illa notas*: pro *exarat stylo*. Sueton. Othon. 10. *Codicillos exaravit ad sororem*: pro *exaravit stylo*. * Phaedrus 3. Prol. 29. *Libram exarabo tertium Aesopi* STYLO. [Sed ibi *Aesopi stylo* coniungendam est, ut iam Burmannus animadvertit. M. R.]

SUA, *seinen*, in SPONTE, *freien Willen*. Plin. Ep. 7, 19. *Sponte primum, deinde ex auctoritate pontificum*: pro *sponte sua*. * Virg. G. 2, 47. *Sponte* SUA *quae se tollunt in luminis auras*. Ovid. ex Ponto 2, 3, 33. *Sponte* SUA *probitas officiumque iuvant*.

SUB, *unter*, in ablativis quorundam substantivorum, ut [(1) in AUCTORE, (2) CENSORE, (3) IUDICE. * Pers. Sat. 5, 80. *Marco sub iudice palles*. Ovid. ex Ponto 4, 12, 25. *Saepe ego correxi sub te censore libellos*. Plin. 18. *Sub auctore Aristotele*. (4) In HAC LEGE, *auf der Bedingung*.] (5) in MAGISTRO, *Lehrer*. Horat. Carm. 3, 11, 1. *Nam te docilis magistro movit Amphion lapides canendo*: pro *sub te magistro*. * Virg. Aen. 8, 515. SUB *te tolerare magistro militiam, et grave Martis opus*.

(2) In PRAESIDE, *Beschützer*.

Ovid. Met. 1, 594. *Praeside tuta deo:* pro *sub praeside.* *Mart. 11, 2, 6. *Et sub te praeside, Nerva, libet.*

SUM, *sein*, I. in participiis quibusdam, ut (1) in ADVECTI, *angefahren.* Virg. Aen. 1, 557. *At freta Sicaniae saltem sedesque paratas, unde huc advecti, regemque petamus Acesten:* pro *advecti sumus.*

(2) In ARRECTAE, *erstarrt.* Virg. Aen. 4, 280. *Arrectaeque horrore comae, et vox faucibus haesit:* pro *arrectaeque sunt.*

(3) In AUCTI, *vermehrt.* Tacit. Hist. 3, 25, 1. *Gradum inferunt, quasi recentibus auxiliis aucti:* scil. *essent.*

(4) In AUSUS, *gewagt.* Tacit. Hist. 1, 82, 6. *Tum Otho ingredi castra ausus:* scil. *est.*

(5) In CONFECTI, *beendigt.* Virg. Aen. 5, 362. *Post ubi confecti cursus, et dona peregit:* pro *confecti sunt.*

(6) In DATURUS, *der geben will.* Plaut. Pseud. 3, 2, 88. *Sed utrum amicis hodie, an inimicis tuis daturus caenam?* pro *daturus es.*

(7) In DICTURUS, *der sagen wird.* Terent. Eun. 4, 4, 29. *Monstrum hominis, non dicturus:* scil. *es.* [ubi alii *dicturi's.* M. R.]

(8) In EDUCTA, *erzogen.* Terent. Eun. 4, 6, 10. *Educta ita uti teque illaque dignum est:* pro *educta est*, ut Donatus observat.

(9) In FACTUM, *gethan.* Terent. Hec. 3, 5, 1. *Dixtin' dudum, illam dixisse, se expectare filium? Factum:* scil. *est*, ut Donatus observat.

(10) In FACTURI, *die thun wollen.* Plaut. Aul. 2, 6, 5. *Cererin', Strobile, istas facturi nuptias?* pro *facturi sumus.*

(11) In FACTURUS, *der thun will.* Plaut. Men. 1, 2, 11. *Nunc adeo ut facturus, dicam:* pro *facturus sim.*

(12) In HORTATUS, *ermahnt.* Petron. Fragm. *Catellum in terram deposuit, hortatusque, ut ad rixam properaret:* pro *hortatusque est.*

(13) In IACTATUS, *geworfen.* Virg. Aen. 1, 3. *Multum ille et terris iactatus et alto vi superum:* pro *iactatus fuit.*

(14) In INDUCTUM, *vorgeschützt.* Cic. Fam. 1, 4. *Haec tamen opinio est populi R. a tuis invidis atque obtrectatoribus nomen inductum fictae religionis:* pro *inductum esse.*

(15) In IUSSI, *befohlen.* Tacit. Hist. 2, 94, 4. *Liberti principum conferre pro numero mancipiorum, ut tributum, iussi:* scil. *sunt.* Virg. Aen. 3, 236. *Haud secus ac iussi faciunt:* pro *iussi erant.*

(16) In LAESUS, *beleidigt.* Ovid. Her. 7, 58. *Perfidiae poenas exigit ille locus: praecipue quum laesus amor:* pro *laesus sit.*

(17) In LIBITUM, *gefällig.* Tacit. Ann. 3, 2, 5. *Magna pars populi viam complevere, disiecti, et, ut cuique libitum, flentes:* pro *libitum erat.*

(18) In NACTUS, *gefunden.* Plaut. Asin. 2, 2, 5. *Hanc quidem, quam nactus praedam, pariter cum illis partiam:* pro *nactus sum.*

(19) In ORSUS, *begonnen.* Virg. Aen. 1, 329. *At Veneris contra sic filius orsus:* scil. *est.* Val. Flacc. 5, 558. *Ille in mediis sic orsus Achivis:* pro *orsus est.*

(20) In PASSUS, *gelitten.* Terent. Adelph. 2, 2, 26. *Cur passus? ubi eras?* pro *passus es.* Virg. Aen. 5, 462. *Et saevire animis haud passus acerbis:* pro *passus est.*

(21) In PETITA, *beworben.* Ovid. Her. 17, 104. *Tunc ego te vellem*

celeri venisse carina, quum mea virginitas mille petita procis: pro *petita fuit.*

(22) In VISUM, *gut geschienen.* Tacit. Ann. 2, 7, 4. *Restituit aram — tumulum iterare haud visum:* scil. *fuit.*

II. In adverbiis et coniunctionibus quibusdam, ut (1) in EIA, *wohl.* Phaedr. 5, 6, 3. *Eia, inquit, in commune, quodcunque est lucri:* pro *eia esto.*

(2) In ITANE? *so?* Terent. Eun. 5, 8, 27. *Quodvis donum praemium a me optato, id optatum feres. Itane?* Andr. 4, 5, 7. *Salvus sis, Crito. Itan' Chrysis?* pro *itane est?* * Cic. pro Rosc. Am. 112. *Perditissimi est igitur hominis — fallere eum, qui laesus non esset, nisi credidisset: itane* EST?

(3) In POTIUS, *besser*, cum infinitivo. Phaedr. 4, 3, 12. *Haec iracundos admonebit fabula, impune potius laedi, quam dedi alteri:* pro *potius esse.*

(4) In QUAM, *wie.* Terent. Phorm. 3, 2, 26. *Quam indignum facimus:* pro *quam est.*

(5) In QUAMVIS, *obgleich.* Tacit. Hist. 2, 94, 1. *Quamvis indignus, si ita maluerat, urbanae militiae adscribebatur:* pro *quamvis esset.*

(6) In SAT, vel SATIS, *genug*, cum genitivo casu. Virg. Aen. 2, 314. *Nec sat rationis in armis:* pro *nec sat erat.* Terent. Andr. 1, 1, 111. *Nec satis ad obiurgandum causae:* pro *nec satis erat.*

(7) In SUPER, *übrig.* Virg. Aen. 3, 489. *O mihi sola mei super Astyanactis imago:* pro *super est.* Val. Flacc. 8, 157. *Vellus habe, et nostris, si quid super, accipe templis:* pro *super est:* 435. *Nec spes ulla super:* pro *super est.* Gratius Cyn. 287. *Vix oneri superfuit illa suo:* pro *super est:* * 275. *Quod magnos capiat motus, magnisque super* SIT. Virg. G. 3, 10. *Modo vita super* SIT: 127. *Ne blando nequeat super* ESSE *laboris:* Aen. 11, 420. *Auxilioque urbes Italae populique super* SUNT. Colum. 6, 27. *Appropinquante vere, hordeo ervoque* (equus) *saginandus, ut veneri super* SIT.

(8) In UBI? *wo?* Cic. Fam. 15, 18. *Ubi igitur, inquies, philosophia?* pro *ubi est igitur.* Plaut. Mil. Gl. 1, 1, 9. *Sed ubi Artotrogus?* pro *sed ubi est.* Ovid. Met. 13, 92. *Ubi nunc facundus Ulysses?* pro *ubi nunc est:* * 13, 340. *Fortis ubi* EST *Aiax.*

SUMO, *ergreifen*, in ARMA, *Waffen.* Cic. Att. 16, 1. *De Sexto, pro certo habebatur, haud arma:* scil. *sumpturum.*

SUMPTUS, *Kosten*, (1) in MEO, SUO, TUO, *meinen, seinen, deinen.* Tertull. de Pall. 5. *De meo vestiuntur:* pro *de meo sumptu.* Plaut. Most. 1, 3, 48. *Solam ille me soli sibi suo liberavit:* pro *suo sumptu.* Phaedr. 4, 19, 26. *Libitina ne quid de tuo faciat lucrum.* [Plaut. Bacch. 1, 1, 67. *Facere sumptum de tuo.* M. R.:] * Casin. 2, 2, 23. *Quae meo educata* SUMPTU *est.* Nepos 5, 4, 3. *Suo* SUMPTU *extulit.* Plaut. Capt. 2, 2, 72. *Decere videatur magis, me saturam servire apud te* SUMPTU — *tuo.*

(2) In PAULO, *wenig.* Terent. Phorm. 5, 4, 3. *Quas* (cupiditates) *quum res adversae sient, paulo mederi possis:* pro *paulo sumptu.* * Adelph. 5, 4, 21. *Hic fecit — paulo* SUMPTU.

SUPER, *auf, wegen*, (1) in DISCUMBERE, *niederlegen.* Stat. 4. *Picto discumbitur ostro:* pro *su-*

per ostro. Virg. Aen. 1, 708. *Toris iussi discumbere pictis:* pro *super toris:* *700. *Stratoque* SUPER *discumbitur ostro.*

(2) In SUSPECTUS, *in Verdacht.* Curt. 8, 8, 3. *In Callisthenem olim contumacia suspectum pervicacioris irae fuit:* pro *super contumacia.* Cic. Fam. 2, 1. *Me nomine negligentiae tibi suspectum esse doleo:* pro *super nomine.* *Sallust. Iug. 71. SUPER *aliquo scelere suspectus.*

SUPPLICIUM, *Strafe*, I. in adiectivis quibusdam, ut (1) in CAPITALE, *des Todes.* Gell. N. A. 1, 3. *Aut amicus igitur capitali perdendus, aut adhibenda fraus legi fuit:* pro *capitali supplicio.* *Curt. 3, 2, 17. *Abstrahi iussit ad capitale* SUPPLICIUM: 6, 2, 11. *Qui a Dario capitali* SUPPLICIO *destinatus, cohibebatur in vinculis.*

(2) In FUSTUARIUM, FUSTIARIUM, *Stockschläge.* Cic. Philipp. 3, 6, 14. *Fustuarium meruerunt legiones, quae consulem reliquerunt:* pro *fustuarium supplicium.* *Inscr. ap. Fabrett. 529. *Fustiario* SUPPLICIO *se noverit esse subdendum.*

(3) In ULTIMUM, *höchste.* Liv. 37, 54. *Collaudatis egregie Smyrnaeis, quod omnia ultima pati, quam se regi tradere maluissent.* Curt. 3, 1, 6. *Ni dederent, ipsos ultima esse passuros:* pro *ultima supplicia:* *6, 7, 31. *Ultimum* SUPPLICIUM *meritus.*

II. In verbis quibusdam, ut (1) in ANIMADVERTERE, *bestrafen.* Cic. Verr. 1, 44. *In Achaia magistratum Sicyonium nummos poscit: ne sit hoc crimen in Verrem, fecerunt alii. Quum ille non daret, animadvertit:* scil. *supplicio.* *Ulpian. in l. 4. D. ad leg. Corn. de Sicariis.* SUPPLICIO *animadvertendum est in servos.*

(2) In DUCERE, DUCI, *führen, geführt werden.* Tibull. 2, 3, 47. *Ducite — non ego me vinclis verberibusque nego:* pro *ducite ad supplicium.* Plin. Epist. 10, 97. *Perseverantes duci iussi.* Flor. 3, 21, 28. *Ut obsides iure belli et modo morte damnati duci iubentur:* pro *duci ad supplicium,* vel *ad mortem.* *Iustin. 12, 11, 8. *Tredecim correptos manu sua ipse* AD SUPPLICIUM *duxit.* Sueton. Tiber. 57. *Scurram duci* AD SUPPLICIUM *imperavit.* Seneca Cons. ad Helv. p. 84. *Ducebatur Athenis* AD SUPPLICIUM *Aristides.* Nepos 19, 4, 3. *Hic quum* AD MORTEM *duceretur.*

(3) In TRAHI, *geschleppt werden.* Sallust. Cat. 51. *Ipsi trahebantur:* scil. *ad supplicium,* vel *ad poenam.* Curt. 7, 10, 4. *Iussu regis ipsos* AD SUPPLICIUM *trahi:* 10, 4, 1. *Milites tui, cives tui, in cognita causa — trahuntur* AD POENAM.

SUPREMUS, *der letzte*, in OBIRE DIEM, *Tag erleben:* pro *sterben.* Plaut. Aul. Prol. 20. *Nam item obiit diem:* Cist. 1, 3, 27. *Ea diem suum obiit.* Nepos 10, 10, 3. *Diem obiit circiter annos quinquaginta quinque natus:* pro *diem supremum:* *1, 7, 6. *Ibique diem obiit* SUPREMUM: 7, 10, 6. *Annos circiter quadraginta natus, diem obiit* SUPREMUM.

SURGO, *aufstehn*, in MANE, *früh morgens.* Terent. Heaut. 3, 2, 7. *Equidem te demirer Chreme, tam mane, qui heri tantum biberis:* pro *tam mane surrexisse.*

SUSCIPIO, *übernehmen, empfangen*, (1) in EX, *von.* Terent.

Andr. 3, 4, 10. *Quid hoc? adeon' est demens? ex peregrina?* pro *ut suscipiat ex peregrina*, ut Donatus observat.

(2) In VELLE CURAM, *die Sorge wollen*, cum genitivo casu. Virg. G. 1, 25. *Incertum est, urbesne invisere, Caesar, terrarumque velis curam*: scil. *suscipere*. * Colum. 2. Praef. *Ut ne lanificii quidem curam* SUSCIPERE *dignentur*. Plin. 2, 10, 5. *Opto equidem amicos tibi tam fideles, — ut tantum curae* — SUSCIPERE — *velint*.

T.

TABELLAE, *Tafeln*, [in DUPLICES, TRIPLICES, CITREAE, EBOREAE, LAUREATAE. Ovid. Amor. 1, 12, 27. *Ergo ego vos rebus duplices pro nomine sensi*. * Sueton. Aug. 27. *Et Q. Gallium praetorem, in officio salutationis tabellas duplices vestè tectas tenentem*. Liv. 45, 1. *Ad foros publicos laureatas tabellas populo ostendit*.] in PUGILLARES, *Schreibtafeln*. Plin. Epist. 7, 9. *Quin ergo pugillares sumis*: pro *pugillares tabellas*, vel *ceras*. * Prudent. de Cassiano Mart. 16. *Unde pugillares soliti percurrere* CERAS.

TABERNA, *Laden, Gewölbe*, (1) in ARGENTARIA, *eines Geldwechslers*. Plaut. Epid. 2, 2, 15. *Per myropolia, et lanienas, circumque argentarias*: scil. *tabernas*. * Liv. 26, 11. *Ut extemplo vocato praecone* TABERNAS *argentarias, quae circa forum Romanum tunc essent, iusserit venire*.

(2) In FULLONICA, *eines Wäschers*. Ulpian. in l. apud Trebat. D. de aqua pluvia arcenda: *Apud Trebatium relatum est, eum, in cuius fundo aqua oritur, fullonicas circa fontem instituisse*: pro *fullonicas tabernas*.

(3) In LIBRARIA, *eines Buchhändlers*. Gell. 5, 4. *Apud sigillaria forte in libraria ego et Iulius Paullus — consederamus*: pro *libraria taberna*. * Cic. Philipp. 2, 9, 21. *Nisi ille se in scalas* TABERNAE *librariae coniecisset*.

[(4) In SUTRINA, TEXTRINA, TONSTRINA.]

TABERNACULUM, *ein Zelt*, (1) in [AUGUSTALE, Quintil. 8, 2. *Tabernaculum ducis* AUGUSTALE.] DEVERSORIUM, *Wirthshaus*. Cic. de Sen. 23, 84. *Commorandi enim natura deversorium nobis, non habitandi dedit*: pro *deversorium tabernaculum*. * Sueton. Ner. 27. *Dispositae per litora et ripas deversoriae* TABERNAE. Plaut. Men. 2, 3, 81. *Abduc istos in* TABERNAM *actutum deversoriam*. [alii *diversorium*, cf. ad Cic. Fam. 7, 23. M. R.]

(2) In PRAETORIUM, *des Generals*. Cic. Verr. 4, 28, 65: *Antiochus imperat suis, ut candelabrum in Praetorium deferrent*: pro *Praetorium tabernaculum*. Liv. 3, 25. *Quercus, ingens arbor, Praetorio imminebat*: pro *Praetorio tabernaculo*. * Festus: *Initio Praetores erant, qui nunc Consules; et ii bella administra-*

bant; quorum TABERNACULUM *quoque dicebatur Praetorium.* [cf. Perizon. de praetorio, Franeq. 1690. *tabernaculum* tum tantum subintelligi potest, quum de castris sermo est, quod in Ciceronis loco allato non fit. Cic. Divin. 1, 33, 72. *Sulla quum in agro Nolano immolaret ante praetorium:* scil. *tabernaculum.* M. R.]

(3) In QUAESTORIUM, *des Quaestors.* Liv. 10, 32. *Itaque captum quaestorium, quaestorque ibi Pansa occisus:* pro *quaestorium tabernaculum.*

TABULAE, *Tafeln*, in DUODECIM, *die zwölf.* Cic. de Leg. 2, 23, 59. *Discebamus pueri duodecim, ut carmen necessarium, quas iam nemo discit:* pro *duodecim tabulas:* *de Orat. 1, 44, 193. *Bibliothecas omnium philosophorum unus mihi videtur duodecim* TABULARUM *libellus — superare.*

TALIS, *ein solcher*, (1) in EST NE, UT, *ist er, dass?* Pers. 2, 18. *De Iove quid sentis? estne, ut praeponere cures hunc cuiquam?* pro *estne talis, ut.*

(2) Ante vel post QUALIS, *wie.* Horat. Carm. 4, 4, 13. *Qualemve laetis caprea pascuis intenta, fulvae matris ab ubere iam lacte depulsum leonem, dente novo peritura, vidit; videre Rhoeti bella sub Alpibus Drusum gerentem, et Vindelici:* pro *qualemve — talem videre Rhoeti — Drusum.* Id. Art. Poet. 126. *Servetur ad imum, qualis ab incepto processerit:* pro *ad imum talis, qualis ab.* Virg. Ecl. 7, 21. *Aut mihi carmen, quale meo Codro, concedite:* pro *carmen quale:* *Ecl. 5, 45. TALE *tuum carmen nobis, divine poeta, quale sopor fessis in gramine.* Cic. Acad. 4, 26, 85. *Nullus pilus omnibus rebus* TALIS, *qualis sit pilus aliis.*

TALUS, *Schenkel*, in STARE, *stehn, gefallen.* Terent. Phorm. Prol. 9. *Quod si intelligeret, olim quum stetit* (fabula) *nova, actoris opera magis stetisse:* pro *stetit talo.* *Horat. Epist. 2, 1, 172. *Securus, cadat, an recto stet fabula* TALO.

TAM, *so, so sehr*, (1) in QUAM, *als.* Plaut. Cist. 2, 1, 18. *Neque opes nostrae iam sunt validae quam tuae:* pro *tam validae, quam tuae:* Curt. 7, 7, 27. *Nec mea ars, quam benevolentia me perturbat:* pro *nec tam mea ars, quam benevolentia.* Liv. 2, 56. *Quando quidem non facile loquor, quam, quod locutus sum, praesto:* pro *non tam facile — quam, quod.* Iustin. 12, 8, 14. *Quorum non studiis deficiatur, quam annis:* pro *tam studiis — quam annis.* Tacit. Hist. 3, 58, 5. *Et plerique haud perinde Vitellium, quam casum locumque principatus miserabantur:* pro *tam Vitellium, quam casum.* *Lucan. 1, 372. *Iussa sequi* TAM *posse mihi, quam velle necesse est:* 8, 637. *At non* TAM *patiens Cornelia cernere, saevum quam proferre nefas.* Plaut. Capt. 2, 2, 60. TAM *ego fui ante liber, quam gnatus tuus.* Cic. Fam. 5, 2. TAM *enim sum amicus rei publicae quam qui maxime:* pro Sex. Rosc. Am. 25, 70. *Ne non* TAM *prohibere, quam admonere videretur.*

(2) In QUAM MAGIS, MAGIS, *ie mehr, desto.* Virg. G. 3, 309. *Quam magis exhausto spumaverit ubere mulctra, laeta magis pressis manabunt flumina mammis:* pro *quam magis — tam laeta magis.* Plaut. Poen.

1, 2, 135. *Quam magis adspecta,* TAM *magis est nimbata.*

TAMEN, *doch,* (1) in QUAMQUAM, *obgleich.* Sueton. Galba 3. *Quamquam brevi corpore — caussas industrie actitavit:* pro *tamen industrie.* Terent. Adelph. 2, 1, 5. *Quamquam est scelestus, non committet hodie unquam, iterum ut vapulet:* pro *non tamen.* Virg. Aen. 2, 12. *Quamquam animus meminisse horret, luctuque refugit, incipiam:* pro *tamen incipiam.* * Cic. Off. 1, 3, 7. *Ea quamquam pertinent ad finem bonorum,* TAMEN *id minus apparet.* Terent. Heaut. 1, 1, 1, 4. *Quamquam haec inter nos nuper notitia admodum est —* TAMEN *vel virtus tua me, vel vicinitas — facit, ut te audacter moneam.*

(2) In QUAMVIS, *obgleich.* Avien. Fab. 18, 10. *Et quamvis audax factisque immanior esset, tantorum solus viribus impar erat:* pro *tamen solus.* Tacit. Ann. 13, 16, 7. *Octavia quoque, quamvis rudibus annis, dolorem, caritatem, omnes affectus abscondere didicerat:* pro *tamen dolorem.* * Quintil. 9, 4. *Quamvis enim iuncta sit,* TAMEN *soluta videri debet oratio.*

TANDEM, *endlich,* in ALIQUANDO, *einmal.* Cic. Verr. 3, 28. *Aliquando miseremini sociorum:* pro *aliquando tandem,* vel *tandem aliquando.* * Terent. Hec. 4, 4, 61. *Aliquando* TANDEM *huc animum ut adducas tuum.* Cic. Cat. 1, 10, 25. *Ibis* TANDEM *aliquando, quo te iam pridem tua ista cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat.*

TANTO, *desto,* post QUANTO, *ie.* Colum. 7, 9, 3. *Quanto fecundior est, celerius senescit:* pro *quanto — tanto celerius.* Tacit. Hist. 3, 18, 5. *Propinqua moenia, quanto plus spei ad effugium, minorem ad resistendum animum dabant:* pro *quanto plus — tanto minorem.* * Iustin. 2, 1, 13. *Quanto coelum asperius,* TANTO *et corpora et ingenia duriora.* Virg. G. 4, 411. *Sed quanto ille magis formas se vertet in omnes,* TANTO, *nate, magis contende tenacia vincla.*

TANTUM, *allein, so viel,* (1) in MODO, *nur.* Curt. 4, 12, 18. *Sive quia speculari modo iussus erat.* Virg. Aen. 4, 50. *Tu modo posce deos veniam.* Terent. Eun. 2, 3, 17. *Chaerea aliquid inveni modo quod ames:* pro *tantum modo:* * Phorm. 1, 2, 92. *Posthac si quicquam nil precor;* TANTUM *modo non addit.* Ovid. ex Ponto 4, 16, 49. *Omnia perdidimus,* TANTUM *modo vita relicta est.*

(2) Post QUANTUM, *als.* Horat. A. P. 371. *Nec sit quantum Cascellius Aulus:* pro *sit tantum quantum Cascellius.* * Plaut. Most. 2, 2, 94. *Tu ut occoepisti,* TANTUM, *quantum quis, fuge:* Aul. 1, 2, 41. *Me rursum quantum potero,* TANTUM *recipiam.* Virg. G. 4, 101. *Nec* TANTUM *dulcia, quantum et liquida.*

TANTUS, TA, TUM, *so gross,* in QUANTUS, TA, TUM, *als.* Virg. Aen. 10, 772. *Oculis spatium emensus, quantum satis hastae:* pro *tantum spatium — quantum satis.* Horat. Epist. 1, 20, 22. *Ut, quantum generi demas, virtutibus addas:* pro *quantum generi — tantum virtutibus:* Epod. 4, 1. *Lupis et agnis quanta sortito obtigit, tecum mihi discordia est:* pro *quanta — tanta tecum:* 10, 7. *Insurgat aquilo, quantus altis montibus frangit trementes ili-*

ces: pro *tantus aquilo, quantus.* Plin. 8, 25. *Parit ova, quanta anseres:* pro *ova tanta, quanta.* * Cic. de Amic. 20, 26. *Nisi quod* TANTA *est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorumque distantia:* Att. 7, 1. *Videre mihi videor* TANTAM *dimicationem — quanta nunquam fuit.*

TAPETUM, *Tapete*, in AULAEUM, *hängend.* Pacat. Paneg. 12. *Aulaeis undantes plateae:* pro *aulaeis tapetis.* Amm. Marcell. 16, 6. *Velut aulaeo deposito scenae:* pro *aulaeo tapeto.*

TARPEIUM, *Tarpeiisch*, in SAXUM, *Felsen.* Virg. Aen. 8, 350. *Iam tum silvam saxumque tremebant.* Tacit. Ann. 4, 29, 2. *Robur et saxum — minitantium:* pro *saxum Tarpeium.* Horat. Sat. 1, 6, 39. *Audes deiicere e saxo cives:* pro *saxo Tarpeio.* * Tacit. Ann. 6, 19, 1. *Saxo* TARPEIO *deiicitur.* Aurel. Vict. de Vir. Illustr. 25, 7. *De saxo* TARPEIO *praecipitatus est:* 66, 8. *Ait se de saxo* TARPEIO *praecipitaturum.*

TARTARA, *Hölle*, in IMA, *die tiefste.* Ovid. Met. 10, 46. *Regia coniux sustinet oranti, nec qui regit ima, negare:* pro *ima Tartara.* * Seneca Oedip. 868. *Tuque tenebrarum potens, in* TARTARA *ima, rector umbrarum, rape.*

TE, *dich*, (1) in ACCINGE, *rüste.* Pompon. ap. Nonium 7, 10. *Iam ego mihi adero, dum ego revortor, age anus, accinge ante ad molas:* pro *accinge te.*

(2) In ACCOMMODES, *du einwilligst.* Cic. Fam. 13, 2. *Peto igitur a te maiorem in modum, quod sine tua molestia fiat, ut ei de habitatione accommodes:* scil. *te.*

(3) In AGE, AGIS, *geh, gehst du.* Terent. Andr. 4, 2, 30. *Age, veniam:* pro *age te.* Plaut. Bacch. 5, 1, 20. *Et tu, unde agis:* scil. *te:* * Most. 1, 4, 27. *Di te ament, accuba Callidamates; unde agis* TE? Terent. Andr. 4, 2, 25. *Quo hinc* TE *agis?*

(4) In AMABO, *bitte.* Terent. Eun. 4, 4, 7. *Haben' hominem? amabo:* scil. *te.* * Cic. Att. 5, 17. *Amabo* TE, *incumbe in eam rem, et ad me scribe.*

(5) In APAGE, *fort.* Plaut. Bacch. 1, 1, 40. *Apage a me, apage:* scil. *te.* * Terent. Eun. 5, 2, 65. *Apage* TE. Plaut. Casin. 2, 8, 22. *Apage* TE *a dorso meo.* Vatin. in Cic. Fam. 5, 10. *Apage* TE *cum nostro Sexto Servilio.*

(6) In AUFER, *hinweg.* Terent. Adelph. 5, 8, 14. *Insanis? aufer:* scil. *te*, ut Donatus observat: * Phorm. 3, 3, 27. *Aufer* TE *hinc.*

(7) In MISEREAT, *es dauert.* Terent. Heo. 1, 1, 7. *Ergo propterea te sedulo et moneo, et hortor, ne cuiusquam misereat:* scil. *te*, ut Donatus observat. [ubi Bentleius *te* e MSS. adiecit. M. R.] * Plaut. Pseud. 1, 3, 74. *Nihilne* TE *mei miseret.*

(8) In PROBES, *du billigst.* Terent. Eun. 2, 3, 84. *Praeterea forma et aetas ipsa 'st, facile ut pro Eunucho probes:* scil. *te*, ut Donatus observat.

(9) In RECEPISTI, *du hast übernommen.* Cic. Fam. 13, 72. *Omnia te facturum liberalissime recepisti:* scil. *ad te.* * Plaut. Mil. Gl. 2, 2, 74. *Tute unus si recipere hoc* AD TE *dicis, confidentia est nos inimicos profligare posse.*

(10) In VISO, *kenne.* Terent. Andr. 3, 3, 2. *Ex te auditum qui aibant, hodie filiam meam nubere tuo gnato: id viso:* scil. *te*, ut Donatus observat.

(11) In VERTISTI, *du hast gewendet.* Plaut. Merc. 2, 3, 97. *Quo*

vertisti? — Ad illum qui emit: pro *vertisti te.*

TECTUM, *Dach*, in PENETRALE, *das innere.* Liv. 45, 5. *Contaminari penetralia:* scil. *tecta.* Macrob. Sat. 7, 1. *Contineri penetralibus suis:* scil. *tectis.* *Virg. G. 1, 379. *Saepius et* TECTIS *penetralibus extulit ava.*

TEGMEN, *Decke, Harnisch*, (1) in DORSUALE, *für ein Pferd.* Trebell. Pollio in Gallien. 8. *Processerunt centeni alii boves, cornibus auro iugatis, et dorsualibus sericis discoloribus:* pro *dorsualibus tegminibus.*

(2) In HUMERALE, *Mantel.* Paullus in l. Qui commeatus D. de re milit. *Nam si — humerale miles alienavit, castigari verberibus debet:* pro *humerale tegmen.*

(3) In PECTORALE, *Brustplatte.* Varro L. L. 4, 24. *De corio crudo pectoralia faciebant:* pro *pectoralia tegmina.*

TELA, *Webe*, in ARANEA, *Spinne.* Ovid. Met. 4, 178. *Non illud opus tenuissima vincant stamina, non summo quae pendet aranea tigno:* pro *aranea tela.*

TELUM, *Pfeil, Spiess*, (1) in IACULUM, *zum Werfen.* Val. Flacc. 5, 160. *Quae iaculo gens apta:* pro *iaculo telo.* Lucan. 4, 764. *Et spatium iaculis — donat:* pro *iaculis telis.*

(2) In MISSILE, *zum Entwenden.* Virg. Aen. 9, 520. *Sed pellere vallo missilibus certant.* Liv. 34, 39. *Pugnabant missilibus Lacedaemonii:* pro *missilibus telis;* *2, 65. *Effusis ad primum impetum missilibus* TELIS. Ovid. Her. 16, 40. *Missilibus* TELIS *eminus ictus amo.*

TEMPLUM, *Wolke, Tempel*, (1) in COERULA COELI, *die blauen des Himmels.* Lucr. 1, 1089. *Et solis flammam per coeli coerula pasci:* pro *coerula templa.* *Ennius Ann. 2. *Quamquam molta manus ad coeli coerula* TEMPLA *tendebam lacrumans, et blanda voce vocabam.*

(2) In MINERVIUM, *der Minerva.* Varro L. L. 4, 8. *Ceroliensis quarticeps circa Minervium:* scil. *templum.*

(3) In MUSEUM, *der Musen.* Varro R. R. 3, 5, 9. *Ubi confluit alter amnis ad summum flumen, ubi est Museum:* scil. *templum.*

TEMPUS, *Zeit, Weile, Tag, Fluth*, I. in verbis quibusdam, ut (1) in CONSTITUERE, *bestimmen.* Terent. Heaut. 4, 4, 4. *Quum venturam dixero, et constituero:* scil. *tempus.* Iuvenal. 3, 12. *Ubi nocturnae Numa constituebat amicae:* pro *constituebat tempus:* 6, 487. *Si constituit, solitoque decentius optat ornari:* pro *constituit tempus.*

(2) In VACAT, *ich habe frei.* Virg. Aen. 10, 625. *Hactenus indulsisse vacat.* Ovid. Met. 13, 576. *Non vacat Aurorae — moveri.* Quintil. 11, 1. *Vacat mihi esse diserto:* pro *vacat tempus.*

II. In dictionibus quibusdam, ut (1) in ADEST, QUUM, *nähert sich, dass.* Terent. Andr. 1, 1, 125. *Prope adest, quum alieno more vivendum est mihi:* pro *adest tempus, quum.* *Plaut. Bacch. 3, 3, 13. *Iam aderit* TEMPUS, *quum sese etiam ipse oderit.*

(2) In AD ID, *bis dahin.* Liv. 21, 52. *Galli quum ad id dubios servassent animos:* pro *ad id tempus.* *Caes. B. C. 1, 24. *Quoniam ad id* TEMPUS *facultas colloquendi non fuerit.*

(3) In Est ubi, *es giebt, dass.* Terent. Phorm. 5, 8, 96. *Est, ubi vos ulciscar probe.* Plaut. Capt. 2, 2, 77. *Est etiam, ubi profecto damnum praestet facere:* pro *est tempus, ubi:* Pseud. 5, 2, 26. *Erit, ubi te ulciscar, si vivo:* pro *erit tempus, ubi.*

(4) In Ex continenti, vel In continenti, *sogleich.* Ulpian. in l. quod ait lex D. ad legem Iuliam de Adulter. *In continenti filiam occidat:* pro *in continenti tempore.* Iustin. 1, 9, 19. *Ex continenti in regiam pergunt:* pro *ex continenti tempore:* [5, 3. *Ex continenti se cum exercitu venturum:* 5, 5. *Ut ex continenti Alcibiadem ducem Conone mutarent.*]

(5) In Ex eo, *seitdem.* Tacit. Ann. 6, 9, 4. *Ex eo Annius Pollio, Appius Silanus — maiestatis postulantur:* 11, 15, 4. *Factum ex eo senatus consultum:* pro *ex eo tempore.* * Liv. 2, 48. *Ex eo* tempore *neque pax, neque bellum fuit.*

(6) In Ex illo, *seitdem.* Ovid. Her. 14, 85. *Scilicet ex illo Iunonia permanet ira.* Virg. Aen. 2, 169. *Ex illo fluere:* pro *ex illo tempore*, ut Servius observat.

(7) In Ex quo, *seitdem.* Virg. Aen. 2, 163. *Ex quo — aggressi sacrato avellere templo Palladium.* Iuvenal. 6, 293. *Ex quo paupertas Romana perit:* pro *ex quo tempore.* * Cic. Fam. 3, 4. *Ex quo* tempore *tu me diligere coepisti, quotidie pluris feci.*

(8) In Id est, quum, vel Illud est, quum, *es ist, dass.* Plaut. Rud. 3, 3, 1. *Nunc id est, quum omnium copiarum atque opum, auxili, praesidi, viduitas nos tenet:* pro *id est tempus, quum:* Capt. 3, 3, 1. *Nunc illud est, quum me fuisse, quam esse, nimio mavelim:* pro *illud est tempus, quum.*

(9) In In ipso articulo, *im Augenblicke selbst.* Terent. Adelph. 2, 2, 21. *Ut in ipso articulo oppressit:* pro *in ipso articulo temporis.* * Cic. pro Quint. 5, 19. *Ut eum suis conditionibus in ipso articulo* temporis *astringeret.*

(10) In Multo ante, prius, post, *viel vorher, nachher.* Lucr. 4, 843. *Ante fuit multo, quam lucida tela volarent.* Cic. Fam. 4, 3. *Multo enim ante — prospexi tempestatem:* pro *multo tempore ante.* Lucr. 4, 837. *Multoque creatae sunt prius aures:* pro *multoque tempore prius.* Nepos 16, 2, 4. *Neque ita multo post, Leuctrica pugna — concidit:* pro *multo tempore post.*

(11) In Plus eo, *mehr noch.* Terent. Hec. 3, 4, 7. *Dies triginta aut plus eo, in navi fui:* pro *plus eo tempore.*

(12) In Post hoc, *nachdem*, Mart. 7, 44. *Qui tonsor fueras — et post hoc dominae munere factus eques, Sicanias urbes — petisti:* pro *post hoc tempus.*

III. In adiectivis quibusdam, ut (1) in Aeternum, *ewig.* Plin. 2, 107. *Viret aeterno — fraxinus:* pro *aeterno tempore.* Virg. Aen. 6, 617. *Sedet, aeternumque sedebit:* pro *aeternumque tempus.* * Lucr. 1, 630. *Tamen ex aeterno* tempore *quaedam nunc etiam superare necesse'st corpora rebus:* 634. *Aeternum* tempus *potuisse manere.*

(2) In Breve, *kurz.* Plaut. Epid. 3, 4, 30. *Te absolvam brevi.* Cic. Verr. 5, 54, 142. *Brevi postea mortuus est:* pro *brevi tempore*, vel *spatio.* Sueton. Tib. 68. *Qui noctu etiam et tenebris viderent, sed ad breve:* scil. *tempus*, vel *spatium.* * Cic. Fam. 5, 21. *Brevi* tempore *licebit.* Scribon. 213. *Ad breve* tempus. Cic. Off. 2, 16, 56. *Ipsaque illa delectatio multitu-*

dinis sit ad breve — TEMPUS. Lucr. 2, 77. *Inque brevi* SPATIO *mutantur saecla animantum.*

(3) In CERTUM, *bestimmte.* Tacit. Hist. 5, 6, 7. *Certo anni bitumen egerit:* pro *certo tempore.* * Lucr. 5, 655. TEMPORE *item certa roseam Matuta per oras aetheris auroram defert.*

(4) In CONSTITUTUM, *festgesetzte.* Seneca de Brev. Vit. p. 227. *Aut quum alicuius alterius vel spectaculi vel voluptatis exspectatur constitutum.* Cic. pro Caec. 12. *Ad constitutum venire:* scil. *tempus.*

(5) In EXIGUUM, *kurze.* Plin. 31, 2. *Exiguo post:* scil. *tempore.* * Ovid. Amor. 2, 2, 40. *Exiguo* TEMPORE *liber eris.*

(6) In FESTUM, *festliche.* Ovid. Met. 11, 95. *Hospitis adventu festum genialiter egit:* pro *festum tempus.* Auson. Idyll. 4, 9. *Nisi austeris mutentur festa profestis:* pro *festa tempore.* * Ovid. Met. 8, 657. *Quas* (vestes) *non nisi* TEMPORE *festo sternere consuerant.* Horat. Ep. 2, 1, 140. *Levantes* TEMPORE *festo corpus.*

(7) In FUTURUM, *zukünftige.* Virg. G. 4, 239. *Parcesque futuro:* scil. *tempore*, ut Servius observat. Ovid. Met. 1, 735. *Inque futurum pone metus.*

(8) In HOC, *diese*, cum genitivo casu. Plin. Paneg. 4. *Ad hoc aetatis indeflexa maturitas:* pro *hoc aetatis tempus.* Lucr. 2, 16. *Degitur hoc aevi:* scil. *tempus.* Plaut. Amph. 1, 1, 2. *Qui hoc noctis solus ambulem:* pro *hoc noctis tempore.* Cic. Tusc. 3, 11, 25. *Si volumus hoc, quod datum est vitae, tranquille placideque traducere:* pro *vitae tempus.* * Plaut. Asin. 2, 1, 5. *Ibi tu ad hoc diei* TEMPUS *dormitasti in otio.*

(9) In ID, *diese*, cum genitivo. Gell. 17, 8. *Taurus accipiebat nos Athenis coena plerumque ad id diei:* scil. *tempus.* Cic. Fam. 6, 21. *Id aetatis iam sumus, ut omnia — fortiter debeamus:* pro *id aetatis tempus*, idque pro *ad id aetatis tempus.* [ubi cf. Cort. M. R.]

(10) In INFINITUM, *endlose.* Lucr. 2, 255. *Ex infinito ne causam causa sequatur:* 529. *Ostendam, corpuscula materiai ex infinito summam rerum usque tenere:* pro *ex infinito tempore:* * 1, 989. *Ubi materies omnis cumulata iaceret ex infinito iam* TEMPORE *subsidendo:* 2, 574. *Ex infinito contractum* TEMPORE *bellum:* 5, 188. *Namque ita multa modis multis primordia rerum ex infinito iam* TEMPORE *percita plagis ponderibusque suis consuerunt concita ferri.*

(11) In LONGIUS, LONGUM, *längere, lange.* Plaut. Capt. 3, 4, 79. *Tibi ego abnuto? quid agat si absis longius:* scil. *tempus.* Claudian. de R. P. 2, 234. *Sis memor o, longumque vale:* pro *longumque tempus*, idque pro *perque longum tempus.* Tacit. Ann. 16, 7, 1. *Quod primum indicium mali neque in longum dilatum est:* pro *in longum tempus.* Virg. Aen. 9, 63. *Collecta fatigat edendi ex longo rabies:* pro *ex longo tempore.* * Ovid. Met. 7, 827. *Longoque refecta* TEMPORE. Mart. 10, 36. *Non venias — tam longo* TEMPORE *Romam.* Virg. G. 2, 80. *Nec longum* TEMPUS, *et ingens exiit ad coelum ramis felicibus arbos.*

(12) In MATUTINUM, *des Morgens.* Plin. 7, 53. *Dum calciantur matutino.* Quintil. 12, 8. *Venire — eodem matutino iubent:* pro *matutino tempore.* * Cic. ad Att. 1, 15. *Bene completa domus est* TEMPORE *matutino.*

(13) In MELIORA, *bessere.* Val. Flacc. 5, 459. *Dignus avo, quem-*

que insontem meliora manerent: pro *meliora tempora.* *Iustin. 2, 11, 5. *Tunc hortatur socios, recedant et se ad meliora* — TEMPORA *reservent:* 28, 49. *Hortatur, ut se ad meliora* — TEMPORA *reservarent.*

(14) In MERIDIANUM, *Mittag.* Plin. 2, 26. *Praeter ora populi meridiano transcurrit:* pro *meridiano tempore.* *Cic. de Orat. 3, 17. *Dicebat, omne illud* TEMPUS *meridianum Crassum in acerrima — cogitatione posuisse.*

(15) In OPTATUM, *erwünschte.* Plaut. Amph. 2, 2, 26. *Certe enim me illi exspectatum optato venturum scio:* pro *optato tempore.* *Curt. 5, 9. 9. *Pessimum, inquit, mancipium, reperisti optatum tibi* TEMPUS, *quo parricidium aperires.*

(16) In PERPETUUM, *beständige.* Nepos 25, 1, 1. *Perpetuo equestrem obtinuit dignitatem:* pro *perpetuo tempore.* *Mart. 1, 88. *Hic tibi perpetuo* TEMPORE *vivet honos.*

(17) In POSTREMUM, *nachherige.* Cic. Att. 10, 16. *Distulimus omnino sermonem in posterum:* Fam. 2, 7. *Homine longe in posterum prospiciente:* pro *in posterum tempus.* *Cic. pro Mur. 28. *In posterum* TEMPUS.

(18) In PRAEFINITUM, *vorherbestimmte.* Terent. Hec. 1, 2, 19. *Nam illi haud licebat, nisi praefinito, loqui:* pro *praefinito tempore,* ut Donatus observat. Scaevola l. 47. de Pactis: *Intra praefinitum* TEMPUS.

(19) In PRAESENS, *gegenwärtige.* Tacit. Hist. 2, 29, 2. *Quae ut ad praesens disiecit:* pro *ad praesens tempus.* Horat. Carm. 2, 16, 25. *Laetus in praesens animus:* pro *in praesens tempus.* Nepos 7, 4, 2. *Quiescendum in praesenti:* scil. *tempore.* *Iustin. 1, 5. TEMPUS *ad praesens dissimulato dolore.* Horat. A. P. 44. *Et praesens in* TEMPUS *omittat.*

(20) In RELIQUUM, *die übrige.* Tacit. Ann. 14, 10, 1. *Reliquo noctis lucem — opperiebatur:* pro *reliquo tempore.* *Cic. pro L. Agr. 1, 13. *Deinde etiam in reliquum* TEMPUS *diligentissime sancit.*

(21) In SERUM, *späte.* Tacit. Ann. 2, 22, 5. *Sero diei ex acie subducit legionem.* Plaut. Amph. 2, 2, 35. *Quia sero advenimus:* pro *sero tempore.* Sueton. Aug. 17. *In serum dimicatione protracta.* Liv. 7, 8. *Quia serum erat diei:* pro *serum tempus.* *Seneca Thyest. 487. *Serum est cavendi* TEMPUS *in mediis malis.*

(22) In VERNUM, *des Frühlings.* Cato c. 50. *Verno arare incipito.* Plin. 19, 5. *In hoc mirum, imas eius radices crescere hieme; verno autem, quum apparuerit viola, minui ac contrahi:* pro *verno tempore.* *Horat. A. P. 362. *Qui purgor bilem sub verni* TEMPORIS *horam.*

(23) In VESPERTINUM, *des Abends.* Plin. 30, 10. *Perunctos matutinis vespertinisque liberari:* pro *vespertinisque temporibus.* *Cic. N. D. 2, 20, 53. *Tum vespertinis* TEMPORIBUS *delitescendo, tum matutinis rursum se aperiendo.*

TENTORIUM, *ein Zelt,* in TENDERE, *aufschlagen.* Val. Max. 2, 7, 15. *Ne quis eorum intra castra tenderet:* scil. *tentorium.* Ovid. Her. 1, 35. *Illic tendebat Ulysses:* pro *tendebat tentoria.*

TENUS, *bis, so weit als,* in ablativis quibusdam, ut (1) in COELO, *Himmel.* Virg. Aen. 10, 548. *Coeloque animum fortasse ferebat:* 11, 192. *It coelo clamorque virum, clangorque tubarum:* pro *coelo tenus.* *Iustin. 12, 6, 2. *Prae-*

ferre se patri, rerumque suarum magnitudinem extollere coelo TENUS *coepit.*

(2) In QUA, *in so fern.* Scribon. Ep. Comp. 47, 231. *Non qua filius alicuius, sed qua homo aestimatur:* pro *qua tenus.* *Liv. *Nisi qua* TENUS *vallum castrorum cingit.*

TERGUM, *der Rücken*, in VERTERE, *kehren, fliehn.* Plaut. Amph. 1, 1, 95. *Vertentibus Tedebois telis complebantur corpora:* pro *vertentibus terga.* *Liv. 1, 14. *Prius paene quam Romulus, quique cum eo equites erant, circumagerent frenis equos,* TERGA *vertunt.* Tacit. Hist. 2, 25, 1. TERGA *vertentibus Vitellianis, Celsus doli prudens, repressit suos.* Iustin. 11, 6, 11. *Quae non minus arte Alexandri, quam virtute Macedonum superata,* TERGA *verterunt.* Virg. Aen. 6, 491. *Ingenti trepidare metu, pars vertere* TERGA. Seneca Agam. 226. *Quod tempus animo semper ac mente horrui, adest profecto rebus extremum meis. Quid* TERGA *vertis, anime?*

TERMINUS, *Ende*, in ULTIMUS, *das letzte.* Curt. 3, 12, 18. *Equidem, si hac continentia animi ad ultimum vitae perseverare potuisset, feliciorem fuisse crederem, quam visus est esse:* pro *ad ultimum terminum:* *9, 2, 9. *In ultimum paene rerum humanarum persequi* TERMINUM.

TERRA, *Erde, Boden, Land,* I. in substantivo ORBIS, *Weltkreis.* Ovid. Fast. 5, 9. *Ubi nunc Roma est, orbis caput?* Seneca Herc. Oet. 7. *Decus orbis atque praesidium unicum:* pro *orbis terrae,* vel *terrarum.* *Cic. de Lege Agr. 2, 6, 7. *Ager Campanus orbis* TERRAE *pulcherrimus:* Fam. 4, 1. *Orbem* TERRARUM, *imperiis distributis, ardere bello.*

II. In verbis quibusdam, ut (1) in COLERE, *bebauen.* Tacit, Germ. 16, 1. *Colunt discreti ac diversi:* pro *colunt terras,* vel *agros.* Macrob. Sat. 1, 2. *Qui primi coluisse in Italia dicuntur:* pro *coluisse terras,* vel *agros.* *Virg. Ecl. 3, 61. *Ille colit* TERRAS, *illi mea carmina curae.* Aurel. Vict. de Vir. Illustr. 19, 2. *Hic Consul gravi annona, advectum e Sicilia frumentum, magno pretio populo dandum curavit, ut hac iniuria plebs* AGROS *coleret.*

(2) In INCOLERE, *bewohnen.* Caes. B. G. 1, 1. *Proximique sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt:* scil. *terras,* vel *campos.* *Lucan. 9, 891. *Gens unica* TERRAS *incolit, a saevo serpentum innoxia morsu.* Curt. 6, 5, 24. *Erat, ut supra dictum est, Hyrcaniae finitima gens, Amazonum — incolentium* CAMPOS.

III. In adiectivis quibusdam, ut (1) in ARVA, *gepflügt.* Naevius Lycurgo 1, 2. *Quaque incedunt omnes arvas obterunt.* Pacuvius ap. Nonium 3, 15. *Postquam calamitas plures annos arvas calvitur:* pro *arvas terras.*

(2) In CONTINENS, *fest.* Nepos 1, 7, 3. *Procul in continenti lucus, qui ex insula conspiciebatur.* Curt. 3, 1, 13. *Continenti adhaeret, sed magna ex parte cingitur fluctibus:* pro *continenti terrae.* *Nepos 2, 3, 2. *Inter Euboeam continentemque* TERRAM *cum classiariis regis conflixit.*

(3) In NOVALIS, *brach.* Claudian. Cons. Mall. Theod. 177. *Duras sulcis mollire novales:* scil. *terras.* *Paullus l. 30. de V. S. *Novalis est* TERRA *proscissa, quae anno cessavit.*

TEXTA, *gewirkt*, in BABYLONICA, *Babylonisch*. Lucr. 4, 1023. *Quum Babylonica magnifico splendore rigantur:* pro *Babylonica texta.* * Mart. 8, 28. *Non ego praetulerim Babylonica picta superbe* TEXTA, *Semiramia quae variantur acu.*

THEATRUM, *das Theater*, in POMPEIANUM, *des Pompeius*. Mart. 10, 51. *Sed neque Marcelli Pompeianumque, nec illic sunt triplices thermae, nec fora iuncta quater:* pro *Pompeianumque theatrum:* * 14, 29. *In Pompeiano tecum spectabo* THEATRO: Ep. 66. *De Pompeiano saepe est eiecta* THEATRO.

TIBI, *dich*, in TEMPERARE, *mässigen*. Plaut. Epid. 1, 2, 8. *Iam istoc probior es meo quidem animo, quum in amore temperes:* scil. *tibi.*

TOGA, *Kleid*, in PRAETEXTA, *ein weisses mit Purpur besetztes*. Cic. Amic. 10. *Puerorum amores saepe cum ipsa praetexta ponuntur.* Propert. 4, 12, 33. *Facibus maritis cessit praetexta:* scil. *toga.* * Cic. Fam. 2, 16. TOGAM *praetextam texi Oppio:* Verr. 1, 44, 113. *Eripies igitur pupillae* TOGAM *praetextam?* 58, 152. *Quod ille cum* TOGA *praetexta — venerat.*

TORMENTA, vel **SAXA**, *Geschütz*, *Steine*, in MISSILIA, *geworfene*. Tacit. Hist. 4, 71, 9. *Dum missilia hostium praevehuntur:* pro *missilia tormenta*, vel *saxa.* Val. Flacc. 6, 199. *Hunc pariter Colchi Graiique sequentur missilibus:* scil. *tormentis*, vel *saxis.* * Plin. 8, 23. TORMENTA *missilia.* Lucr. 6, 965. *Consectabantur silvestria saecla ferarum missilibus* SAXIS.

TOT, *so viele*, in QUOT, *als*. Virg. Aen. 2, 330. *Portis alii bipatentibus adsunt, millia quot magnis nunquam venere Mycenis:* pro *tot alii — quot millia.* * Cic. de Orat. 2, 32, 140. *Quot homines*, TOT *causae.*

TRANSVERSUS, *breit*, in DIGITUS, *einen Finger*. Cic. Verr. 4, 33. *Pueri autem Sisennae, credo, qui audivissent, quae in istum testimonia essent dicta, oculos de isto nusquam deiicere, neque ab argento digitum discedere:* pro *digitum transversum.* * Plaut. Aul. 1, 1, 17. *Istic adesto; si hercle tu ex isto loco digitum* TRANSVERSUM — *excesseris, — te dedam discipulam cruci.*

TRIBUNUS, *ein Staatsdiener*, in LATICLAVIUS, *mit breitem, purpurbesetztem Kleide*. Sueton. Ner. 26. *A quodam laticlavio caesus:* pro *laticlavio Tribuno:* [ubi *equite* potius videtur subintelligendum. M. R.] * Domit. 10. *Satisque constat duos solos e notioribus venia donatos,* TRIBUNUM *laticlavium, et Centurionem.*

[**TRIBUS**, *Stamm*, in QUIRINA, TERENTINA, etc. Horat. Ep. 1, 6, 52. *Hic multum in Fabia valet, ille Velina:* sc. *tribu.*]

TRIBUTUM, *Taxe*, (1) in CONFERRE, *beitragen*. Tacit. Germ. 15, 3. *Mos est civitatibus ultro ac viritim conferre principibus:* scil. *tributa.* * Cic. Verr. 2, 137. TRIBUTA *ex censu quotannis conferre.*

(2) In RESIDUUM, *das übrige*. Paullus in l. Sacrilegi D. ad L. Iuliam peculat. *Lex Iulia residuorum:* scil. *tributorum.* Papinian. ibid. l. ult. *Publica iudicia peculatus, et de residuis:* scil. *tributis.*

TUBI, *Röhren*, in SALIENTES, *springende*. Cic. ad Qu. Fr. 3, 1. *Equidem hoc, quod melius intelligo, affirmo, mirifica suavitate te villam habiturum, piscina et salientibus:* scil. *tubis*. Vitr. 8, 3. p. 159. *Ad portum Piraeeum ducti sunt salientes, e quibus bibit nemo, sed lavationibus et reliquis rebus utuntur:* pro *salientes tubi*.

TUGURIUM, *Hütte*, in TECTUM, *bedeckt*. Nemesian. Ecl. 2, 65. *Scit rursus remeare domum, tectumque subire viminis:* pro *tectumque tugurium*. Calpurnius Ecl. 2, 60. *Ne contemne casas et pastoralia tecta:* scil. *tuguria*. *Vitr. 2, 1. *Nonnulli ex ulva palustri componunt* TUGURIA *tecta*.

TUMULUS, *Grab*, in COMPONERE, *hineinlegen, begraben*. Propert. 2, 19, 21. *Tu meu compones, et dices ossa, Properti, haec tua sunt:* pro *compones tumulo*. Horat. Sat. 1, 9, 28. *Haud mihi quisquam: omnes composui:* scil. *tumulo*. Tacit. Hist. 1, 47, 3. *Pisonem Verania uxor ac frater Scribonianus, T. Vincium Crispina filia composuere:* scil. *tumulo:* Agric. 45, 8. *Pauciioribus tamen lacrimis compositus es:* scil. *tumulo*. *Ovid. Met. 4, 156. *Ut, quos certus amor, quos hora novissima iunxit, componi* TUMULO *non invideatis eodem*.

TURRIS, *ein Thurm*, in AMBULATORIA, *auf Rädern*. Hirt. B. Afr. 2. *Praeterea ambulatorias totidem — confixerant:* pro *ambulatorias turres*. *Veget. 4, 17. et 18. TURRIS *ambulatoria*.

V.

VAD VAL VAL VAS

VADA, *Furth*, in BREVIA, *seicht*. Virg. Aen. 1, 115. *In brevia et Syrtes urget*. Tacit. Ann. 6, 3, 3. *Brevia litorum nudantur:* pro *brevia vada*. Lucan. 9, 338. *Tunc magis impactum brevibus mare:* pro *brevibus vadis*. *Virg. Aen. 5, 220. *Et primum in scopulo luctantem deserit alto Sergestum, brevibusque* VADIS. Seneca Agam. 572. *Has inopis undae brevia comminuunt* VADA: [Herc. F. *Deprensus haesit Syrtium brevibus vadis*.]

VALE, *Lebewohl*, in SUPREMUM, *das letzte*. Plaut. Asin. 3, 3, 4. *Mater supremum mihi tua dixit*. Virg. Aen. 3, 67. *Animamque sepulcro condimus, et magna supremum voce ciemus:* pro *supremum vale*. *Ovid. Met. 10, 62. *Supremumque* VALE, *quod iam vix auribus ille acciperet, dixit*.

VAS, *Gefäss*, (1) in BUCCELLARE, *zum Abkochen*. Marcell. Emp. 23. *In buccellari coquere:* pro *buccellari vase*.

(2) In CORINTHIA, *Corinthisch*. Seneca de Tranq. p. 158. *Honestius inquis, in hos* (libros) *impensas, quam in Corinthia pictasque tabulas effuderim:* pro *Corinthia vasa*. *Sueton. Aug. 70. *Quum existimaretur, propter* VASA *Corinthia quosdam inter proscriptos curasse referen-*

dos. Plin. 34, 2. VASA *Corinthia transferunt in trulleos*.

(3) In FICTILIA, *irden*. Iuvenal. 3, 168. *Fictilibus coenare pudet*. Tibull. 1, 1, 37. *Adsitis, Divi, neu vos de paupere mensa dona, nec e puris spernite fictilibus*: scil. *vasis*. Val. Max. 4, 3. *Fictilia se in eius mensa* VASA *vidisse*: 4, 4. *Namque per Romuli casam, perque veteris Capitolii humilia tecta, et aeternos Vestae focos, fictilibus etiamnum* VASIS *contentos, inro*.

(4) In FRIVOLA, *geringfügig*. Iuvenal. 3, 198. *Iam poscit aquam, iam frivola transfert Ucalegon*. Ulpian. in l. solutum §. solutam D. de Pignor. action. *Non enim credibile est, hoc convenisse, ut ad universam pensionem insulae frivola mea teneantur*: pro *frivola vasa*. *Festus: *Frivola sunt proprie* VASA *quassa*. Glossae: *Frivola*, VASA *fictilia*. Isidor. 9. *Frivola, vocantur proprie*, VASA *fictilia inutilia*.

(5) In POTORIUM, *zum Trinken*. Plin. 33, 10. *Quem Varro tradit — mille convivas totidem aureis potoriis — saginasse*: pro *potoriis vasis*: *37, 2. *Potorium* VAS.

(6) In PRESSORIUM, *Kelter*. Plin. 2, 17. *Exprimere in pressorio*: scil. *vase*. *Colum. 12, 18, 4. *Pressorium* VAS.

(7) In SAMIUM, *von Samos*. Rhet. ad Herenn. 4, 52, 64. *Aedes accommodavi, familiam dedi, argentum quoque vult? tametsi hospites habeo, tamen utatur licet: nos Samiis delectabimur*: pro *Samiis vasis*. *Plaut. Capt. 2, 2, 41. *Ad rem divinam quibus est opus Samiis* VASIS *utitur*: Bacch. 2, 2, 24. *Scis tu, ut confringi* VAS *cito Samium solet*.

(8) In TORCULUM, *Kelter*. Varro R. R. 1, 55, 7. *Torcula olearia*: pro *torcula vasa*: *3, 2, 8. *Torcula* VASA.

VECTIGAL, *Taxe*, in PUBLICUM, *öffentlich*. Horat. Ep. 1, 1, 77. *Pars hominum gestit conducere publica*: scil. *vectigalia*. *Sueton. Aug. 46. *Colonias* VECTIGALIBUS *publicis plurifariam instruxit*: Vitell. 7. *Sinuessanos, Formianosque, quorum publica* VECTIGALIA *interverterat, non nisi columniae terrore amovit*. Liv. 43, 16. *Qui publica* VECTIGALIA — *conduxissent*.

VELLUS, *Fliess*, in ALBUM, *weiss, ein Register*. Cic. de Orat. 2, 12, 52. *Res omnes singulorum annorum mandabat litteris pontifex maximus, referebatque in album*. Liv. 1, 32. *Omnia ea ex commentariis regis pontificem maximum, in album relata, proponere in publico iubet*: pro *in album vellus*. [Ridicula haec ellipsis est, de qua nemo Romanus cogitare potuit. M. R.] *Statius Silv. 1, 2. *Ergo dies aderat, Parcarum conditus albo* VELLERE, *quo Stellae Violantillaeque professus clamaretur hymen*.

VELOCITER, *schnell*, in QUANTUM QUEO, *so sehr ich kann*. Terent. Eun. 5, 2, 5. *Ubi vidi, ego me in pedes, quantum queo*: scil. *velociter*, ut Donatus observat.

VELUM, *Segel*, (1) in CARBASINUM, *aus feiner Leinwand*. Apul. Met. 8. p. 214. *Prodeunt mitellis et crocotis et carbasinis et bombycinis iniecti*: pro *carbasinis velis*. *Plin. 19, 1. *Carbasina* VELA *primus in theatro duxisse traditur Lentulus Spinther*.

(2) In LINTEA, *von Leinen*. Virg. Aen. 3, 686. *Certum est dare lin-*

tea retro. Val. Flacc. 4, 83. *Fluctibus intulerant placido cava lintea cursu:* pro *lintea vela.*

VENABULUM, *ein Jagdspiess*, in EXCIPERE, *fangen.* Spartian. Carac. 5. *Excepit apros frequenter:* pro *excepit venabulo.* *Seneca de Prov. 2. *Irruentem ferum* VENABULO *excepit.*

VENENUM, *Gift*, (1) in INFICERE, *anstecken.* Virg. G. 2, 128. *Pocula si quando saevae infecere novercae:* pro *infecere veneno.* (2) In TINGERE, TINGI, *anstreichen.* Lucan. 3, 266. *Tinxere sagittas errantes Scythiae populi:* pro *tinxere veneno*, ut Scholiasta observat. *Plin. 18. *Tela sua* VENENIS *tinget.* Ovid. ex Ponto 4, 10, 31. *Hic agri infrondes, hic spicula tincta* VENENIS.

VENIO, *kommen, gehn*, I. in praepositione AD, *zu.* Seneca Apoc. 833. *Et venienti nitidus, ut erat a balineo, occurrit, et ait: Quid di ad homines?* scil. *veniunt.* Terent. Andr. 1, 2, 13. *Ehodum ad me:* scil. *veni:* Eun. 5, 1, 10. *Quis is obsecro ad nos?* scil. *venit.* Plaut. Amph. 4, 4, 10. *Tandem ad nos?* scil. *venis:* Aul. 2, 5. *Vos caeteri illuc ad nos:* scil. *venite.*

II. In adverbiis quibusdam, ut (1) in HUC, *hieher.* Priap. 13. *Huc, huc, quisquis es:* pro *huc, huc veni, accede*, vel *procede.* *Catull. in Nupt. Iul. et Manl. 61, 8. *Laetus huc, huc* VENI. Plaut. Curc. 5, 2, 25. ACCEDE *huc.* Terent. Eun. 3, 2, 17. PROCEDE *tu huc.* (2) In UNDE? *woher?* Stat. Theb. 2. *Unde viri? quidve occultatis in armis?* pro *unde venitis*, vel *itis?* Horat. Sat. 2, 4, 1. *Unde et quo Catius?* pro *unde venit*, vel *it?* *Terent. Eun. 2, 3, 13. *Quid tu es tristis? quidve es alacris? unde is?*

III. In dictionibus quibusdam, ut (1) in INDE AD, *davon zu.* Terent. Eun. 4, 1, 12. *Inde ad iurgium:* scil. *ventum est*, ut Donatus observat. [sed ibi est: *miles tendere inde ad iurgium.* M. R.] (2) In IN MENTEM, *in den Sinn.* Terent. Heaut. 5, 2, 33. *Ego dicam, quod mi in mentem:* scil. *venit.* [ubi Bentleius: *in mentem est*, recte ut videtur. M. R.] *Cic. N. D. 2, 168. *Haec mihi fere in mentem* VENIEBANT, *quae dicenda putarem de natura deorum.* (3) In OBVIAM, *entgegen.* Terent. Andr. 3, 2, 52. *Atque adeo in ipso tempore eccum ipsum obviam:* scil. *venientem*, vel *prodeuntem.* [ubi pro *obviam* a Bentleio *Chremem* repositum est. M. R.] Phorm. 1, 4, 18. *Ipse est, quem volui obviam:* scil. *venire.* *Plaut. Epid. 1, 2, 61. *Ne hic foris ambulet, neve usquam* VENIAT *obviam seni.* Cic. Fam. 2, 16. *Quum in Cumano mihi obviam* VENISTI: pro Mur. 33, 68. *Multi obviam* PRODIERUNT *de provincia decedenti.* (4) In PROMITTERE AD, *versprechen zu.* Plin. Ep. 1, 15. *Heus tu, promittis ad coenam.* Phaedr. 4, 24, 15. *Ad coenam mihi promitte.* Plaut. Men. 5, 2, 43. *Ad coenam ne promittat:* scil. *venturum.*

[VENTER, *Bauch*, in INTESTINUS. Perizon. ad *Minerv.* 4, 4, n. 43.]

VENTUS, *Wind*, I. in verbis quibusdam, ut (1) in DARE VELA, *abfahren.* Seneca Troad. 1044. *Et tuba iussi dare vela nautae.* Ovid. Her. 6, 57. *Quum tu, dare vela coactus, implesti lacrimis talia verba tuis:* pro *dare ventis.* Virg. Aen. 3, 191. *Vela damus,*

vastumque cava trabe currimus aequor: pro *damus ventis*, vel *pelago:* 4, 546. *Rursus agam pelago, et* VENTIS *dare vela iubebo.* Ovid. Met. 15, 176. *Plenaque* VENTIS *vela dedi.* Seneca Troad. 203. *Quum laeta* PELAGO *vela rediturus dares.*

(2) In MOVERI, *bewegen.* Virg. G. 1, 130. *Praedarique lupos iussit, pontumque moveri:* scil. *ventis*, ut Servius observat. * Cic. alicubi: *Mare movetur* VENTIS, *ne putescat.*

II. In nominibus quibusdam, ut (1) in AFRICUS, *Süd-West.* Seneca Quaest. Nat. 5, 16. *Africus furibundus ac ruens ab occidente hiberno:* pro *Africus ventus.* * Cic. N. D. 1, 10, 36. *Quum volucres angues ex vastitate Libyae* VENTO *Africo invectas interficiunt.*

(2) In TURBO, *ein Wirbelwind.* Val. Flacc. 1, 620. *Vela super tremulum subitus volitantia malum turbo rapit:* pro *turbo ventorum.* Lucan. 9, 321. *Tentatum classibus aequor turbine defendit:* pro *turbine ventorum.* * Lucr. 6, 152. *Turbine* VENTORUM *comburens impete magno.* Tacit. Ann. 16, 13, 1. *Vastata Campania turbine* VENTORUM, *qui villas, arbusta, fruges passim disiecit.*

VERBERA, *Schläge*, in MULCARE, *bestrafen.* Plaut. Casin. Argum. 5. *Servulus nequam, qui dominum mulcat, atque villicum:* pro *mulcat verberibus.* Petron. 95. *Interim coctores insulariique mulcant exclusum:* pro *mulcant verberibus.* * Tacit. Ann. 1, 32, 3. *Prostratos* VERBERIBUS *mulcant.*

VERBA, *Worte*, I. in verbo PROSEQUI, *fortfahren.* Phaedr. 3, 5. *Assem deinde illi dedit, sic prosecutus: plus non habeo:* pro *sic eum prosecutus verbis.*

II. In accusativis compluribus, ut (1) in MULTA, *viele.* Plaut. Bacch. 5, 2, 43. *Quid multa? ego amo:* pro *quid multa verba?*

(2) In OPTATA, *angenehme.* Terent. Heaut. 3, 3, 50. *Quid ais? optata loquere:* pro *optata verba.*

(3) In PAUCA, *wenige.* Plaut. Casin. 3, 5, 21. *Sed hoc quicquid est loquere, in pauca refer:* Pseud. 1, 3, 43. *Atque in pauca, ut occupatus nunc sum, confer quid velis:* pro *in pauca verba.*

III. In ablativis quibusdam, ut (1) in MULTIS, *viele.* Terent. Andr. 1, 1, 87. *Quid multis moror?* scil. *verbis.* * Plaut. Men. 3, 2, 19. *Quid multis* VERBIS *opu' est?*

(2) In PAUCIS, *wenige.* Terent. Andr. 1, 1, 2. *Adesdum, paucis te volo:* pro *paucis verbis*, ut Donatus observat. Virg. Aen. 4, 116. *Paucis, adverte, docebo.* * Plaut. Amph. 5, 1, 35. *De ea re signa atque argumenta paucis* VERBIS *eloquar.* Cic. *Rem tibi exponam paucis* VERBIS.

(3) In PLURIBUS, *mehrere.* Cic. Fam. 2, 12. *Haec eo pluribus scripsi, quod nonnihil significabant tuae literae subdubitare qua essem erga illum voluntate:* pro *pluribus verbis.* * Verr. 4, 64. VERBIS *pluribus aliquid petere.* Nepos 25, 21, 5. *Nihil opus est pluribus* VERBIS *commemorare.*

[(4) In TALIBUS, *solche.* Ovid. Met. 15, 807. *Talibus hanc genitor:* pro *talibus verbis.* M. R.]

VERBUM, *Sprüchwort*, in VETUS, *ein altes.* Plaut. Asin. 1, 3, 51. *Vetus est, nihili coctio est, scis, cuius?* pro *vetus est verbum:* * Merc. 4, 4, 31. *Nunc ego verum illud* VERBUM *esse experior* VETUS, *aliquid mali esse propter vicinum malum.*

VEREOR, *fürchten*, (1) in NE, *dass nicht*. Terent. Eun. 1, 2, 103. *Verum ne fiant isti viginti dies:* pro *verum vereor ne*. Pers. 1, 3. *Ne mihi Polydamas, et Troiades Labeonem praetulerint:* pro *vereor ne*. Horat. Od. 1, 2, 5. *Terruit gentes, grave ne rediret saeculum Pyrrhae:* pro *gentes, verentes ne*. Cic. de Fin. 5, 3, 8. *Sed ne, dum huic obsequor, vobis molestus sim:* pro *sed vereor ne*. *Terent. Heaut. 2, 2, 2. *Sed* VEREOR, *ne mulier, me absente, hic corrupta sit:* Phorm. 2, 2, 11. VEREOR, *ne istaec fortitudo in nervum erumpat denique:* Adelph. 4, 5, 50. *Sed* VEREOR, *ne indiligens nimium sies*.

(2) In UT, *dass*. Terent. Andr. 1, 5, 42. *Sed ut vim queas ferre:* pro *vereor ut*, ut Donatus observat: *Hec. 1, 2, 26. *Sed firmae hae* VEREOR *ut sint nuptiae:* Phorm. 5, 8, 72. *At* VEREOR, *ut placari possit*. Cic. de Lege Agr. 2, 57. *Hoc quia vos foedus non iusseritis,* VERETUR *Hiempsal, ut satis firmum sit et ratum*.

VERUM, *Wahres*, in DIC, *sprich*. Terent. Heaut. 4, 5, 21. *Ne tu id persentisceres. Probe. Dic sodes. Nimium, inquam*. Adelph. 4, 1, 1. *Atn' patrem hinc abisse rus? Iam dudum. Dic sodes. Apud villam est:* pro *dic verum*. *Hec. 5, 4, 24. *Perliberalis visa'st. Dic* VERUM. *Ita me diament, Pamphile*.

VESPERA, *Abend*, in DIES INCLINAT, *der Tag neigt sich*. Lactant. de Mort. Pers. 24. *Dedit illi sigillum, inclinante iam die:* scil. *in vesperam*. *Curt. 6, 11, 9. *Quamquam* IN VESPERAM *inclinabat dies, tamen amicos convocari iubet*.

VESTALIS, *eine Vestalin*, in VIRGO, *Jungfrau*. Horat. Od. 3, 30, 9. *Dum Capitolium scandet cum taeita virgine Pontifex:* pro *virgine Vestali*. Ovid. Fast. 5, 621. *Tum quoque priscorum virgo simulacra virorum mittere roboreo virpea ponte solet:* pro *virgo Vestalis*. *Cic. de Leg. 2, 20. *Virginesque* VESTALES *in urbe custodiunto ignem foci publici sempiternum*.

VESTIMENTA, *Kleider*, (1) in ALBA, *weisse*. Ovid. Fast. 4, 619. *Alba decent Cererem:* pro *alba vestimenta*.

(2) In AMETHYSTINA, *blau*. Iuvenal. 7, 135. *Purpura vendit causidicum, vendunt amethystina:* scil. *vestimenta*.

(3) In BALNEARIA, *zum Baden*. Apul. Met. 3. *Milonem iussit cum balnearibus sequi:* pro *balnearibus vestimentis*.

(4) In BOMBYCINA, *seiden*. Mart. 8, 68. *Femineum lucet sic per bombycina corpus:* pro *bombycina vestimenta*.

(5) In COENATORIA, *zum Speisen*. Petron. 21. *Coenaria repetimus:* scil. *vestimenta*. Pompon. l. 33. de Auro arg. leg. Q. *Mucius ait, scire se quendam senatorem muliebribus coenatoriis uti solitum:* pro *coenatoriis vestimentis*.

(6) In FORENSIA, *für das Gericht*. Sueton. Aug. 73. *Forensia autem, et calceos nunquam non intra cubiculum habuit:* pro *forensia vestimenta*. *Colum. 12, 45. *In quibus* VESTIMENTA *forensia conduntur*.

(7) In LUGUBRIA, *zur Trauer*. Propert. 4, 12, 97. *Nunquam, mater, lugubria sumpsi*. Seneca Cons. ad Helv. 16. *Quae, amissis filiis, imposita lugubria nunquam exuerunt:* pro *lugubria vestimenta*.

(8) In TRICLINIARIA, *für den Spei-*

assaal. Plin. 8, 48. *Triclinaria Babylonica:* scil. *vestimenta.* *Labeo in l. apud Aufidium D. de opt. legat. VESTIMENTA *triclinaria.*

VESTIS, *Kleid*, in COA, *aus Coischer, dünner Seide.* Horat. Sat. 1, 2, 101. *Cois tibi paene videre est ut nudam.* Propert. 4, 2, 23. *Indue me Cois, fiam non dura puella:* pro *Cois vestibus:* *1, 2, 2. *Quid iuvat — tenues Coa* VESTE *movere sinus?* 2, 1, 5. *Hoc totum e Coa* VESTE *volumen erit.* Tibull. 2, 4, 29. *Hinc Coa puellis* VESTIS. [In BOMBYCINAE, SERICAE, UNDULATAE.]

